






REGVLA

BEATI AVGVSTINI.

CONSTITVTIONES FRATRVM ORDINIS PRÆDICATORVM, CVM ALIIS VT IN SEQVENTI PAGINA.







ROMAE,
Apud Antonium Bladum, Impressorem Cameralem, Anno Dñi. M. D. LXVI.

In hoc volumine continentur infrascripta.

Regula beati Augustini Episcopi.

Constitutiones fratrum ordinis prædicatorum, cum suis declarationibus insertis, editis per Reuerendissimũ Patrem F. Vincentiũ de Castronouo, olim præfati ordinis Generalem Magistrum, cum additionibus per Reuerendiss. P. F. Vincentium Iustinianũ Chiensẽ eiusdẽ ordinis Generalẽ Magistrũ.

Tabula per alphabetum super constitutiones copiosissima.

Constitutiones Monialium ordinis prædicatorum.

Regula fratrum & sororum de penitentia beati Dominici.

Liber de instructione officialium fratrum ordinis prædicatorum.

Item formularium electionum confirmationum & absolutionũ. Priorũ, visitationum conuentuum, iudiciorum officij Prouincialis Prioris directoriũ.

Item modus celebrãdi capitula generalia & prouincialia, & quotidiana.

Item chronica Generalium Magistrorũ cũ incidenti bus nõnullis & viris illustrib⁹ ordinis pdicatorũ.

Cum gratia & priuilegio.

REVERENDISS. P.F. VINCENTII IVSTINIANI CHIENSIS ORDINIS PRÆDICATORVM GENERALIS MAGISTRI.

ÆPISTOLA NVNCVPATORIA AD S.P. PIVM. V. PONT OPT. MAXIMVM. &c.



VM primum Pie V. Pontifex maxime, familiæ prædicatorum, Dei benignitate, generalis Magister creatus sum, quod huius officij ratio postulabat, statui oēs magisterij mei curas, & actiones, ad eorū quibus præessem vtilitatem, & salutem referre. Itaq; regularem disciplinam propagare, & mores, ac vitam ipsorum fratrū ad regulæ quam profitentur, & constitutionum nostrarum normā dirigere, & reuocare cupiens, constitutiones ipsas ea forma imprimendas curaui, qua cōmodè locis omnibus in manibus haberi poſsēt, vt fratres sua inde vitia, & errata tanquā e speculo recognoscētes, se ad earum rationē conformarent. Verum cum postea nostri ordinis familiam, prouincias, conuentusq; lustrantes visitaremus fratres, facile intelleximus, magis id etiam ornandum & illustrandum esse, constitutionum munus, patrumq; & capitulorum generaliū declarationibus cumulandū, Quas enim F. Vincentius Bandellus quondam ordinis nostri magister, vir doctrina ac pietate clarus suis explicatas declarationibus, in lucem ediderat constitutiones, hæ uix extabāt, & illæ ipsæ quæ ab anno M. D. additæ sunt, desiderabantur. Ergo meas partes esse duxi, eas quæ vel temporū iniuria, vel hominū incuria penè euanuerāt, rursus formis excudēdas curare, nouis etiam

cōstitutionibus, & declarationibus adiunctis, quæ stella apposita, à veteribus internoscerētur. Quas nostri ordinis cōstitutiones, sanctissimo tuo nomini dicatas, peruulgare volui, qui eas ita sēper coluisti, vt in te earū virtutū, quæ his pceptionibus cōtinētur, illustre exēplū ōnes admirati sint. Qui in summo etiā pōtificatu, ad quē difficillimo suæ ecclesiæ tēpori cōsulens, te mirabiliter extulit Deus, pristinam humilitatē, charitatē, orandi constātiā, tēperantiā, cæterosq; religiosos mores retines, vt appareat tantūmodo pontificiā potestatē, tuis virtutibus accessisse. Quare nostri ordinis fratres, vt has cōstitutiones seruēt, nō iā pluribus hortabimur, quos primū sanctitatis tuæ, & authoritate & exēplo, deinde Reuerendiss. Patris, quæ sequitur, epistola in earū studium, cultumq; satis incitatos arbitramur.

Humillimus S. V. Seruulus F. Vincentius Iustinianus, ordinis prædicatorum Magister Generalis.

FRATER VINCENTIVS BANDELLVS de Castronouo totius ordinis prædicatorū, humilis Generalis Magister & seruus, vniuersis & singulis præfati ordinis professoribus salutem & spiritum obedientiæ salutarem.



Emandatum humeris meis totius ordinis nostri regiminis honorē ne onus dixerim, mea pro virili integerrime administrare, ordiniq; tantū pdesse quātum diuina opitulāte gratia mihi dabitur maximopere affectās, quid potissimū vt tā piū sanctumq; desideriū ad optata ducatur faciundū sit, nō plane video, nisi vt maiorū nostrorū leges, instituta atq; sanctiones que hactenus in ordine emanarūt, ad vnguē illibate impleātur. Fieri .n. tūc facillime poterit vt antiquus ille religionis nostræ decor, maiestas, & splēdor, quē in priscis illis patribus qui ordinis optima iecere fundamēta, vera et

cõstanti fama coruscasse didicimus,ēt nostris tēporibus aliqua expar te in nobis elucescat. Equidē et si lõge a priorũ perfectiõe distemus, nullaq; vel ferme modica(quod nõ sine ingēti animi cruciatu scribo) nostra tēpestate regulæ ac cõstitutionũ obseruātia in plurimis ordinis ꝓfessoribus reperiatur,nõ ita tamē a recto exorbitauimus,quin re- uerti in viã patrũ nostrorũ(modo pectus animusq; verã religionē si tiat)euestigio valeamus.Ea ꝓpter vt obseruãtiæ cãdor,diuini amoris feruor,ardēs ad cõmune bonũ verãq; pacē flagrãtissima charitas, sine cũctatiõe obediētia, niueus purusq; mētis ac corporis cœlibatus, atq; rerũ omniũ tēporanearũ exactissima nuditas,sub meo regimine aliquãtulũ restaurētur,dũ Italiã Galliã Hispanias partesq; inferio- ris germaniæ ordinē pro cõmuni bono visitãdo multis circũdatus di scriminibus peragrarē,multorũ capitulorũ generaliũ acta, & ordi nationes quæ in diuersorũ cõuentuũ scrinijs delitescebãt Mediolanũ detuli,atq; ex ipsis super cõstitutionũ nostrarũ sentētijs dubijs, decla rationes cõflaui,ipsasq; cõstitutiões plurimis in locis mutilatas et trũ cas ad plenũ et perfecte correxi.Nõnullæ .n. ordinationes quæ tria cõtinua gēeralia capitula sortitæ fuerãt,vim cõstitutiõis habebãt,quæ tamē prælatorũ inscitia et incuria in cõstitutionibus hactenus haud erãt insertæ.quo igitur fratres omnes ad libitũ & emãdatissimas cõstitutiones,earũq; declarationes præ manibus habere possint, illas imprimi in milleq; exēplaria traduci curaui,præcipiēs in virtute spi ritusancti,et sãctæ obediētiæ omnibus et singulis cõuentuũ ordinis no stri præsidētibus,vt suas cõstitutiones cũ his nostris impressis cõferãt, emēdentq; vbi emēdatione opus fueris. Iã finē faciã,ne epistole mo- dũ excedã. Si nõ prius vniuersos & singulos ordinis fratres admo- nuerim,vt iugi meditatione animitus cõsiderēt quē in locũ et ad quid venerint.Facile enim spretis mundi illecebris religionē amplexabũ tur,si hæc diligētius cogitauerint pensauerintq;. Valete.

¶ Incipt regula, beati Augustini Episcopi.

ANTE omnia fratres charissimi, diligatur deus? deinde ꝓximus, quia ista præcepta sunt principaliter nobis data. Hæc igitur sunt, que vt obseruetis præcipimus, in monasterio constituti. Primū propter quod in vnum estis congregati, vt vnanimes habitetis in domo, & sit vobis anima vna & cor vnū in deo. Et non dicatis aliquid proprium, sed sint vobis omnia cōia. Et distribuatur vnicuiq; vestrum a præposito vestro victus & tegumentum, non æqualiter omnibus quia non æqualiter valeris oēs, sꝫ potius vnicuiq; prout cuiq; opus fuerit. Sic enim legitis in actibus appostolorum, quia erant illis omnia cōia, & distribuebatur vnicuiq; prout cuiq; opus erat. Qui vero aliquid habebāt in seculo, quando ingressi fuerint monasterium, libenter velint illud esse cōmune. Qui aūt non habebāt, non ea quærāt in monasterio, quæ nec foris habere potuerunt. Sed tamen eorum infirmitati quòd opus est tribuatur, etiam si paupertas eorum quando foris erāt, nec ipsa necessaria poterat inuenire. Non tamen ideo putent se esse felices, quia inuenerunt victum & tegumentum, quale foris inuenire non potuerunt. Nec erigant ceruicē quia sociant eis ad quos foris accedere nō audebāt, sed sursum cor habeant & terrena vana non querant, ne incipiant monasteria diuitibus esse vtilia nō pauperibus, si diuites illic humiliantur & pauperes illic inflantur. Rursus etiam illi qui aliquid esse videbantur in seculo, non habeant fastidio fratres suos, qui ad illam scām societatem ex paupertate vene-

runt

runt. Magis autem ſtudeant non de parentũ diuitũ dignitate, ſed de pauperum fratrum ſocietate gloriari. Nec extollantur ſi cõmuni vitæ aliquid de ſuis facultatibus contulerunt, nec de ſuis diuitijs magis ſuperbiant, quia eas in monaſterio partiuntur, q̃ ſi eis in ſęculo fruerentut. Alia quippe quecunq: iniquitas in malis operibus exercetur vt fiant, ſuperbia vero ẽt bonis operib⁹ inſidiatˉ vt pereãt. Et qd prodeſt diſpergẽdo dare pauperibus & pauperem fieri? cum anima miſera ſuperbior efficitur diuitias contemnendo, q̃ fuerat poſſidendo? Omnes ergo vnanimiter & concorditer viuite, & honorate in vobis deum inuicem, cuius templa factis eſtis. ¶ Orationib⁹ inſtate, horis & temporibus conſtitutis. In oratorio nemo aliquid agat niſi ad quod factum eſt, vnde & nomen accepit, vt ſi forte aliqui etiam præter horas conſtitutas (ſi eis vacat) orare voluerint, non eis ſint impedimẽto, qui ibi aliquid agendũ putauerint. Pſalmis & hymnis cum oratis deum, hoc verſetur in corde quòd profertˉ in ore. Et nolite cãtare, niſi qd legitis eſſe cantandum. Quod aũt non ita ſcriptum eſt vt cantetur, non cantetur. ¶ Carnem veſtrã domate ieiunijs & abſtinentia eſcæ & potus, quantum valitudo permittit. Quando aũt aliqs non poteſt ieiunare, non tamen extra horam prandij aliquid alimentorũ ſumat, niſi cũ ægrotat. Cum acceditis ad mẽſam donec inde ſurgatis, quod vobis ſecundũ cõſuetudinem legitur, ſine tumultu & cõtentione audite, ne ſolæ vobis fauces ſumãt cibum, ſed & aures eſuriant verbũ dei. Qui infirmi ſunt ex priſtina con-

ſuetudine ſi aliter tranctantur in victu, nõ debet alijs moleſtum eſſe, nec iniuſtum videri eis, quos fecit aliqua cõſuetudo fortiores. Nec illos feliciores putent, quia ſumunt quod nõ ſumũt ipſi, ſed ſibi potius gratulentur, quia valent quod non valent illi. Et ſi eis q venerunt ex moribus delicatioribus ad monaſteriũ, aliquid alimentorum, veſtimentorum, operimentorumue datur, quod alijs fortioribus & ideo felicioribus non datur, cogitare debent quib⁹ non dat̃, quantum de ſua ſœculari vita illi ad iſtã deſcẽderint, quãuis vſq; ad aliorum qui ſunt corpore firmiores frugalitatẽ, peruenire nõ potuerint. Nec debẽt velle omnes quod paucos vident amplius, non quia honorantur ſed quia tolerãtur accipere, ne cõtingat deteſtanda peruerſitas, vt in monaſterio vbi quantũ poſſunt fiunt diuites laborioſi, fiant pauperes delicati. Sane quemadmodũ ægrotantes neceſſe habent minus accipere ne grauentur, ita & poſt ægritudinem ſic tractandi ſunt vt citius recreentur, etiam ſi de humillima ſæculi paupertate venerint, tanquam hoc illis cõtulerit recẽtior egritudo, quod diuitib⁹ anterior cõſuetudo. Sed cũ vires priſtinas reparauerint? redeãt ad feliciorẽ conſuetudinẽ ſuam, quę famulos dei tanto amplius decet quanto minus indigent, nẽ cibi eos teneat voluptas iam vegetatos, quos neceſſitas leuarat infirmos. Illos ſane exiſtiment ditiores, qui in ſuſtinenda parcitate fuerint fortiores Melius eſt enim minus egere, quam plus habere. ¶ Non ſit notabilis habitus veſter, nec affectetis veſtibus placere ſed moribus. Quando proceditis ſimul ambulate,

late,cum veneritis quo itis,ſimul ſtate. In inceſſu,ſtatu,habitu,& in omnib9 motib9 veſtris,nihil fiat quod cuiuſquã offẽdat aſpectũ,ſed quod veſtrã deceat ſanctitatẽ. ¶Oculi veſtri & ſi iaciantur in aliquã fœminarum, in nullam figantur. Neq; enim quando proceditis fœminas videre prohibemini, ſed appetere vel ab ipſis appeti velle,criminoſum eſt. Nec ſolo tactu, & affectu, ſed & aſpectu quoq; appetitur & appetit, concupiſcentia fœminarum. Nec dicatis vos habere animos pudicos,ſi habeatis oculos impudicos,quia impudicus oculus, impudici cordis eſt nũcius. Et cum ſe inuicem ſibimet etiam tacente lingua,conſpectu mutuo,corda nunciant impudica, & ſecundum concupiſcentiã carnis alterutro delectantur ardore,ẽt intactis ab immunda violatione corporibus,fugit caſtitas ipſa de moribus, Nec putare debet qui in fœminã figit oculũ, & illius in ſeipſum dili git fixum,ab alijs ſe non videri, cum hoc facit. Videtur omnino,& a quibus ſe videri non arbitratur. Sed & ſi lateat & a nemine hominum videatur, quid faciet de illo de ſuper inſpectore,quẽ latere nihil poteſt? An ideo putandus eſt non videre, quia tanto videt patientius,quanto ſapientius? Illi ergo vir ſanctus timeat diſplicere,ne velit fœminæ malè placere. Illũ cogitet oĩa videre,ne velit fœminã malè videre. Illius enim & in hac cauſa commendatus eſt timor, vbi ſcriptum eſt. Abhominatio eſt domino, defigens oculũ. Quando ergo ſimul eſtis in eccleſia vel vbicumq; fœminæ ſunt, inuicem veſtram pudicitiam cuſtodite. Deus enim qui habitat in vobis, etiã iſto

modo

modo cuſtodiet vos ex vobis.

¶ Et ſi hanc de qua loquor oculi petulantiam in aliquo veſtrum aduerteritis, ſtatim admonete ne male cœpta progrediantur, ſed de proximo corrigantur. Si autem & poſt admonitionem iterũ vel alio quoq; die id ipſum eum facere videritis, iam velut vulneratum ſanandum prodat, quicumq; hoc potuerit inuenire. Prius tamen eſt alteri vel tertio demonſtrandum, vt duorum vel trium poſſit ore conuinci, & competenti ſeueritate coërceri. Nec vos iudicetis eſſe maliuolos, quando hoc indicatis. Magis quippe innocentes non eſtis, ſi fratres veſtros quos indicando corrigere poteſtis, tacẽdo perire permittitis. Si enim frater tuus vulnus habet in corpore qđ velit occultari dum timet ſecari, nõne crudeliter a te ſileretur & miſericorditer indicaretur? Quanto ergo potius debes manifeſtare; ne deteri⁹ putreſcat in corde? Sed antequam alijs demonſtretur per quos conuincendus eſt ſi negauerit, prius prępoſito debet oſtendi, ſi admonitus neglexerit corrigi, ne forte poſſit ſecretius correctus, non innoteſcere cæteris. Si autem negauerit, tunc neganti adhibendi ſunt alij etiã coram omnibus, vt poſſit non ab vno teſte argui, ſed a duobus vel tribus conuinci. Conuictus vero, ſecũdum præpoſiti vel etiam preſbyteri ad cuius diſpenſationem pertinet arbitrium, debet emendatoriam ſubire vindictam. Quam ſi ferre recuſauerit, etiam ſi ipſe non abſceſſerit, de veſtra ſocietate proijciatur. Non enim hoc fit crudeliter ſed miſericorditer, ne contagione peſtifera plurimos perdat. Et

hoc quod dixi de oculo non figendo, etiam in cœteris inueniendis, prohibendis, indicandis, conuincendis, iudicandisq; peccatis, diligenter & fideliter obseruetur, cum dilectione hominum & odio vitiorum Quicunq; autem in tãtum progressus fuerit malum vt occulte literas ab aliquo vel quodlibet munus acceperit, si hoc vltro confitetur, parcatur illi & oretur pro eo. Si autem depræhenditur & conuincitur, secundum arbitrium presbyteri vel præpositi grauius emendetur.

¶ Vestes vestras in vnum habeatis sub vno custode vel duobus, vel quot sufficere possint ad eas excutiẽdas, ne a tinea ledantur. Et sicut pascimini ex vno cellario, sic induamini ex vno vestiario. Si fieri potest, ad vos nõ pertineat, quod vobis indumẽtũ pro temporum congruentia proferatur, vtrum hoc recipiat vnusquisq; quod deposuerat, an aliud quod alter habuerat, dum tamen vnicuiq; prout cuiq; opus est nõ negetur. Si autem hinc inter vos contentiones & murmura oriuntur, & conqueritur aliquis se deterius accepisse quam prius habuerat, & indignum se esse ꝙ nõ ita vestiatur sicut alius frater vestiebat̃, hinc vos probate quãtum vobis desit in illo interiori sancto habitu cordis, qui pro habitu corporis litigatis. Tamen si vestra toleratur infirmitas vt hoc recipiatis quod posueritis, in vno tamen loco, sub communibus custodibus habete quod ponitis, ita sane ꝙ nullus sibi aliquid operetur, sed omni opera vestra in vnum fiant, maiori studio, & frequentiori alacritate, quam si vobis singuli propria faceretis. Charitas

enim

enim de qua ſcriptum eſt, ꝙ non quærit quæ ſua ſunt ſic intelligitur, quia communia proprijs, non propria communibus anteponit. Et ideo quanto amplius rem communem quam propria veſtra curaueritis, tã to amplius vos proficere noueritis, vt in omnibus quibus vtitur tranſitoria neceſſitas, ſuperemineat quæ per manet charitas. Conſequẽs ergo eſt vt etiã cũ quis filijs ſuis, aut aliqua neceſſitudine ad ſe pertinentibus, in monaſterio conſtitutis, aliquam contulerit veſtem, ſiue quodlibet aliud inter neceſſaria deputandum, non occulte accipiatur, ſed ſit in poteſtate præpoſiti, vt in rem cõmunem redactum, cui neceſſe fuerit præbeatur. Quod ſi aliquis rem ſibi collatam celauerit, furti iudicio condemnetur.

¶ Indumenta veſtra ſecundum arbitrium præpoſiti lauentur, ſiue a vobis ſiue a fullonibus, ne interiores animæ ſordes contrahat, mundæ veſtis nimius appetitus. Lauacrum etiam corpori cum infirmitatis neceſſitas cogit, minime denegetur. Fiat ſine murmure de conſilio medicinę, ita vt etiam ſi nolit iubente præpoſito faciat, quod faciendum eſt pro ſalute. Si autem velit & forte nõ expedit, ſuæ cupiditati non obediatur. Aliquando enim (etiam ſi noceat) prodeſſe creditur quod delectat. Deniq; ſi latens eſt dolor in corpore, famulo dei dicenti quid ſibi doleat, ſine dubitatione credatur. Sed tamen vtrum ſanãdo illi dolori quod delectat expediat, ſi non eſt certum, medicus conſulatur. Nec eant ad balnea, ſiue quocunq; ire neceſſe fuerit, minus quam duo vel tres Et ille qui habet aliquo eundi neceſſitatem, cum quibus

præpoſitus

præpositus iusserit ire debet Ægrotantium cura, siue post ægritudinem reficiẽdorum, siue aliqua imbecillitate etiam sine febribus laborantium, vni alicui debet iniungi, vt ipse de cellario petat, quod cuiq; opus esse prospexerit. Siue autem qui cellario, siue qui vestibus, siue qui codicibus præponuntur, sine murmure seruiant fratribus suis. Codices certa hora singulis diebus petantur. Extra horam qui petierit, non accipiat. Vestimenta vero & calciamenta quãdo fuerint indigentibus necessaria, dare non differant sub quorum custodia sunt quæ poscuntur.

¶ Lites aut nullas habeatis, aut quam celerrime finiatis, ne ira crescat in odium, & trabem faciat de festuca, & animam faciat homicidam. Sic enim legitis. Qui odit fratrem suum, homicida est. Quicunq; cõuicio, vel maledicto, vel etiam criminis obiectu, aliquem læserit, meminerit satisfactione quantocyus curare quod fecit, & ille qui læsus ẽ sine disceptatione dimittere. Si autẽ inuicem se læserint, inuicem sibi debita relaxare debent propter orationes vestras, quas vtiq; quãto crebiores habetis, tanto sanctiores habere debetis. Melior est autem qui quamuis ira sæpe tentetur, tamen impetrare festinat, vt sibi dimittat, cui se fecisse agnoscit iniuriam, quam qui tardius irascitur, & ad petendam veniam tardius inclinatur. Qui autem nunquam vult petere veniam, aut non ex animo petit, sine causa est in monasterio, etiã si inde non proijciatur. Proinde vobis a verbis durioribus parcite. Que si emissa fuerint ex ore vestro, non pigeat ex ipso ore proferre medicamenta, vnde

facta ſunt vulnera. Quando autem neceſſitas diſciplinæ in moribus coërcendis dicere vos dura verba compellit, etiam ſi ipſi modum vos exceſſiſſe ſentitis, non a vobis exigitur vt a vobis ſubditis veniam poſtuletis, ne apud eos quos oportet eſſe ſubiectos, dum nimium ſeruatur humilitas, regendi frangatur authoritas. Sed tamen petenda eſt venia ab omnium domino, qui nouit eos quos plus iuſto forte corripitis, quanta beneuolentia diligatis. Non autem carnalis, ſed ſpiritualis inter vos debet eſſe dilectio.

¶ Præpoſito tanquam patri obediatur, multo magis preſbytero, qui omnium veſtrum curam gerit. Vt ergo cuncta iſta ſeruentur, & ſi quid minus ſeruatum fuerit non negligenter prætereatur, ſed vt emendandum corrigendumq; curetur, ad præpoſitum præcipue pertinebit, vt ad preſbyterum cuius eſt apud vos maior authoritas referat, quod vires vel modũ eius excedit. Ipſe vero qui vobis præeſt, non ſe exiſtimet poteſtate dominãte, ſed charitate ſeruiente felicem. Honore coram vobis prælatus ſit vobis, timore coram deo ſubſtratus ſit pedibus veſtris. Circa omnes ſeipſum bonorum operum prębeat exemplum. Corripiat inquietos, conſoletur puſillanimes, ſuſcipiat infirmos, patiens ſit ad omnes. Diſciplinam libens habeat, metuendus imponat. Et quamuis vtrumq; ſit neceſſarium, tamen plus amari a vobis appetat quam timeri, ſemper cogitans deo ſe pro vobis redditurum eſſe rationem. Vnde & vos magis obediẽdo, nõ ſolum veſtri ſed etiam ipſius miſeremini, qui inter vos quanto in loco ſuperiori, tanto in pericu-

lo maiori verſatur.

¶Donet dominus vt obſeruetis hæc omnia tanquam ſpiritualis pulchritudinis amatores, & bono chriſti odore de bona veſtra conuerſatione fragrantes, non ſicut ſerui ſub lege, ſed ſicut liberi ſub gratia conſtituti. Vt autem vos in libello hoc tanquam in ſpeculo poſſitis inſpicere, ne per obliuionem aliquid negligatur, ſemel in ſeptimana vobis legatur. Et vbi vos inueneritis ea que ſcripta ſunt facientes, agite gratias domino bonorum omnium largitori. Vbi autem ſibi quicunq; veſtrum viderit aliquid deeſſe, doleat de pręterito caueat de futuro, orans vt ſibi debitum dimittatur, & in tentationē non inducatur.

¶ Explicit Regula, beati Auguſtini Epiſcopi.
Deo gratias.



MAGISTRORVM ORD. SERIES

BEATVS DOMINICVS INSTITVTOR ET PRIMVS MAGISTER ORDINIS PREDICATORVM.

2 F. Iordanus, Saxo.
3 F. Raymundus de Pinnafortt
4 F. Ioannes Teutonicus
5 F. Humbertus Burgundus
6 F. Ioannes Vercellensis Ital.
7 F. Munio Zamorensis hispan.
8 F. Stephanus Bisuntinus Burg.
9 F. Nicolaus Taruisinus Italus
10 F. Albertus Clauarus Genuē
11 F. Bernardus Vizicen. Gal.
12 F. Aimericus Placētinus Italus
13 F. Berengarius Gallus
14 F. Herueus Natalis Brito
15 F. Barnabas Vercellensis
16 F. Hugo Campanus Gallus
17 F. Gerardus de Domaro
18 F. Petrus de Palma Burgū.
19 F. Guarinus de Giaco Gal.
20 F. Ioannes de Molendino
21 F. Simon Lingoneñ. Burgun.
22 F. Elias Raimūdi Petragori.
23 F. Raimundus de Capua
24 F. Thomas Firmanus Italus.
25 F. Leonardus Stacij Italus
26 F. Bartholomeus Texerij
27 F. Petrus Roschini Gallus
28 F. Guido Flamocheti Gallus
29 F. Martialis Auribelli Gal.
30 F. Conradus Astensis Italus
31 F. Leonardus Māsuetus Italus
32 F. Saluus Casseta Siculus
33 F. Bartholomeus, Comatius
34 F. Barnabas Saxonus Neap.
35 F. Ioachinus Turrianus Ve.
36 F. Vincētius Bandellus Italus
37 F. Ioannes Cleree Gallus
38 F. Thomas Deuio Caietanus
39 F. Garsias de locysa, Hispa.
40 F. Franciscus Syluester Fer.
41 F. Paulus Butigella Papieñ.
42 F. Ioannes de fenario Vasco.
43 F. Augustinus Recuperatus
44 F. Albertus Casaus Hispanus
45 F. Franciscus Romæus Ital.
46 F. Stephanus Vsusmaris Gen.
47 F. Vincētins Iustinianus
48 F. Seraphinus caballus Brix.
49 F. Paulus cōstabilis ferra.
50 F. Sixtus Fabri lucēsis:
51 F. Hyppolitus M.a de mōte regali Hisp.
52 F. Hyeronimus xauierre:
53 F. August. Galam. Brix.
54 F. Seraph. siccus Papiēsis

¶Declarationes super diuersos passus constitutionum ordinis fratrum prædicatorum: recollectæ ex actis Capitulorum generalium: per Reuerendissimum patrem sacræ theologiæ eximium professorem Magistrũ Vincentium Bãdellum de Castronouo totius ordinis præfati Generalem Magistrũ: quæ p gñale Capitulum fuerunt approbate, additis tam in textu cõstitutionũ, q̃ in earũ declaratione, quæ ex generalium Capitulorũ actis ab eo tempore statuta, & declarata fuerunt, suoq; loco positis, per Reuerendissimum Sacræ Theologiæ professorem, Magistrum F. Vincentium Iustinianũ Chiensem totius eiusdem ordinis generalem magistrum.

INCIPIT PROLOGVS in librum constitutionum fratrum ordinis prædicatorum.

INtendẽtes passus obscuros cõstitutionum ordinis prædicatorum declarare: à titulo earum exordium sumendum esse censemus: declarãtes q̃ hoc nomen prædicatorũ. fuit ordini nostro impositũ a Papa Innocentio. iii. per literas quas direxit beato Dominico & sociis eius: & ab Honorio. iii. fuit hoc nomẽ in cõfirmatione præfati ordinis approbatum: & à Gregorio. ix. in Bulla canonizationis beatissimi Dominici confirmatũ: ac demũ ab aliis Pontificibus commendatum: qui mirandis laudibus & præclarissimis priuilegiis prædictum ordinem exornarunt. ¶Vnde dominus Alexãder. iiii. in laudem & cõmendationem præfati ordinis sic dicit. Celestis ille agricola summus auctor fidei precipuusq; protector: sacrum fratrum prædicatorum ordinem: quasi lignum fertile in ecclesiæ paradiso inseruit: vt delectaret amenitate: vbertate saciaret: & fructuũ suauitate mulceret. Hoc itaq; speciosum fecundum ac dulce lignum imbre superno irrigatum: pulchra plurima ac dulcia poma profert: quorũ odore ac sapore confortantur & conualescũt debiles: variisq; detenti langoribus liberantur. In hoc vtiq; Vite ligno mortales homines carnis infirmitatibus prægrauati: pabulum salutis inueniunt: & internam recipiunt sospitatem. Huius inq̃ ligni percepta fragrãtia vndiq; ad libamen ipsius concurrunt innumeri professores fidei: qui assidue illo perfruentes: & eius salutaribus fructibus cõuescentes: de ipsorum prægustata dulcedine: ministrãt & ipi aliis suauia libamenta salutis. Hæc est

illa generosa plantatio, quæ ramos suos vndique expandens, flores plurimos honoris & honestatis, fructusq; vberrimos doctrinæ profert & virtutis, & odorem sanctæ ac laudabilis côuersationis longe lateq; diffundit. Hic est ordo sacer prædicatorũ honestate floridus, præclarus scientia, virtute fecundus, a sede Apostolica merito approbatus, qui inter alia plantaria dominica, puritate côuersationis, sapientiæ dono, & virtutis merito dignoscitur specialiter insignitus. Huius sacri, clari, conspicui, & approbati ordinis fratres, sacrarum scripturarum studio instanter incumbũt, animarum pfectibus, diuinis officiis et orationibus incessanter intendunt, atq; euangelicæ prædicationi ardenter insistẽtes, lumen diuinæ doctrinæ vbiq; per orbem diffundunt. Hi sunt viri doctrina clarissimi, qui contemplationi cælestium feruẽter inuigilãt, & piæ vitæ studio sine intermissione desudant. Hi sunt viri probati & plenè in lege Dñi eruditi, efficaces quidẽ in opere, & iu prædicatione potentes, quorum labia gratia celestis edocuit ad propinãdum salubrem doctrinam aliis, & commodum ac profectum animarũ Christifidelibus exponendum. Vnde vbiq; per mũdum ora ipsorum intonant veluti tube, ac in omnem terram exit sonus pdicationis eorum, & vsq; ad fines orbis sua salutifera verba sonant. Hi sunt viri præclari cõspicua religione fulgentes, qui tanq; lucẽtia sydera in ecclesiæ fundamento, suis splendidissimis documentis, viam celestis vitæ mortalibus insinuant. Hi sunt phialæ aureæ plene odoramentis, qui sua sacra conuersatione suauiter redolẽtes hortantur per hanc alios, & inducunt a somno negligẽtie celeriter surgere, & excussa prsus inertia ad opera lucis & bonitatis festinãter properare. Hi sunt dilecti Deo & hominibus fratres videlicet prædicatores, morum, honestate conspicui, scientiæ titulis insigniti, quos æterni patris benignitas inter plurimas psonas diuinis obsequiis deputatas pro sui nominis attollenda gloria & fidelium procuranda salute specialiter elegit, qui suũ semper affectum ad amorẽ cœlestium dirigentes, virtutem diuini nominis vbiq; publicant, & pro Christianæ religiõis amppliando cultu vigili attentione laborant. Hi sunt qui vitam, & merita beatissimi Pauli Apostoli contemplantes, gloriantur in sola Cruce Domini nostri Iesu Christi, & mundi pompas ac solatia spernentes, sed solam ce-

lestem patriã, & ad paradisi delitias recta intentione suspirant. Hi sunt qui propter Deum semetipsos salubriter abnegãtes, elegerunt sub artissima paupertate Deo deseruire, tanq; nihil habentes, & omnia posidẽtes. Hi postremo sunt qui quũ omnia terrena propter amorem bonorum celestium reliquerint, sobrie piè, iustè, & castè viuentes, ac exilia vitæ subsidia mẽdicantes, Christum pauperem imitantur, perfectionem euangelicam amplexando. Vnde clarissimè constat eos in statu perfectionis existere, & per suæ religiõis obseruantiam quæ quidem ipsius euangelicæ perfectionis continet formam in æternæ retributionis præmio precelletem gloriam promereri.

Quoniam a. ex precepto regulæ iubemur habere cor vnum & animam vnã in Domino, iustum est vt qui sub vna regula b. & vnius pfessionis voto viuimus. c. vniformes in obseruantiis canonicæ religionis inueniamur, quatenus vnitatẽ quę interius est seruanda in cordibus, foueat & represẽtet vniformitas exterius serua ta in moribus.

Quoniam a ex precepto regulæ iubemur habere cor vnum, & animã vnã in Domino.) Declaramus ꝙ vnitas cordium in his quæ Dei sunt secũdum regulam nostrã est in precepto, sicut & communitas rerũ, & ideo circa vnitatem cordium & communitatem rerum magna diligẽtia est adhibẽda. b. (& vnius professionis voto viuimus) Declaramus ꝙ ideo sub vnius professionis voto viuere dicimur, quia sub vnius generalis capituli, & sub vnius generalis magistri obedientia regimur & gubernamur. Sicut enim vnitas ecclesiæ ex vnitate capitis depẽdet, ita & vnitas ordinis nr̃i ex vnitate vnius generalis capituli, & vnius generalis magistri, cui secundum vnam regulam, & secundum easdem cõstitutiones ex voto nostræ professionis tenemur obedire. absq; dubio dependere dignoscitur. c ¶Vniformes in obseruãtiis canonicæ religiõis inueniamur.) Declaramus ꝙ sicut ex voto nostre pfessionis tenemur castè & sine proprio & sub vnius gñalis plati obediẽtia viuere: ita & in exterioribus obseruãtiis & cerimoniis: & in ieiuniis & abstinẽtiis: & in aliis statutis q̃ ad ornatũ & decorẽ canonicæ religionis seu re-

gularis vitæ pertinent vniformes esse debemus. Ideo particulares consuetudines preter regulam & constitutiones & ordinationes capitulorum generalium, fugiēdæ sunt & amputandæ: & vniformitas exterius seruata in moribus foueat & representet illam vnitatē quam interius debemus seruare in cordibus. Tex.2.

¶ Quod profecto eo competentius & perfectius poterit obseruari si ea quę agenda sunt scripto fuerint cōmēdata: si omnibus qualiter sit uiuendum scriptura teste innotescat: si mutare uel addere uel minuere nulli quicq̄; propria uoluntate liceat: d ne si minima neglexerimus paulatim defluamus.

d ¶ Nē si minima neglexerimus paulatim defluamus.)Declaramus q̄ illa quæ ponuntur in nostris constitutionibus & non habent præceptum annexum sed sunt pure statuta ad ornatum & decorem regularis vitæ pertinentia videntur esse minima respectu illorum quæ ad substantiam religionis pertinent: vel quæ habent præceptum annexum: tamē trāsgressio illorum ex negligentia nō est sine veniali culpa quæ disponit ad mortalem. Et ideo bene dicit.(ne si minima neglexerimus paulatim defluamus.) Quia vt dicit Bernardus: neglectus semper culpabilis est & Ecclesiastici.18.dicit. qui minima negligit paulatim decidet. Et Hierony. Mens Christo dedita sic caueat minora quomodo & maiora: sciens etiam pro verbo ocioso reddēdam esse rationem. Et Isidorus. Qui ociosa verba nō deprimit ad noxia cito transit. Paulatim crescunt vitia: & dum parua non cauemus in magnis prolabimur.

e ¶ Ad hec tamen in suo. f. conuentu prelatus dispēsandi cū fratribus hēat ptātem cum sibi g. aliqñ videbitur expedirē: in his precipue que studium uel predicationem uel. h. animarum fructum uidebuntur impedire. i. quū ordo noster specialiter ob p̄dicationem, & animarum salutem ab initio noscatur institutus fuisse: & studium nostrū ad hoc debeat principaliter intendere ut proximorū animabus possimus vtiles esse. K Priores etiā vtantur dispēsationibus vt alii fratres.

e ¶ Ad

e ¶ Ad hæc tamen in suo conuentu prælatus dispensandi cũ fratribus habeat potestatem.) Declaramus ꝙ prælatus hic vocatur solus ille qui habet curã animarum, sicut Prior in ordine nostro canonicè electus, & per superiores cõfirmatus. Supprior vero & Vicarius quum nõ habeant curam animarum nisi ex commissione Prioris vel alterius superioris non potest dici prælatus nec potest sibi eligere confessorem, nec priore ꝑsente in domo potest cum fratribus dispensare ex virtute cõstitutionum, sed solum ex cõmissione prælati, nisi forte quando mortuo Priore vel amoto ipse sit quasi ordinarius vices eius ĩ omnibus gerens. Et ideo in capitulo apud Parisius. M.ccxlvj. & apud Metis. M.cclj. fuit ordinatum ꝙ quum Priores sunt ꝑsentes ĩ domo suppriores, & vicarij non habeant potestatẽ dispẽsandi. f .(In cõuentu suo.) Declaramus ꝙ quilibet prælatus potest in cõuentu suo & nõ in alieno cum fratribus non solum suis sed etiã alienis ex causa honesta & rationabili dispensare, in vigiliis, ieiunijs, & abstinentijs, & in alijs quæ dispensabilia sunt, & quæ non sunt sibi expresse prohibita, dummodo hoc non regulariter faciat, nec de facili, nisi causæ rationabiles id exposcãt sicut fuit ordinatũ apud Barchinonam. M.cclxj. Vnde Magister Hũbertus dicit, ꝙ prælatus ex causa honesta, & rationabili potest cõpellere fratrem subditum, & etiam extraneum in suo conuentu ad recipiendum dispensationem in ieiunijs & comedendis carnibus, & alijs similibus, puta in casu ĩ quo non vti illa dispẽsatione esset peccatum, & per consequẽs contra ordinem, aliter non potest compellere. Vnde Bernardus in lib. de dispensatione sic dicit. Votum meum non augeat prælatus absq; mea voluntate, nec minuat sine certa necessitate, alioqn remissio voti absquẽ necessitate, nõ dispensatio est sed dissipatio. Quando tamen prælatus præcipit fratri in suo conuentu vt dispensationẽ accipiat, non debet ille de facili iudicare ꝙ prælatus non habeat causam rationabilẽ, quia forte facit causa humiliãdi eũ, vel alia de causa quam ipse nescit, vtputa quia ꝓbabiliter de eius debilitate dubitat, quãuis subdito videatur ꝙ sit fortis. Et in hoc debet iudicium suum iudicio supponere ꝑlati & ei obedire. Quia sepe euenit vt alij magis perpendant debilitatem alterius ex aspectu quàm ipsemet qui patiť, siue ex inexperientia, siue ex feruore. Et ideo in dubio

dubio tenet subditus plato obedire qa obediētia excusat ī dubijs 23. q.j.c.Quid culpat. Itē declaramus ꝙ Priores in conuētu suo, & in eorum absentia supriores & eorum vicarij, omnes fratres nostri ordinis ad eorum conuentus declinantes ab omnibus peccatis & censuris, tam à iure quàm ab homine generaliter prolatis, sedi apostolicæ non reseruatis, possunt absoluere, ac etiam eis sacramentum eucharistiæ, & extremæ vnctiōis administrare sicut fuit declaratum apud Valentiā.M.cccxxxij & sicut habetur in priuilegio quod dicitur Mare magnū. g ❡Aliquando.) Declaramus ꝙ dispensationes in ieiunijs, & abstinentijs nunquàm sunt faciendæ nisi ex magna causa cum toto conuentu, & si personis aliquibus merito sint interdū indulgēdæ, nec etiam semper fieri debent & continuè sed solū aliquando secundum ꝙ prælato pp vtilitatem aliquā vel necessitatem, vel honestam & rationabilē causam videbitur expedire, sicut fuit declaratum apud Valentiam. M.cclxiiij. & apud Barchinonam. M. cclxj. & apd̄ Mediolanū.M.cclxxxv. h. ❡Quum ordo noster specialiter ob p̄dicationem & animarum salutem ab initio noscatur fuisse institutus.) Declaramus ꝙ quum finis ordinis nostri sit prædicatio & salus animarum generaliter, quia ab initio fuit institutus ob prædicationem & salutem animarum generaliter, non solum ingredientium ip̄m ordinem sed etiam communiter in vniuerso mundo & extra ordinem existētium, in quo excellit alios ordines qui sunt instituti solum propter salutē ingredientium, ideo statuta ordinis non debent ita rigide seruari ꝙ impediāt illud propter qd̄ ordo principaliter est institutus quia quod est propter aliquid institutum non debet contra illud militare, & q̄ sūt ad aliquē finem ordinata debēt esse ꝑportionata & commensurata illi fini, & moderari secundum congruentiam ad illum finem. Et propter hoc bene dicit constitutio ꝙ prælatus poterit in suo cōuentu cum fratribus dispēsare, in ijs precipuè que studium vel prædicationem vel animarum fructum videbuntur impedire. i. ❡Aīarum salutē seu fructū.) Declaramus ꝙ tria precipua sūt quæ salutem impediunt animarum licet non sint contra ordinem. Primum est quæstus immoderatus. Mundus enim auarus ē, & fugit quæstores importunos & immoderatos. Secundū est officia odiosa vt sunt inquisitiones, visitationes, corre-

ctiones,

ctiones violente,executiones testamentorum vel arbitrorū sententiæ, & aliæ causæ arduæ & odiosæ ex quibus freqūter cōturbatur hominum deuotio ad ordinem & fratres. Tertium est nimia austeritas in consilijs, & opinionibus. Terrentur enim homines ex hoc intantum vt salutem propriam negligāt. Quapropter parcēdum est ab importunitate quæstus notabilis. Fugiēda sunt omnino officia odiosa licet sint alicuius fructus, & relaxanda est quantum fieri potest rigiditas & austeritas in cōsilijs, & benigne tractandi sunt homines. Et ideo in capitulo Parisius. M.cc.xxxiiij. sic fuit ordinatum. Prohibemus strictissimè ne fratres suscipiant commissiones causarum, arbitria siue iudicia, nec pignora siue obsides, neq; per iurisdictionē episcopalem aliquos coerceant, & qui cōtrafecerit grauiter puniantur. Et apud Bono. M.cc.lij. fuit prohibitū ne fratres essent. dispensatores alienarum pecuniarum nec testamētorum executores. Et apud Burdegalā. M.cc.lxxxvij. fuit districte prohibitum ne aliquis frater decetero intromittat se de matrimonijs consiliandis, seu etiā de magnis & arduis negocijs secularium pertractandis, & abstineat a causis odiosis suscipiendis. Ne ergo salus animarum impediatur, debemus à negocijs odiosis abstinere & laborare vt nostra conuersatio sit bona & [illegible], & summam diligentiam adhibere vt fama ordinis & fratrum integra seruetur, ac studendum est vt in his quæ non sunt reprēhēsibilia amicabiles nos hominibus reddamur, ac humaniter & benignè cū eis conuersemur. Item declaramus ꝙ cum illa religio cuius institutio, & obedientia est essentialiter, principaliter, & nominaliter ordinata ad docendum, & prædicādum seu ad illuminādum, & saluandum animas per doctrinam, & prædicationis officium, est omnibus alijs excellentior, & perfectior, quia prædicare, & docere sunt actus ex abundantia, & plenitudine contemplationis ꝓcedentes, & vt dicit Gregorius, doctrina & prædicatio præferuntur simplici contemplationi. Et sicut maius est illuminare ꝗ̃ lucere solum, ita maius est cōtemplata alijs tradere, quàm solum contemplari. Et sic religio ad docendum & prædicandū principaliter, & essentialiter ordinata tenet supremum gradum in religiōibus vtpote religioni xp̄i magis conformis. Et quum ordo noster ex sua prima institutione sit principaliter, essentialiter, & nominaliter ad docendū

& prædicandum, & ad communicandum contemplata, & ad procurandum animarum salutē institutus, sequitur ꝙ sit omnibus alijs pfectior & excellentior. k ℂ Priores etiam vtātur dispensatione sicut, & alij fratres.) Declaramus ꝙ fratres nostri inferiores & subditi nō possunt propria auctoritate seipsos in his que ad constitutiones ptinent dispensare, sed debent à prælatis sub quorū iurisdictione & foro sunt dispensationem accipere. Superiores vero & ꝑlati per istam constitutionē qñ iudicauerint expedire sunt dispensati, & possunt sicut cæteri dispensatione vti. Tex.iiii.

I ℂ Vt igitur vnitati & paci totius ordinis prouideamus, t. Volumus & declaramus vt regula nr̄a, & constitutiones nostræ non obligēt nos ad culpam sed ad pęnam. m Nisi ꝑpter preceptum n. Vel contemptum. Pęnis tñ absolutionis ab officio, priuationis vocis actiuæ vel passiuæ, grauioris culpæ, & alijs maioribus, quantūcūq; tam in Constitutionibus q̄; extra, ipso facto sint incurrēdæ (nisi sit pęna excōm. la.sen.) nullus sit subiectus. o. Nisi superueniat declaratio Prælati in particulari respectu huius, quantūcunq; etiam notoriū facti vel iuris aut vtriusq; interueniat.

4 ℂ Præceptum autem in Regula nullum (nisi quod de natura sua ē ratione triū votorum; vel diuinæ, aut ecclesiasticæ legis) contineri volumus & declaramus. Et idē in Constitutionibus, nisi vbi ponit̄ sententia excōmunicationis, aut formaliter exprimitur p verbum (præcipimus in virtute sanctæ obedientiæ.) Et hoc idē in ordinationibus, & Pręlatorum verbis, & literis intelligi volumus. Pœnam excōm. & excommunicatiōnem lat. senten. p nulla verba (tam in Cōstitutionibus quàm extra) in nostro ordine intelligimus, nisi vbi explicite, & verbaliter pœna excōm. & excōmunicatio lat. senten. exprimitur.

5 ℂ Porro Prælati non faciant precepta obligātia ad mortale

mortale pctm̄ i ira exteriori, maximè cõtra subditos, turbatos & si fecerint irrita sint, & inania, facta tñ valeant quo ad quascũq; pœnas temporales. Præcepta quoque in scriptis facta cessentur sine ira facta. Nec faciant pręcepta quieto animo, nisi in scriptis, extra necessitatis articulum, præter commune præceptum qđ fit à Visitatoribus in visitationibus, facta tamen valeant. Nec damnent aliquẽ ad pœnam grauioris culpę, aut carceris, nisi in iudicio confessum vel conuictum, & in scriptis. Et si secus factum fuerit, totum sit irritum & inane. 6 ℂ Statuimus etiam ꝙ tã in Constitutionibus quàm extra, quicquid non secũdum se mortale mãdatur, sub quacũq; pœna (nisi excommunicationis) ad solam pœnã obliget, non obstante ꝙ in capitulo de grauiori culpa dicatur. Vt qui membrum diaboli culpam perpetrando non erubuit fieri &c.

I. ℂ Vt vnitati & paci totius ordinis prouideamus, volumus, & declaramus ꝙ constitutiones nostræ non obligẽt nos ad culpam sed ad pœnam.) Declaramus ꝙ quum in statutis maximè sit attendenda intentio, & voluntas statuentis, & intentio ac volũtas eorũ qui nostras cõstitutiones ediderunt fuerit vt non nos obligarent ad culpam, sicut patet ex capitulo secundo generalissimo Parisius celebrato anno M.cc.xxxvj. in quo ista cõstitutio propter pacẽ & quietem cõscientiæ fratrum fuit cõfirmatã, idcirco trãsgressores nostrarum constitutionum quãdo sunt pure constitutiones & non habent præceptum annexum, & id quod est in eis non est alias lege diuina vel humana prohibitum vel mãdatum, nõ obligantur ad aliquam culpam sed tantum ad pœnam in constitutionibus taxatam vel per prælatos imponendam & taxandam, quam si facere recusauerint nõ euadẽt culpam. Et quãmuis pena non debeat infligi nolenti sine culpa, et tamen qui voluntarie se obligauit ad aliquam pœnam potest talis pœna infligi sine culpa. Tales autem sunt fratres ordinis nostri qui voluntarie in sua professione huic legi se obligauerunt, vnde dicit sanctus

ctus Thomas secunda secundæ q.clxxxvj.art.ix.ad primum, & quolibet.j.q.ix.art.iiij. ꝙ in aliqua religione sicut ĩ nostra cautius quis profitetur quàm in alijs,quia promittit profitens nõ seruare regulam nec viuere secundum regulam, sed obedire secundum regulam & constitutiones,Ita ꝙ professioni nõ contrariatur nisi quod est contra ꝓceptum regulæ & cõstitutionũ. In alljs autem quæ non habent præceptum annexum,transgressio vel omissio ex suo gñe non obligat ad aliquam culpam sed solum ad pœnam, quia ꝑ hunc modum ad talia obseruãda obligantur ex sua professione.Qui tamen possent peccare veniali ter si ex negligentia, vel ẽt mortaliter si ex contemptu vel ex libidine illa trãsgrederentur. m. (Nisi propter preceptum.) Declaramus ꝙ Priores in suis conuentibus possunt ex rationabili causa in his quæ ad regulã vel constitutiones explicite vel implicite pertinent,præcepta verbo & scripto facere,quæ transgressores obligabunt nõ solum ad pœnam sed etiam ad mortalem culpã, quia ex voto nostræ professionis tenemur regulã, & constitutiones non contemnere & ꝓceptis prælati nostri in his quæ sunt secũdum regulam, & constitutiones obedire. Nõ tamen debent prelati esse faciles, nec præcipitanter & indiscrete ꝓcepta & excommunicationes fulminare,sed cum maturo cõsilio, & ex diligenti deliberatione ꝓhabita, & ex causa vrgenti & necessaria,huiusmodi precepta discrete. facere,sicut fuit ordinatum Parisius.M.cc.lxix. Et Oxoniæ.M·cc.lxxx.Et Ferrarie M.cc.xc. n (Vel propter contemptum.) Declaramus ꝙ sicut transgressio prætepti in regula vel constitutione positi vel à ꝓlato verbo vel scripto facti,obligat ad culpam, ita & trãsgressio constitutionis quantumcũq; minimæ ex contemptu facta obligat ad mortalem culpã, quia vt dicit Bernardus. Neglectus semper culpabilis est, contemptus vero damnabilis.Et dicitur contemptus quando nulla existente necessitate vel causa,vera vel opinata,ex sola propria voluntate & inobedientia quis constitutionem transgreditur,& nõ vult se subijcere legi, immo ex propria volunrate renuit subijci statuto sui superioris,vel vt quidam dicunt. Contemptus est voluntaria sine causa continuata legis transgressio. Illorum autem voluntas renuit subijci nostris legibus & statutis. qui habent firmum propositum non seruandi constitutiones.& nulla existente causa animo

mo deliberato illas transgrediuntur cum intentione perseuerandi in tali transgressione, & non faciendi pœnitētiam in cō stitutionibus taxatam vel à prælatis taxandam. Qui vero habent voluntatem & propositū seruandi cōstitutiones, et si interdum vel frequenter ex fragilitate vel in aduertentia vel alia occasione vel causa vera vel opinata illas transgrediantur, habent tamen intentionem faciendi pœnitentiam taxatam vel à ꝑlatis taxandam, nec intendūt in huiusmodi transgressionibus perseuerare, tales contemptum euadunt & culpam, faciētes id ad quod obligantur. Tenemur enim habere volūtatem seruandi constitutiones cum intentione si illas nō seruabimus faciendi pœnitentiam taxatam vel taxandam. Et ideo vt euadamus culpam, sufficit vel constitutiones seruare, vel si eas transgredimur pœnitentiam taxatam vel taxandam facere quando sunt pure constitutiones.

* o, Nisi superueniat declaratio prælati. Declaramus iuxta declarationem factam, Romæ. 1513. ꝙ pœnæ exigant declarationem superioris in particulari, nisi ipsemet reus seipsum declaret. Quòd facere debet, humiliter cognoscens errorem suum, si factum est publicum vel notoriū. Si.n. ipse se declarauerit, alia non sit opus declaratione, & 1518 additum fuit declarando, ꝙ nullus Præsidens potest declarare seipsum absolutū ab officio suo, propter quàmcunq; trāsgressionē admissam.

¶ Et vt multitudo constitutionum vitetur. p prohibemus ne decetero aliquid statuatur nisi per duo capitula generalia cōtinua fuerit approbatum, & tunc in tertio capitulo immediate sequente poterit confirmari vel deleri, siue per priores prouinciales siue ꝑ alios diffinitores vbicumq; illud tertium capitulum celebretur.

p ¶ Prohibemus ne decetero aliquid statuatur.) Declaramus ꝙ nec Prior ꝓuincialis nec magister ordinis, nec aliquod capitulum potest facere constitutionem. Sed oportet ꝙ ad constitutionem faciendam concurrāt tria capitula generalia & continua vel vnum capitulum generalissimum. quod equipollet tribus generalibus continuis. Possunt tamen facere ordinationes & ad monitiones que perpetuo durabunt quousq; fuerint reuocate, & poterunt secundum ipsas

sas prælati corrigere fratres, & et i ipsis ex causa rõnabili dispẽsare vt communiter tenetur. Vnde in capitulo apud Castras celebrato. M.ccc.lij. sic dicitur. Declaramus ꝙ ordinationes & ꝑcepta magistri ordinis & Priorum prouincialium post eorum mortem vel amotionem in sua remanẽt roboris firmitate, quousq; per eorum successores reuocentur. Et idem dicimus de gratijs factis per eosdem exceptis duntaxat exemptionibus q̃buscũq;.

¶ 7 Inchoationes aũt quæ fiunt in capitulis gñalibus non mandẽtur executioni, vsque quo approbatæ fuerint per alia duo capitula, & factæ sint cõstitutiones, nisi forte eadẽ inchoatio fiat ꝑ modũ ordinationis. q ¶ Interpretationes regulæ vel constitutionum factæ à generali capitulo non habeãt vim constitutionis, nisi per tria capitula generalia continua in modum aliarum constitutionum, scilicet per viam inchoationis & confirmationis continuate fuerint approbatæ.

¶ 8 Ordinationes tam capitulorum generaliũ q̃ Magistri ordinis (quo ad vim præcepti, & censurarum ecclesiasticarum) cũ ipsis expirare volumus. Vita vero capituli, vsq; ad sequens capitulum intelligitur. Quo ad reliqua vero, q̃ulibet per generale capitulũ vel Magistrũ ordinis facta durare volumus, donec fuerint reuocata per similẽ potestatem: Excepto si quem Magister ordinis, Vicariũ totius Ordinis instituisset. Hunc enim volumus cum ipso expirare. Ab inferioribus autẽ capitulis & Prælatis quomodolibet ordinatą, cum ipsis (tanquam ab homine ordinata) expirarĩ volumus, Exceptis, Supprioribus, confessoribus tã fratrum, q̃ monialium, Vicariis monialium, & Magistris personarum vtriusque sexus tertii habitus, & officialibus Cõuentuum absq; iurisdictione. Hos enim volumus

lumus durare cum ea quā habebant auctoritate, donec reuocentur ab habente potestaté destituendi eos dē. ¶ 9 Porro Prælati omnes a multitudine præceptorum & ordinationū, abstineant, ne laqueū animabus subditorum iniiciant, nec propter defectum vnius vel paucorum, qué vel quos non audent corrigere, communitaté inuoluāt. Nulla quoq; potestate i ordine nostro, in cōmuni vel in particulari aliquid ordinetur, vel prohibeatur cū hac pœna, quod non possit absolui a peccatis suis. • Priores tamen possunt aliquos determinatos casus peccati mortalis sibi reseruare, vt viderint expedire animabus.

p ¶Interpretationes regulæ vel constitutionum &c.) Declaramus ꝙ si i aliquo passu regulæ vel constitutionum occurrerit aliquod dubium. stabitur interpretationi & declarationi capituli generalis vel magistri ordinis, dummodo illa declaratio non contineat manifestum errorem, quia i dubijs sequenda est maiorum sententia, & obedientia excusat i dubijs. Et ideo iterpretatio vel declaratio facta per capitulum gnerale vel per magistrum ordinis licet non habeat vim constitutionis. est tamen à subditis tenenda & obseruanda. Et ob hoc i diuersis capitulis generalibus à principio ordinis vsq; ad hæc tempora pluries fuit ordinatum ꝙ admonitiones & ordinationes ac declarationes capitulorum generaliū, debeant à singulis conuentibus i aliquo quaterno scribi & ter, vel quater in anno congregatis fratribus legi, nec deleri debent nisi fuerint reuocate, sicut habetur in capitulo apud Coloniam M.cc.xlv. Vñ i capitulo apud Bisuntium. M.ccc.liij. sic dicit. Imponimus districtè omnibus, & singulis prioribus prouincialibus vt declarationes huius anni & omnes alias præteritis temporibus factas quas habere poterunt scribant diligenter i vno volumine, & cum alijs prouinciæ scriptis custodiāt, & conuentibus suis communicent, ac eas sepius legi faciant. Et i capitulo apd Tholosam. M.ccc.lxxij. sic habetur. Imponimus oībus prioribus cōuētualibus, & eorū loca tenentibus sub pœna absolutionis ab officijs suis. quatenus

nus declarationes & ordinationes capitulorũ generaliũ semel in mense legi faciant fratribus simul congregatis in capitulo, vel in mensa. Siquis autem frater tunc absens fuerit teneatur sub pœna priuationis vocis cũ præsens fuerit in conuentu illas legere intelligibiliter, & complete.

¶ Librum autem istum diligẽter conscripsimus, in quo duas distinctiones adnotauimus.

¶ Explicit prohemium cũ declaratione.

¶ Prima distinctio cõtinet. xx. capitula,

¶ Secunda distinctio continet decem & octo capitula.

Sextum

❧ Distinctio prima de officio ecclesię. primum capitulum.

Audito .a, primo signo surgant fratres .b. & stando dicant officium de beata Virgine .c. pro tempore .d. Matutinas autem & missam & omnes alias horas canonicas simul audiãt fratres nostri, nisi cum aliquibus prælatus aliter .e. dispensare voluerit.

❧ Incipiunt constitutiones ordinis p̃dicatorũ.cap.j.

Audito a. p̃mo signo surgãt fratres.) Declaramus ꝙ ad horas canonicas nõ debemus regulariter habere nisi duo signa. primum debet esse breue. Quo audito fratres debent se præparare & occupationes in quibus tunc versantur dimittere, nec nouas assumere. Secundum autem signum debet esse ita prolixum vt ante terminationẽ eius possint fratres de omni remotiori loco domus secũdum existimationem pulsantis ad ecclesiam conuenire. Inter primum autem, & secundũ signum debet esse tantum spacium, ꝙ fratres possint se præparare. b Et stando dicant officium de Beata Virgine.) Declaramus ꝙ i matutinis audito primo signo debẽt in dormitorio fratres

fratres stando dicere officium de Beata Virgine, quādo ꝑ tempore est dicendum, vno incipiente & dicente vno versu & aliis respondentibus & dicentibus aliū versum, & post secundum signum debent officium de tempore in choro deuotè & distinctè cantare. In aliis vero horis dici debent post secundū signum in choro ante officium de tempre stando officium beatæ Virginis præmittere nisi in completorio vbi post officium de tempore officium Beatæ Virginis dicitur, sicut fuit ordinatū in capitulo Metensi. M.cccc.xxj. c. Pro tempore.) Declaramus ꝙ officiū beatæ virginis certis diebus in dormitorio, & in choro intermittitur, & ad ipsum dicendum fratres non obligantur videlicet in festis duplicibus, & supra. & in octauis solemnibus. & quando de beata Virgine agitur. siue in octaua ipsius siue extra octauas & certis aliis diebus. Et propter hoc cōstitutio dicit ꝙ fratres audito primo signo dicāt officium de Beata Virgine pro tempore, & non semper. propter illos dies in quibus intermittiť, quàmuis & illis diebus ex deuotione in priuato semper dici debeat. .d Matutinas autem & missam & omnes horas canonicas simul audiant fratres.) Declaramus ꝙ omnes fratres clerici simul in ecclesia missam conuentualem debent audire & horas canonicas dicere, quia ecclesiæ nostræ sunt conuētuales, nisi prælatus cum aliquibus ꝑpter honestas, & legitimas occupatiões voluerit dispēsare vt priuatas missas audiant, & in priuato officium dicant. Declaramus autem ꝙ fratres debēt quotidie missam non solum videre, sed & audire, quia irreligiosum valde est ꝙ frater quotidie maximè quando est in domo non audiat missam. Nec super hoc debet prælatus de facili dispēsare, sed potius per pœnitentias debet fratres ad audiendū quotidie missam compellere. Hore autem canonicæ quādo in priuato dicuntur, taliter debent dici ꝙ ille qui dicit nisi sit surdus vocē propriam possit audire. Debēt etiam quilibet distinctè tractim & cum debitis punctis & attentione tam in choro ꝗ̄ extra chorum diuinum officium persoluere. Nō requiritur tamē actualis attentio per totum, nec sufficit solum habitualis, sed reqritur virtualis attētio, quæ ex primo proposito per totum officiū continuatur, quando. s. quis ponit se ad dicēdum officium cū intentione attendendi ad illud, vel saltem soluendi debitū suū quo obligatur ad officiū dicendum

um, etiam si frequenter intra ipsum officium ex quadā infirmitate & negligentia distrahať, dum tamen contraria intentio, nullo modo volendi attende re, non interueniat. Sed siquis dicendo officium per magnam eius partē occupet se in aliquo exercitio manuali distractiuo, talis non cōtinuaret virtualem attētionem, nec precepto ecclesiæ satisfaceret. Fratres autem conuersi quia vocati sunt ad officia corporalia, & vt in sudore vultus sui vescantur pane suo, ad prædicta non tenentur sed sufficit eis audire missam priuatam sine nota, & loco officij dicere sua pater noster & Aue Maria. Nec debent propter particulares deuotiones, opera corporalia dimittere, sed i ipsis debent se continue exercere. Ad completorium tamen & ad salutationem Beatæ Virginis nisi magna necessitas eos excuset, debēt cum aliis semper venire. Item declaramus q sicut clerici seculares qui non sunt in sacris si sint bñficiati tenentur & obligātur dicere officiū, ita & quilibet religiosus cleric⁹ qui ex eleemosinis viuit, & ab ordine ꝓuisionē victus & vestitus hēt, tenetur de necessitate salutis officium dicere. Nec in hoc potest cum eo prælatus dispensare, nisi forte sit nouitius qui non est adhuc religioni obligatus, nec forte scit officium legere. Debet tamen aliquas orationes ꝑ satisfactione loco officii dicere Et debent fratres libentius in ecclesia officium dicere q̈ extra, tum propter deuotionem loci, tum propter præsentiam Sacramēti corporis Christi, tū propter reliquias sanctorum, tum propter angelos assistentes, tum propter societatem fratrum. & maiorem diligētiam quæ in officio dicendo solet ibi apponi q̈ extra. Ideo non sunt quærendæ occasiones vel licentiæ de facili remanendi à choro, sed omnes simul ad officium dicendum debent in ecclesia & choro conuenire. Vnde in capitulo apud Placentiam celebrato. M. ccc.x. sic dicitur. Volumus & ordinamus q nullus frater etiā prætextu prælationis vel lectoriæ præteritæ seu alterius officii cuiuscūq; à cōmunibus fratrum obsequiis & officiis seu à choro aliquatenus sit exēptus. Gratias autem quibuscūq; sup hoc hactenus per priores ꝓuinciales vel inferiores eis concessas ordinatione pñti penit⁹ reuocamus. * & in cap. Ro. 1553. & 1558. Et Auinion. 1561. Nullus frater nostri ordinis, ratione paternitatis, aut alterius gradus exemptionem prætendere possit à sequela chori, aut aliis gra

naminibus ordinis; lectoribus, prædicatoribus, ac Magistris in Theologia, actu legentibus, aut prædicantibus duntaxat exceptis, Circa quos legitimæ cōsuetudines prouinciarū obseruent. ℭ Nisi prælatus aliter. .e. dispensare.) Declaramus ꝙ prælati sicut possunt fratres ex causa rationabili dispensare à choro, ita possunt eos dispensare quo ad proprietatem officii quæ inducta est ab ordine: non tamen possunt eos dispensare quo ad substantiam officij: quin illud dicant fratres quoquomodo vt puta quando deberet fieri de feria possent ex aliqua honesta & deuota causa dispēsare ꝙ fieret de aliquo sancto officium triū lectionum vel nouem: vel sicut fit de festo duplici & supra: in quo casu fratres qui non dixerunt officium beatæ virginis in choro tenentur illud dicere in priuato. Item declaramus ꝙ fratres tenentur ex præcepto semel in septimana totū officium defunctorum dicere quum dici debet infra hebdomadam in choro. Tres autem lec. defunctorum quādo dicuntur in choro non tenentur omnes fratres dicere, sed solum ministri altaris: & qui habent missam pro defunctis qui per tabulam ad hoc sunt notati. Tenetͩ etiam quilibet frater dicere Letanias quando fit de feria: & sufficit ꝙ post quālibet horā diei illas dicat: quāuis magis laudabile sit, vt post matutinas dicātur sicut fit ī choro. ✱ Declaramus ꝙ propter multorum scrupulosam aut timoratam conscientiā & alias rationabiles causas, ī capitulo Salmanti. 1551. auctoritate Apostolica statutum fuit tam de officio defūnctorum q̃ de letanijs in hunc modum.

Absoluimus tam chorum quā ministros altaris ab obligatione recitādi vigilias trium lectionū pro mortuis, prout hacten⁹ obseruatum est. Et in recompensatione, pro debito iustitiæ & charitatis, ordinauimus, & ita seruari volumus, vt nullis festis aut octauis etiam solennibus obstātibus (præter octauas Paschæ, & Penthecostes) totum officiū pro ipsis defunctis cum nouem lectionibus qualibet hebdomada, semel, ab omnibus & singulis fratribus, tam in choro quā extra existentibus persoluatur.

Et in mane sequēti pro ipsis vna Missa cantetur de Requiem, si non sit dies multū solennis, alias cantetur Missa ordinaria cū oratione. Omnipotens sempiterne Deus qui viuorum dominaris &c. & cum aliqua processione per claustrum vel per Ecclesiā

efiam cū Responſ. vel reſpon
rijs &c. & hoc inuiolabiliter
omnibus conuentibus noſtri
rdinis obſeruetur. Super quo
am prælatorum quam cantorū
onſcientias oneramus. Qui ēt
urent, vt tali die & hora prædi
ta fiant, quibus omnes poſſint
nelius intereſſe. Ad quæ om-
nes & ſinguli teneantur, ēt ma-
giſtri & actuales lectores, ſuis di
ſpenſationibus nō obſtantibus.
Itē Declarauim⁹, letanias debe-
re dici in choro, quando fit de
feria prout hactenus factum eſt,
ſed in eis non repetatur à cho-
ro nomen alicuius ſancti: ſed ſo
lum reſpondeatur. Ora pro no
bis, neq; dicantur poſt matuti-
nas, ſed in ſero precedenti poſt
completorium, vbi melius om-
nes fratres cōueniant, qui tñ nō
conuenerint, vel extra conuen-
tum fuerint ad eas minime tene
antur. Itē ꝙ in ipſis letanijs no-
mina Sanctorum qui nō haben-
tur in antiquo ordinario, à ne-
mine apponantur, & appoſita
deleantur.

¶ Horę oēs tam diei quam noctis, in Eccleſia. f. breuiter & ſuccincte taliter dicantur, ne fratres deuotionem amittant, & ſtudium eorū minime impediatur. Quod ita dicimus eſſe faciendum, vt ī medio verſus metrum cum pauſa ſeruetur, nō ꝓtrahendo vocem in pauſa vel in fine verſus, ſed (ſicut dictum eſt) breuiter & ſuccincte terminet g Hoc autem magis & minus pro tēpore obſeruetur.

f. ¶ Breuiter & ſuccincte.) Declaramus ꝙ diuinum officiū debet cantari deuote cum quadā dulcedine & ſuauitate vocis nō cum rigiditate nec cum aſperitate: nec nimis alte: ſed voce mediocri, breuiter, hoc eſt diſtincte expedite & non nimis moroſe. Debet etiam dici ſuccincte, hoc eſt ſine caudis: & ꝓtractione vocis in pauſis vel in fine verſuū. Et hoc ne fratres deuotionē amittant ſi feſtinanter & confuſe & ſine pauſis & non tractim & diſtincte dicatur: & ne etiam ſtudium eorum impediat ſi nimis moroſe & cum caudis & protractione vocis in medio vel in fine verſuū decantetur. Et quādo verſus eſt longus debet fieri duplex pauſa inter principium, & finem verſus; vna breuis ſeu minor & alia maior in medio verſus; & huiuſmodi pauſæ fiūt ꝓpter reſumptionem anhelitus; & proptem decentiam & decorem pſalmodiæ. In fine autem verſuum non debet fieri pauſa

inter verſum & verſum, quãmuis non debeat incipi verſus ſequens ante terminationem verſus precedentis. Pulchritudo. n. officij conſiſtit in pauſis: & deturpatio eius cõſiſtit in feſtinantia & confuſione; quæ cauſatur per remotionem pauſe. Prolixitas autem officij cauſatur ex ꝑtractione vocis in medio vel in fine verſus. Et ideo vt officium tractim ac diſtincte et deuote dicatur, pauſe ſunt faciẽde & cau de amputande. . . g. ¶ Hoc tñ magis & minus pro tẽpore obſeruetur.) Declaramus ꝙ ꝑ varietate dierum eſt maior vel minor ſolennitas in diuino officio obſeruanda. In diebus enim feſtiuis eſt diuinum officium cũ maioribus pauſis celebrãdum, quia tunc fratres ſunt minus in ſtudio & lectionibus occupati, & etiam ſeculares i prefatis diebus ſolẽt magis ad diuinum officium conuenire, & etiam illis diebus magis tenemur deo vacare, quia ad hoc tales feſtiuitates ſunt inſtitute, ideo illis diebus deuote alacriter & ſolenniter eſt diuinum officium decantandum. Alijs vero diebus poterit minus ſolẽniter & cum minori pauſa tractim tamen & diſtincte ac deuote celebrari.

¶ 2. Tpe quo bis reficiũtur fres h, legatur ante Completorium in Eccleſia lectio (Fratres ſobrii eſtote, &c. i Et facta cõfeſsione, & dicto Completorio, det qui præeſt benedictionem, K, & Ebdomadarius aquam aſpgat benedictam. Poſtea dicatur (Pater noſter, & Credo in Deum) Quod etiam fieri debet ante Primam & ante Matutinas.

h ¶ Legatur in eccleſia lec. Fratres ſobrij eſto.) Declaramus, ꝙ quãdo in eccleſia ante completorium legitur lectio Fratres ſobrij eſtote, debet premitti Iube dõne benedicere, & hebdomadarius ſubiungere benedionem ad quam omnes fratres debent iclinare vſq; ad genua ſicut ad benedictionem quæ datur ante lectiones in choro, & etiam ante lectionẽ in refectorio in prandio & in cœna. * & ita declaratum fuit in capitulo Salmaticeñ 1551. . i. ¶ Et facta cõfeſſione & dicto completorio det qui præeſt benedictionem.) Declaramus ꝙ quãdo plures ꝑlati priores ſunt in choro, ille q̃ præeſt alijs loco ſeu q tenet ſuperiorem locũ debet dicere Cõfiteor, & dare benedictionẽ, ac in fine horæ fidelium dicere cũ grauitate & tali voce ꝙ poſſit ab omnibus

omnibus audiri. In absentia aute prælatorũ & supprioris Hebdomadarius omnia illa prædicta facere debet, qui & si nõ ꝑsit alijs loco, præest tamen eis ꝓ tunc officio & auctoritate. Item declaramus ꝙ in fine cuiuslibet horæ quando post ipsam nõ est immediate alia hora nec missa dicenda, debet dici Fidelium, & statim post pr̃ noster, flexis genibus debent fratres dicere Salue regina cum versibus & orationibus notatis. Quando vero missa dicitur post aliquam horam, & alia hora non sequitur, debet immediate post missam dici Fidelium & Salue regina. Si vero missa fuerit de mortuis, dicto Requiescant in pace & responso Amẽ, debet dici Pater noster & Salue vt supra, sicut fuit ordinatum i capitulo Metis. m.cclj & apd' Lemonicã .m.cclxxxiiij k. ¶ Et hebdomadarius aquam benedictam aspergat.) Declaramus ꝙ in festis duplicibus & supra & quando fit de beata Virgine post completorium de tẽpore debet cantari Añt. Salue regina. In alijs vero diebus nisi infra octauas solennes, predicta aũt, vel Aue regina cantari debet post completorium Beatæ Virginis. Et dum fratres processionaliter procedẽdo fuerint in Ecclesia laicorum, debet hebdomadarius aqua bñdicta omnes fratres aspergere, incipiẽdo à choro dextro, nisi maior prælatus qui loco omnes alios fratres precederet, esset in choro sinistro, quia tũc ille primo esset aspergendus, & postea chorus dexter, Et idem faciendum est in thurificatione, vt videlʒ post eum qui facit officium & acolythos & cantores Prælatus q̃ superiorem locum inter alios fratres tenet, si fuerit ĩ sinistro choro prius thurificetur, & postea chorus dexter. Si autem Prælatus qui est in sinistro choro haberet aliquem fratrem magistrũ supra se, tũc aspgẽdus & thurificãdus esset prius chorus dexter. Sed si magister ordinis fuerit in choro qui in sua semper sede debet manere, thurificato eo qui facit officium existente in choro sinistro, debet thurificari ipse magr̃, deinde acolythi.

Totũ offim tã diurnũ, q̃ nocturnum, secundum correctionem, & ordinationem venerabilis Pr̃is fratris Hũberti Magistri ordinis nr̃i confirmamus, & volumus vniformiter ab oĩbus obseruari, ita quod nulli liceat aliquid de cætero. l. innouare. m. Fratres nostri nõ habeant ĩ domibus nostris nisi

vnam campanā ad omnes horas. Solus Ebdomadarius tā in choro, quàm in processione cappa serica vtat.

1 ❡ Decetero aliquid innouare.) Declaramus ꝙ magister ordinis nō potest aliquid innouare circa diuinū officium ad durandum perpetuo per modum constitutionis vel consuetudinis generalis, sicut nō potest tollere cōsuetudines communiter approbatas & obseruatas in ordine nec nouas inducere, potest tamē ex deuotione vel alia causa rationabili in aliquo conuentu vel aliqua prouincia dispensare, ꝙ ad horam aliquid immutetur circa proprietatem officij inductam ab ordine, puta ꝙ fiat de aliquo sācto festum simplex vel duplex seruato tamen ordine secundum correctionem magistri Humberti inducto, videlicet si sit cōfessor ꝙ dicantur p̄s, hymni, versiculi, & responsoria de vno cōfessore, si vero sit martyr dicant̄ psalmi, hymni ac responsoria de vno martyre; & sic de alijs. ✱ Salmant. 1551. auctoritate Apostolica ordinatum fuit cōe vni⁹ sāctæ nec virg. nec martyris, put in Breuiarijs hr̄. m. ❡ Fratres nostri non habeāt in domibus suis nisi vnam campanam) Declaramus ꝙ in principio ordinis in domibus nr̄is nō habebamus nisi vnam campanam vt notatur in ea. Nimis el primo Extra de excess. prela. & in cap. Patentibus de priuile. secundum Hostien. & Panor. Sed huic constitutioni derogatum est per contrariam consuetudinem quasi generalem saltē in Italia, quæ quidem præscripta est & rationabilis, propter deuotionem populi. Seruatur tamen hæc constitutio quantum ad hoc ꝙ in diebus non solemnibus non pulsamus nisi vnam campanam ad omnes horas. In festis vero duplicibus & supra ad excitādum deuotionem populi pulsamus ī matutinis & vespetis & ad missam plures campanas.

De Inclinationibus secundum Capitulum.

FInitis. a. matutinis de beata Virgine, quando fratres in chorum venerint, inclinent ante altare profunde. & quū ad sedes suas venerint, b facto signo à Prælato, flexis genibus, & pstrati super formas, vel inclinati profunde (pro tempore) dicant (Pater noster, & Credo in Deum) Iterum facto signo à Prælato surgant. Hora itaq; deuotè incepta

uersi ad altare muniant se signo Crucis, & ad (gloria patri) inclinet chorus contra chorum profunde. . c. vel prosternant se (pro tempore (vsq; ad) Sicut erat.) Hoc etiã faciendũ est quoties (Pater noster, & Credo in Deum) dicuntur, nisi in Missa, & ante lectiones, & in gratiarũ actione, in qbus inclinamus solũ, ad, vtrũq; Pater noster, & ad orationẽ (Retribuere) Idem etiã faciendum est ad primam collectam in Missa, & ad post communionẽ, & similiter ad orationem pro Ecclesia, & in singulis horis ad collectam, & (Gloria patri) quoties ĩ inchoatione hore dr̃.

Initis .a. matutinis &c. Inclinent ante altare profunde.) Declaramus ꝙ quãdo fratres intrant chorum vel exeunt debent inclinare profunde ante altare, tum propter maiestatem Dei, tum propter presentiam corporis Christi, tum etiã propter sanctitatẽ altaris. Tres enim sunt differentiæ inclinationũ. Prima dicitur inclinatio profunda, quando corpus & caput tantum inclinatur, quãtum cubitus potest se sup genua appodiare. Et hæc facieda est ante altare, quando fratres intrant chórum vel exeunt, & quando dicitur Pater noster ante lectiones, & infra gratiarumactiones & ad orationẽ Retribuere tã in choro quàm in capitu lo, & quotiescũq; dicitur Pater noster & Gredo in Deum ĩ principio vel in medio vel in fine horarum, & post gratiarumactiones, & in Vesperis & Matutinis defunctorum & ab eo qui legit post finitam lectionem in Matutinis inter pulpitum & gradus presbyterij tempore Paschali & in Festis trium lectionum & supra. & ad primam collectam post Dominus vobiscum tam in horis quàm ĩ Missa, & ad orationem pro ecclesia, & ad primum Gloria patri i inchoatione horæ, tẽpore. videlicet. Paschali & ĩ prefatis festis. Secunda dicitur inclinatio ad genua quando videlicet caput taliter inclinatur ꝙ sit per directum ad genua oppositum. Et hæc inclinatio facienda est in omnibus horis, ad omnia Gloria patri post primũ, & ad extremos versus hymnorum & ad penultimum versum cantici Benedicite, & ad Suscipe deprecationem nostrã, quando cantatur Gloria in excelsis. & ad Gratias agamus Domino Deo nostro in præfatione, & ad benedictionem lectionis in cho

to siue in refectorio, & ad orationē Sancta Maria quando Kalendæ leguntur in capitulo vel in choro, & quandocūq; nomē Iesu in collecta in præfatione, ī Gloria in excelsis, vel in Aūt Salue regina nominatur. Idem faciendum est quando Nomen Beatæ Virginis in oratione vel præfatione vel in Aūt.Salue nominatur. Similiter quando nomen Beati Dominici in aliqua oratione nominatur. Similiter ad benedictionē que datur post Completorium, similiter ad versum, O Crux aue spes vnica, fratres in choro reuerenter debent inclinare, sicut quando Nomen Iesu aut Mariæ in oratione nominatur. Tertia vero dicitur inclinatio capitis, quando caput cum corpore aliqualiter inclinatur, & hæc facienda est quando alias nomē Iesu in choro & extra chorum nominatur, vel quādo liber vel aliquid vestimenti vel quodcūq; aliud fratri tribuit. Et idem faciendum est qñcūq; dicitur Sit nomen domini benedictum, & quando inchoatur. Aue Maris stella, & quādo Prælatus aliquam communem orationem iniūxerit, vel aliquid facere vel dicere imposuerit. Similiter quando cantor vel alius frater Psalmū & Aūt.inchoauerit debet caput reuerenter inclinare. Similiter quando quis transit iuxta prælatum vel superiores suos, debet reuerenter caput inclinare. ¶Item super illud b. (Facto signo à Prælato flexis genibus.) Declaramus ꝙ duplex est genuflexio: quædam recta quando scilicet curuantur genua cum toto corpore erecto sicut fit ad Salue regina post horas & ad Salue sancta parens & ad Veni sanctæ Spiritus in die Pētecostes & per totam hebdomadam & ad Credo ī Missa ad Ex Maria virgine & homo fact⁹ est, & in die ramorum in processione ad Antiphonam Aue rex, & in die Parasceues quando inchoatur sanctus deus &c. Alia vero dicitur genuflexio procliuis quæ fit quādo flexis & curuatis genibus cū cubitis & corpore appodiamur & prosternimur super formas vel super genua quando non habemus formas. Et de ista loquitur hic constitutio ꝙ fratres facto signo à ꝑlato debent flexis genibus videlicet procliue hoc est cum prostratione super formas vel super genua dicere Pater noster pro tempore.s. in diebus pro festis. c ¶Vel prosternant se pro tempore.) Declaramus ꝙ duplex est prostratio. vna super formas quæ quandoq; dicitur genuflexio ꝓcliuis, de qua superius diximus, & hæc faciēda est quandocūq; fit de feria extra tēps paschale, ad Pater noster quod dicitur ante inchoationem cuiuslibet

libet horæ, & ad primum Gloria patri post inchoationem horæ, & ad primam collectam, & ad preces quæ dicuntur ante ipsam. & quotiescunq; extra Missam Pater noster & Credo i deum & Confiteor dicuntur, siue coniunctim siue diuisim, siue in principio siue in medio siue in fine officij, nisi ad Pater noster quod dicitur ante lectiones, & inter pciosa & gratiarum actiones, vbi solum inclinamus profunde. Item eodem modo genu flectēdo prostrationem facimus ad Pater noster qđ dicitur post Fidelium in gratijs, quando extra tempus paschale fit de feria, si ad horam immediate præcedentem prostrationes sint factæ, & eodem modo fit pstratio ab eo qui legit lectionem in Matutinis, post finitam lectionem inter pulpitum & gradus presbyterij, nisi in die animarum, vbi inclinat solum profunde. Eodē modo extra temp' Paschale fit prostratio i omnibus diebus ferialibus in Missa de feria, & pro defunctis ad primam collectā q̄ sequitur Dominus vobiscum, & ad orōnem pro ecclesia, & ad postcommunionem. Similiter per totam Quadragesimam i festo cuiuslibet Sancti in Missa đ feria prostrationes eodem modo fiunt. Item feria quinta i cena Domini, & feria sexta in Parasceue, & Sabbato sancto finitis Matutinis post kyriel. & versiculos ad Mortem autem Crucis, prostrationem faciūt fratres sup formas quousq; dixerit Pater noster & Miserere & Oratio nem Respice. Item in Parasceue & Sabbato sācto eodem modo fratres prostrationem faciunt, sicut in alijs diebus ferialibus & etiam ad Miserere quod dicit post Ant. cuiuslibet horæ. Item quotiescūq; dicitur officiū mortuorum extra tempus Paschale & fit de feria, fratres in choro iacent pstrati ad Pater noster qđ dicitur post Ant. ad Magnificat & ad totum Psalmū Lauda aīa mea &c. Et ad primam Orationem, & ad Pater noster post Requiescant in pace. & idem fieri debet in laudibus post Ant. ad Benedictus ad Psal. Deprofundis. Item eodem modo fit pstratio quotiescunq; dicuntur Letaniæ i choro post Matutinas vel alias à Principio Psal. Deus in adiutorium vsq; ad vltimā orationem. Similiter quando fit disciplina post Cōpletorium à Confiteor vsq; ad finem orationis. Similiter in die Cinerum & in Cæna Domini ante Missam fratres in choro prostrationem super formas faciunt dū dicuntur Psal. pœnitentiales. Similiter quotiescūq; Prælatus facit generalem absolutionē fratres prostrationem faciunt dicendo Confiteor. Similiter quādo dia-

conus ante communionem vel post defert pixidem in qua est corpus Christi, & quotiescunq; alias fratrib⁹ existentibus ĩ cho ro hoc Sacramentum defertur. Similiter dum fit communio, interim fratres in choro existẽtes prostrationem super formas faciunt. Item in Parasceue in Missa ante adorationem Crucis qñ Prælatus detegens Crucem & eleuans incipit Antiphonam. Ecce lignum. In ipsius inchoatione omnes fratres genua flectendo prosternunt se super formas, & idem faciunt dum post adorationem ipsam eleuans incipit Antiphonam. Super omnia) quousq; cantor prosecutionem Antiphonæ incipiat. Similiter quando ille qui legit passionem ꝑnunciauerit Emisit Spiritũ, fratres prostrationem faciunt super formas deo deuote gratias agendo, quousq; Sacerdos fecerit signum. Item in ferialibus diebus omni tempore in Missa iacemus prostrati sup formas postquàm cantatum est sanctus vsq; ad Agnus Dei exclusiue In festis vero triũ & nouem lectionum post eleuationẽ Calicis vsq; ad Pater noster exclusiue. Prædictæ autem ꝓstrationes intermittuntur in omni Sabbato & in Vigilia cuiuslibet festi nouem lectionum ĩ nona, nisi in quadragesima vbi etiam in nona prædictis diebus ꝓstrationes sunt fiendæ Itẽ intermitũtur in Vesperis Sabbati & Vigiliæ Festi nouem lectionum & deinceps vsq; ad Completoriũ Dominicæ vel Festi, vbi per totum annum ad horas & Orationes in Missa nulle fiunt prostrationes. Similiter in Festo trium lectionum à primis Vesperis vsque ad Nonam sequentis diei inclusiue prostrationes nõ fiũt, nec etiam post gratiarũactiones quando dictum Festum in die ieiunij euenerit. Similiter quando in Vesperis cantatur Añt: O. per septem dies ante Vigiliã Natiuitatis Domini itermittuntur prostrationes. Item in quarta Feria post palmas in Vesperis & Completorio ꝓstrationes dimittuntur, & etiã in Cæna Domini ad Matutinas & alias horas & ad orationes in Missa. Item in Vigilia Natalis Domini ad Matutinas & ad horas, & ad Orationes in Missa, prostrationes non fiunt. Item à Feria ij. post octauam Pasce vsq; ad. vi. feriã post octauas corporis Christi intermittuntur prostrationes ad orationes in Missa & ad matutinas & ad alias horas. Item in die animarum ad Matutinas & ad horas & ad Orationes in Missa prostrationes non fiunt. Item quotiescunq; aliquod Festum ĩ ieiunijs quatuor temporum venerit, intermittũtur prostrationes in Missa de Feria, nisi

In Quadragesima vbi pstratio nes fieri debent. Item quando in profestis dieb⁹ celebrat Miss a Dominicalis quæ in Dominica non fuit celebrata; vel Missa de Cruce, vel de Spiritu sancto vel de Beata Virgine, vel de aliquo sancto, intermittuntur, prostrationes ad orationes. In præfatis autem diebus in quibus prostrationes intermittuntur, debent fratres in choro loco prostrationis inclinationē profundam facere. Alia vero est prostratio quæ dicitur venia & est extensio totius corporis super terram non super ventrem sed super latus, tibiam vnam super aliam tibiam tenendo; Et hec est faciēda ab omnibus fratribus in Vigilia Annūciationis, quando ab eo qui legit in Martyrologio pronūciatur (Annunciatio Dominica) & in Vigilia Natiuitatis Domini quando dicitur (Iesus Christus in Bethleē iude nascitur) quousq; Prior fecerit signū. Similiter hæc pstratio cum toto corpore super vnū latus in longum, facienda est ab omnibus fratribus in capitulo, quando Prælatus dicit. Qui se reos sentiunt faciant veniam suam. Item quando fratres dicūt suam culpam ī capitulo vel vbicunq; reprehensi fuerint à Prælato suo vel eis aliquod officiū vel ministeriū fuerit iniūctum, debēt per modum veniæ humiliter cum toto corpore se in lat⁹ prosternere. Similiter quando sunt exituri domum & plusquā vna nocte moraturi, & quando reuertuntur, debent pdicto modo se prosternere, & benedictionem à Prælato suscipere. Similiter quando frater quouis modo fratrem suam scandalizauerit vel offenderit, debet ante pedes eius predicto modo prostratus iacere, quousq, placatus eū, erexerit. Similiter surgentib⁹ fratribus de mensa prostratio, prædicto modo facienda est ab his qui seruiendo vel comedendo vel legendo seu aliud faciendo in aliquo offenderint, quousq; Prælatus signum fecerit. Similiter si quis in choro male legendo vel cantando offenderit, debet post officium prædicto modo humiliter se psternere quousq; Prælatus signum fecerit. Similiter prostratio prædicto modo fienda est à Prælato & sacerdote ac ministris in die Cinerū & Cæna Domini ante gradus psbyterij dum dicūtur sepē psal. pœnitentiales in choro.

¶ 2. Ad omnia autem alia (Gloria patri) & ad extremos versus hymnorū, & ad penultimum versum cantici (Benedicite) inclinam⁹ vsq; ad genua, Similiter quando cantatur (Gloria in

excelsis

excelſis) ad (Suſcipe deprecationem noſtrā.) & quandocūq; nomen Ieſu in præfatione, in collecta, in Añt. (Salue Regina, & Gloria in excelſis) nominatur. Quando vero nomen Ieſu alias in choro nominatur, . d. eidem fratres reuerentiam faciāt, capite deuotius inclinato. Item inclinamus vſq; ad genua ī benedictione lectionis, & ī Capitulo ad orationem (Sancta Maria) & in omni Oratione quando nomen Beatæ Mariæ (& beati Dominici) nominat͡, etiam quando nomen Beatæ Virginis in Añt (Salue) & in præfatione nominat͡. Idem fiat in qualibet Miſſa conuentuali dum dicitur in præfatione (gratias agamus domino Deo noſtro. Et ſimiliter ad verſum (O crux aue) fratres in choro reuerenter inclinēt, ſicut fieri debet quando nomen Ieſu, aut Mariæ Virginis matris eius in collecta nominatur.

℄ 3. Hora itaque prædicto more īcepta, poſtquā̄ ad (Gloria patri) poſt (Venite) inclinauerint, . e. ſtet chorus, contra chorum. Deinde ad primum pſalmū ſedeat vnus chorus, & ad ſecundum ſimiliter ſtet & alius ſedeat. Et ſic alternēt vſque ad (Laudate Dominū de cælis.) Et ſic faciant ad omnes horas. Finita autē̄ lectione in matutinis (niſi ſiat officium pro mortuis) ille qui legit, inter pulpitum quod eſt in medio chori & gradus, inclinationem faciat, vel ꝓſternat ſe pro tempore. In inclinationibus cōformemur morib' eorum ad quos declinamus.

℄ 4. Porrò ad (Salue ſancta parens) & ad Salue poſt Completorium, & ad (Veni ſanctæ Spiritus) & ad (Veni Creator ſpiritus) ī die Pēthecoſtes, & per totam ebdomadam, & ad Credo in Miſſa ad (ex Maria virgine, & homo factus ē) flectimus genua. In ferialibus quoq; diebus iacemus proſtrati à

(San-

(Sanctus) vsq; ad (Agnus). In festo vero trium, & nouē lectionum, iacemus prostrati ab eleuatione calicis, vsque ad (Pater noster). In pstrationibus idem seruamus in festo trium lectionum vel nouem. Quando Prælatus iniunxerit aliquā communem orationem, inclinēt omnes. Similiter omnes faciant quibus aliquid facere, vel dicere iniūxerit. Si autem aliquam obedientiam, vel officium, vel ministerium aliquod cuiuis iniūxerit, humiliter prosternens se suscipiat quod iniūctum ei fuerit. Quando etiam fratribus quippiam vestimēti ribuitur, inclinantes (Benedictus Deus) dicant.

d * Qñ nos Iesu in choro. Declaram' i ca. Rom. 1558. statutū fuisse, q adiūgi & intelligi debeat sic. In choro & extra chorū vbiq;, in communibus lectionibus nominatur, & i cantico (Te deum laudamus) ad clausulam illam) quos precioso sanguine) eidem fratres reuerentiam faciant, capite deuotius inclinato.

¶ Stet chorus contra chorum) Declaram' q prostrationes & genuflexiones ad quas constitutio obligat intelliguntur ī choro esse faciēdæ, & nō extra chorū, à fratribus quando in priuato dicunt officium. Vbicunq; tamen conuentus est congregat' in capitulo vel in refectorio in gratijs & hmōi debēt fratres loco prostrationum īclinationes vsq; ad genua facere, sicut declaratum fuit ī capitulo generali apud Mediolanū. M.cclxxviii. celebrato & in multis alijs capitulis.

¶ De Suffragiis mortuorū. Tertium capitulum.

A Festo Sancti Dionysii vsq; ad aduentum domini p anniuersario fratrum sororum, & familiarium receptorum per literas ad beneficia ordinis, clericus Psalteriū Sacerdos tres Missas, layci quingenta Pater noster dicant Idē faciat quilibet frater pro defuncto fratre sui conuētus. Et idem fiat per totum ordinem p magistro ordinis, & a comprouincialibus p priore prouinciali defūctis.

Idem

Idem etiam fiat per totum ordinem, pro diffinitore capituli generalis .a. vel socio eius, & pro electoribus Magistri, & socio Prioris prouincialis, eũtis ad capitulum generale, si aliquẽ eorum in via, vel in ipso capitulo, mori contigerit. Idẽ etiam fiat pro Procuratore ordinis si in Cu.Ro.in Procurationis officio decedat. Idem etiam fiat pro Visitatore à domibus, quas visitare debet. si ĩ visitatione moriatur. 2. ¶ Quilibet sacerdos .b. celebret triginta Missas in Anno pro fratribus & sororibus nostris defunctis, & quilibet Clericus, triginta vicibus septem psalmos, & .c. quilibet Conuersus triginta vicibus centum Pater noster, dicat, & quilibet .d. Conuentus viginti Missas in communi. Anniuersarium patrum & matrum, tertia die post Purificationem beatæ Mariæ. Anniuersarium vero benefactorum & familiarium, sequenti die post octauã beati Augustini. Anniuersariũ vero fratrum & sororum, sequẽti die post Festum sancti Dionysii est faciendum. Anniuersarium vero omnium sepultorum in Cæmiteriis nostris, vbiq; fiat duodecima Iulii. Fratres vero nostri numerum Missarum non admittant.

PRo diffitore .a. generalis Capituli. Declaramus ꝙ intelligit̃ de suffragio debito, a, tota ꝓuincia, diffinitori &c. eunti ad capitulum, vel ipso capitulo durante, & etiam si contingat ipsum mori. redeũdo à capitulo Vt fuit declaratum Rom. 1532. ¶ Quilibet .b. frater Sacerdos celebret. xxx. Missas in Anno.) Declaramus ꝙ prædictæ. xxx. Missæ debent esse de Requiem si commode dici possunt. vbi autẽ propter multitudinem festiuitatum & alias obligationes hoc commodẽ fieri non possit sufficit ꝙ quomodocunq; dicantur & ꝙ fratres numerum prædictarũ Missarũ non omittant, sicut fuit declaratum in ꝑcedẽti capitulo Rom. celebrato Anno Dñi M.cccccj. c. ¶ Et quilibet conuersus. xxx. vicibus centum Pater noster.)

Decla-

Declaramus ꝙ fratres conuersi quotiēs dicunt Pater noster in horis toties Aue Maria dicere teneantur sicut fuit declaratum in capitulo Treueris. M.cclxvj. d. ¶Et quilibet conuentus.xx. Missas in communi.) Declaramus ꝙ iste.xx.Missæ intelliguntur præter Missas mortuorū generales quæ dicuntur qualibet hebdomada quando totum officium mortuorum dicit̃. Ideo debent specialiter celebrari, & debent esse de requiem si commodè fieri potest.alias sufficit ꝙ quomodocūq; celebrentur sicut declaratū fuit in Capitulo Generali Nannetis celebrato. M.CCCC.LIIII. m.cc.c.

1 ¶Fratres vero nostri numerū Missarum non admittant.)Declaramus ꝙ in primis constitutionibus editis per Magistrum Iordanem prædicta clausula posita erat in capitulo de domib⁹ concedendis vbi sic dicebatur. Possessiones siue reditus nullo mō recipiant fratres nostri nec Ecclesias quibus animarum cura est annexa & numerum Missarum non admittant. Ex quibuspatet ꝙ per illam clausulā intendebat constitutio prohibere ne fratres obligarent conuentum ad dicendum quotidie certum numerum Missarum in ꝑpetuum,ne posteri ex hoc nimis grauarētur,vel ne redditus ppetuos propter hmōi missas recipere cogerentur,vnde in capitulo Parisius celebrato. M. cclvj. sic dicitur. Prohibemus ne fratres se obligent vllo modo ad Anniuersaria perpetua.Non autem intendit ꝓhibere quin possimus numerum Missarum que à laycis quotidie petuntur pro peccatis siue pro viuis siue pro mortuis vt Missas Gregorianas accipere,dum modo hoc discrete & sine supstitione fiat. Acceptare autem simul missas millæ vel duo milia videtur esse indiscretum.magister vero Raymundus ꝑdictam clausulam reportauit ad istud capitulum de suffragijs, hac forte ratiōe vt illud verbum amittant scriberetur sine d. & sic intendebat ꝙ numerus missarum qui hic statuitur dici sub certo numero, fratres non amitterent. Si verò illud verbum admittant scribi debeat cum .d. tunc hac ratione illam clausulā hic posuit ne forte si numerum missarum in perpetuum admitterent, cogerentur fratres dimittere numerum missarum quas in speciali vel in cō muni ex cōstitutione celebrare tenent̃. Item declaramus ꝙ nō est rationabile ꝙ aliquis Prior cum conuentu propter aliquā eleemosynam quam de præsēti

recipit

recipit obliget posteros ad dicẽdum certum numerum missarũ in perpetuum, nisi forte elemosyna esset ita pinguis & reddit⁹ illius annuatim ita in perpetuũ duraret, ꝙ merito ex gratitudine numerus prædictarum missarum in perpetuum sibi assignari deberet. Quare prohibemus ne decetero præsidentes hmõi missas perpetuas acceptent, nisi eleemosyna sit ꝑpetua * ex cõcilio Tridñ. sess. 25. titulo de reformatione. c. 4. Sancta Synod⁹ Cupiens, hæc ad pios vsus relicta, quo plenius & vtili⁹ potest impleri, facultatem dat Episcopis, vt in Synodo Diocesana .. Itemq; Abbatibus, & Generalibus ordinum, vt in suis capitulis generalibus, re diligẽter ꝓspecta, possint pro sua conscientia, in prædictis Ecclesijs quas hac prouisione indigere cognouerit statuere circa hec, quicquid magis ad Dei honorem & cultum atq; ecclesiarum vtilitatem, viderint expedire, ita tamen, vt eorum semper defunctorum cõmemoratio fiat. qui pro suarũ animarum salute legata ea ad pios vsus reliquerũt, Ex capitulo Bonoñ. 1564. Quæ circa missarum numerum, à Sancta Synodo decreta sunt exequi cupientes, illius auctoritate, nostro Generali capitulo commissa in hac parte fungẽtes, Mãdam⁹ oĩbus, priorib⁹ & alijs Presidẽtibus nostrorum conuentuum in virtute, Sanctæ obed. vt intra mensem à notitia præsentium, maior Prelatus cum tribus patrib⁹, qui à consilijs solent esse in Cõuẽtu, Omnes missas quæ defunctorũ testamẽtis relicte, & à conuẽtu fuerint suscepte, vt ꝑpetuo vel singulis, aut aliquibus dieb⁹ determinatè dicerẽtur, in numerum redigant, & ex alia parte similiter, summam stipendij, siue eleemosinæ quæ pro qualibet missa istituta fuit, Deinde ratione habita stipendij sustentationis quod nunc iuxta morem cuiusq; patriæ, pro vna missa dignum cõmuni extimatione censeretur, ex illis omnibus, certũ aliquem missarum numerum ĩ posterum dicendarum statuãt, quem inuiolabiliter prædicti cõuentus fratres possint implere, super quo eorum conscientias oneramus, vt quoad fieri possit, æqua sit æstimatio, cum ad eximedos fratrum nostrorum scrupulos hoc remedium maximè necessarium sit, Et nihilomin⁹ in quotidianis capitulis, & alijs suffragijs, quæ extra ea fieri solẽt, defunctis qui talia sacrificia petierunt, coram diuina misericordia subueniatur At ne deinceps hmõi suffragiorum, & missarum grauamina nostris cõuentibus imponantur, nulla in posterũ

posterum perpetua obligatio, ad certas missas, vel suffragia admittatur, nisi cui tale fuerit sustentationis annexum subsidium, quod prudētum iudicio sufficiens estimetur. Vt verò cū maiori consideratione, hæc omnia fiant, Nolumus ꝙ hmōi cōtractus rati habeantur, nisi Prælati, & maioris partis fratrum consensus accesserit, & Prælati oppositum facientes, à suis officiis absoluantur, ꝙ si alicubi ea est consuetudo, vt Prouincialis adhuc licentia requiratur, nolumus eam vllo pacto derogari. Presidentibus quoq; nostrorū conuentuum, & alijs qui hmōi eleemosinis recipiendis deputati fuerint, districtè præcipimus, quatenus Missarum per singulos dies aduenientium, eum numerum duntaxat admittāt, quē commodè possint implere: ne vltramodum grauati occurrentibus, alijs necessitatibus prouidere negant, & ne hac occasione sacerdotes, aut nō admodū dispositi, aut ex consuetudine potius quàm deuotionis affectu ad tremendum altare interim accedant.

De ieiuniis. Quartum Capitulum.

A Pasca vsque ad Festum sanctæ Crucis reficiantur bis fratres, exceptis diebus rogationum, & sextis feriis, & vigilia Penthecostes, & ieiuniis quatuor temporum, & vigilia sancti Ioannis Baptistæ, Petri & Pauli, Iacobi, beati Dominici patris nostri, Laurentii, Assumptiōis sāctæ Mariæ, Bartholomæi, ac Natiuitatis beatæ Virginis .a. A festo autem sanctæ Crucis vsque ad Pascha continuum tenebimus ieiuniū, & Nona dicta comedemus, exceptis Dominicis diebus. In toto autem Aduentu, & Quadragesima, & ieiuniis quatuor temporum, in Vigilia Ascensionis, & Penthecostes, sancti Ioannis Baptistæ, Petri & Pauli, Iacobi, b. Beati Dominici patris nostri, Laurētii, Assumptionis sāctæ Mariæ, Bartholomæi Matthæi, Simonis & Iudæ, & Omnium Sāctorum, Andreæ Apostoli, & omnibus sextis feriis, quadragesimali vtimur cibo, nisi in prædi-

ctis sextis Feriis, tantum, cũ aliquo propter labores dispensetur, vel in locis in qui bus i eisdem sextis feriis aliter comederetur, vel etiam ,c. nisi festum præcipuum fuerit.

A Festo .a. sanctæ Crucis usque ad Pascha continuũ tenebimus ieiunium.) Declaramus, quòd Priores & eorum vices gerentes in eorum absentia in ieiunio sanctæ Crucis nõ debent quotidie nec cum omnibus fratribus generaliter & ordinarie dispensare. Possunt tamen aliquãdo vt semel vel bis in septimana, non cum toto cõuẽtu sed cum aliquibus, ex causa rationabili dispensare. vt fuit ordinatum in capitulo Metis. M.CCLI. & Floretiæ. M.cccxxj .b. ¶ Et in vigilia beati Dominici patris nostri.) Declaratio capituli generalis apud Parisius. M.CC.LXXXVI. Declaram⁹ ꝙ constitutio de ieiunio invigilia beati Dominici est intelligẽda sicut de ieiunijs ordinis, in quibus Prælati ex causa rationabili possunt cum fratribus dispensare. Et ob hoc Priores seu eorũ Vicarij non debent exhibere se difficiles ad dispẽsandum in tali vigilia cum fratribus debilibus vel aliás indigẽtibus, quando in Sabbato talis Vigilia fuerit ieiunanda. Ex quo patet ꝙ ieiunium sextæ feriæ est magis strictum quàm ieiunium Vigiliæ beati Dominici. .c. ¶ Nisi precipuum festum fuerit.) Declaratio capituli generalis apđ Sauilia. M.CCCC.XXXIX. Precipuum festum intelligimus illa festa quæ secundum iura sũt colenda, & quæ secundum nostrum ordinem duplicia & supra appellantur. In his enim festiuitatibus poterit prælatus si venerint in sexta feria dispensare cum fratribus & toto cõuentu, vt ouis & lacticinijs vtãtur, dum tamen ieiunent. In aduentu autem non poterit etiam in huiusmodi festiuitatibus cum toto cõuentu aut cum fratribus dispẽsare vt ouis aut lacticinijs vtantur, nisi ratione infirmitatis cum aliquo fratre sicut in Quadragesima.

¶ 2. d. Itinerantes tamen bis refici possunt, nisi in aduentu, & nisi in vigiliis Natiuitatis, & Purificationis Beatæ Virginis, & ieiuniis principalibus ab Ecclesia institutis, & sextis feriis intus, & extra. Quando autem festum habens vigiliam, in qua secũdum ordinem est

ieiu-

ieiunandum venerit in secunda feria, eius Vigilia in praecedenti Sabbato ieiunetur, contraria cõsuetudine non obstante. Feria secunda & tertia post quinquagesimam (tam intus q̃ extra) quadragesimali vtimur cibo, & ieiunamus. In Parasceue vero p totã diem, i pane & aqua abstinemus. d Itinerantes bis refici possunt, nisi in aduentu & sextis ferijs intus & extra.) Declaramus q̃ cum ieiunium aduẽtus in nostro ordine sit strictissimum sicut ieiunium quadragesimae, q̃ nullus Praesidens potest in aduentu cum toto conuentu dispensare nec etiam cum aliquo particulari fratre, nisi ꝓpter infirmitatem aut debilitatem sicut posset in Quadragesima. Itinerantes autem non solum in aduentu & sextis ferijs debent ieiunare, sed etiam tenentur ieiunia quae communiter seruanẽ in patria & ipsi obseruare, sicut fuit ordinatũ Budae. M. cc. liiij. In ieiunio autẽ sextae feriae non potest cum toto cõuentu dispẽsare sicut ordinatum fuit in capitulo Valẽtiae. M.CCC.LXIIII. & in cap. Mediolani. M.cc.lv. & Florentiae. M.CCC.XXI. Et ideo Praesidentes qui sunt faciles ad dispensandum regulariter in ieiunio sanctae Crucis vel in sexta feria & duobus diebus immediate ante Cineres dispensant cum toto cõuentu, cũ abutantur potestate sibi tradita, debent grauiter puniri & à suis officijs absolui. Fratres vero qui sunt sani & possent ieiunare & si non quotidie saltem aliquoties in hebdomada, & propter gulositatem solum, nec sextis ferijs à coena volunt abstinere, qu potius nulla petita vel obtenta licentia huiusmodi constitutiones de ieiunio transgrediuntur, & in huiusmodi transgressionibus perseuerare intendunt, non possunt a damnabili cõtemptu excusari.

De Cibo. V. Cap.

Hora .a. competenti ante prandium à Sacrista paucis ictibus campana pulsetur, vt fratres ad refectionem venire nõ tardẽt. Postmodũ pulseẽ cymbalũ, si cibus sit paratus alioqn nõ pulseẽ donec paratus sit. Ablutis vero manibus, Prior nolam Refectorii pulset, & tũc fratres ingrediantur. Quibus ingressis dicat

(Benedicite) qui dicit versiculos, & Conuentus prosequatur benedictionem. .b. Seruitores autem, incipiant ab inferioribus vsq; ad mensam Prioris ascendentes.

Hora .a. competenti &c. Ablutis vero manibus.) Declaramus q pulsato cymbalo pro refectione debēt fratres cum silentio & matura festinatione venire ad locum vbi debent manus abluere. Quibus ablutis debent ire ad sedēdum secūdum ordinem suum super banchas extra refectorium præparatas, & quando Prior nolam refectorij pulsare inceperit. debent bini & bini incipiēdo à iunioribus ingredi refectorium. Et cum fuerint in medio, debēt inclinare reuerēter ad Crucem vel figuram quæ est supra sedē Prioris, & postea ire ad loca sua ordinate, & facta bñdictiōne ire ad sedendum in mensa, & cum silētio & lectione sumere cibum. .b. ¶ Seruitores autem incipiant ab inferioribus., Declaramus, q in portandis scutellis vel pictantijs seruitores sēper ab inferioribus debent incipere, & vsq; ad mensam Prioris ascendere, nisi forte in mensa Prioris essent aliquę magnæ personæ sicut Episcopi, Comites, vel maiores his, quia tunc ab illis personis honorabilibus esset incipiendum. Quando autem seruitores deferentes scutellas ascendendo venerint sup mēsam Prioris si super asserem habuerint aliquas scutellas, debent illas porrigere his qui sunt in mensa Prioris & non reuerti. In leuandis autem scutellis vel incisorijs, debent à mensa Prioris incipere & sic ad inferiores descendere.

¶ 2. Nullus fratrum præsentium à prima mensa remaneat, præter seruitores, & custodes, nisi de licentia. Quotquot autem remanserint, comedant in secunda mensa, ita q tertiam facere non oporteat. .c. Nulla fiat seruitorib', vel ministris pictantia quæ non fit Conuentui, nisi sint infirmi vel minuti. Frater non mittat fratri p ctāuā excepto Priore, sed sibi datam dare possit à dextris & à sinistris .d. Priores comedāt in Refectorio, & cibariis conuētus sint contenti. Similiter infirmarii, & seruitores hospitū & alii fratres, nisi Prior cū

ali-


aliquibus dispensauerit ob aliquam causam, vt extra Conuentum aliquando comedant.

c. ¶ Nulla fiat pictantia.) Declaramus ꝙ nullus fratrum presentium debet sine licētia à prima mēsa remanere exceptis seruitoribus, & illi q a prima mensa remanserint, debent in secunda mensa comedere, in qua nihil debet ministrari nisi quod i prima mensa fuerit ministratū.

d. ¶ Priores comedant in refectorio & alij fratres.) Declaramus ꝙ nullus frater debet i cella vel in camera tenere mēsam, sed omnes fratres tam Priores, quàm alij debent venire ad cōmunem mensam in refectorio nisi forte Prior aliquando cum aliquo dispensauerit ꝙ extra cōuentum in domo hospitum vel debilium vel infirmorum comedere possit. Vnde in capitulo apud Lugdunum. M.cccviij. sic fuit ordinatum. Cum ex eo ꝙ Priores & eorum loca tenentes ac cæteri fratres à sequela cōmunitatis se retrahunt religio plurimū relaxatur, & multi cōuentus in diuersis Prouincijs tā in spiritualibus quàm in temporalibus dissipantur & destituuntur, iniungimus & mandamus Prioribus vniuersis vt à choro & refectorio nullatenus se absētent, nisi ex causa rationabili & vrgente. Et hoc idem faciant a suis subditis iuiolabiliter obseruari. Quod si secus factum fuerit, per Prouincialē vel eius Vicarium in pœnam à suis officijs absoluantur, & hoc idē fuit ordinatum apud Catursium. M.CCC.XIX. & apud Papiam. M.CCCC.XXII. Et Coloniæ. M.CCCCXXVIII. Et ibi addit ꝙ quotidie teneatur refectoriū, & ꝙ in secunda & quarta Feria minime cum aliquo fratre dispensetur nisi propter infirmitatē i loco infirmorū. ¶ Et Rom. 1553. statutum fuit. Vt omnes etiam Magistri, caueant ne i cubiculis seu cameris, comedant, sed in communi refectorio, irritantes quàmlibet licentiam sup hoc indultam atq; concessam. Quòdq; si qui cōuentus existāt vbi nulla fere seruetur Communitas, ac precipue in comedēdo in refectorio communi, hos priuamus omni facultate & auctoritate recipiendi ad habitum ordinis. Tex. 3.

¶ 3. .e. Pulmenta nostra sint vbique, sine carnibus i Conuentibus nostris, præter quam in infirmatiis. Fratribus autē nostris (ne sint hospitibus onerosi) pulmēta cocta cum carnibus co-

medere liceat, extra claustrum. Fratres nostri (tam Priores, quàm alii in locis vbi, Conuentum habuerimus) nisi cũ Episcopo, vel in domibus religiosorum, & hoc raro, extra claustrũ comedere non præsumãt. f. Singulis diebus duo cocta pulmenta, si fieri potest, habeant. Poterit autẽ Prior superaddere, put opus esse iudicauerit, & facultas permiserit. g. Si quis iuxta se sedenti viderit aliquid deesse de communi, requirat à seruitore. Si quis de seruitoribus, vel comedentibus seruiendo vel comedẽdo in aliquo offenderit, surgentibus fratribus veniam petat, & facto signo à Prelato redeat ad locũ suũ. e. ¶ Pulmenta nostra sint vbiq; sine carnibus in nostris conuentibus.) Declaramus ꝙ Presidentes conuentuum nõ possunt dispensare cum fratribus vt in Refectorio carnes comedant, nec extra Refectorium cum toto cõuentu regulariter, nec cum aliquo fratre in aduentu. Quod si fecerint sũt grauissime puniẽdi & in pœnã à suis officijs absoluendi, vt fuit ordinatũm Papiæ. M.CCCC.XXIII. Coloniæ M.CCCC.XXVIII. & Venetijs. M.CCCC.LXXXVII. f. ¶ Singulis diebus si fieri potest duo cocta pulmenta habeant.) Declaramus ꝙ Præsidentes cõuentuum debẽt de eleemosynis ex missis & officijs collectis, & redditibus & prouentibus conuentus taliter disponere, ꝙ sigulis diebus fratres habeãt pictãtiam cum vno ferculo, & tempore ieiunij vltra pictantiam habeant duo fercula vt possint ieiunare sicut ĩ multis capitulis fuit ordinatum. g. ¶ Siquis de seruitoribus vel comedẽtibus offenderit veniam petat.) Declaramus ꝙ finito prandio & facto signo à Prælato cum nola, lectio terminari debet dicendo. Tu autẽ &c. Et Prælatus stando debet pulsare nolam quousq; fratres à mensa surrexerint. Terminata autem pulsatione nole, illi qui seruiendo vel comedendo vel legendo in aliquo offenderint, debent facere venias suas ꝓsternẽdo se cum toto corpore non super ventrem sed super vnum latus, & in longum, tibiam vnã super aliam tenendo. Et facto signo à Prælato debent surgere & ad locum suum ire.




De Collatione. Sextum Capitulum.

Tempore .a. ieiunii, hora competenti; Sacrista ad collationem signum faciat, postea Refectorarius cymbalum pulset. Deinde fratribus venietibus in Refectorium legat lector præmisso (Iube domne benedicere) & sequatur benedictio (Noctem quietam & finem perfectum, tribuat nobis omnipotens & misericors Dominus) Infra vero lectionem bibere poterunt facto signo à Prælato. & dicto (Benedicite) à Lectore, dataq; benedictione ab Ebdomadario (Largitor omnium bonorum benedicat potum seruorum suorum.) Finita lectione .b. dicat qui præest (Adiutoriũ nostrum in nomine Domini) & tunc cum silentio intrent fratres Ecclesiam. .c. Quicunq; bibere voluerit extra horam, licentiam petat à Prælato, & vnum .d. socium accipiat.

Venietibus in refectoriũ .a. legat lector. ✱ Cõtra istã constitutionem inualuerat vsus in multis locis propter concursum sæculariũ ad ecclesias nostras vt Completorium more aliarum ecclesiarum inciperet̃ in choro per Iube donne &c. Quimos cum non posset absq; admiratione sæcularium reuocari, & iudicaretur rationabile vt essemus conformes alijs ecclesijs, idcirco in capitulo Salmãt. 1551. statutum fuit, vt Completorium etiam diebus ieiuniorũ semper in choro per Iube donne &c. incipiatur, & quando dicitur, Noctem quietam &c. oẽs fratres inclinent sicut in alijs benedictionibus,) b. Data benedictione ab hebdomadario.) Declaramus ꝙ in refectorio benedictio est dãda ab hebdomadario, qui dum dat benedictionem non debet sedere, sed se eleuare & stando benedictionẽ dare, sicut fuit ordinatum in capitulo Florentiæ. M. CC. LVII. c. Dicat qui ꝑest adiutoriũ.) Declaramus ꝙ absente Prelato & ei⁹ Suppriore ac Vicario, hebdomadarius in refectorio debet dicere Adiutorium, quia & si non præsideat omnibus alijs loco, presidet tamẽ auctoritate & officio. Quando autem Prælatus dicit Adiutoriũ vel Fideliũ præsente conuentu, debet illud

dicere cum magna grauitate & ita sonore ꝙ clare ab omnibus audiatur. Et quando sunt plures prælati simul in choro vel refectorio ille qui præest alijs loco, debet Fidelium & adiutorium dicere & benedictionem in Completorio dare .d. ¶ Quicunq; bibere voluerit extra horam.) Declaramus quòd quamuis videatur irreligiosum tempore ieiunij post Completoriũ bibere, & propter hoc alias in capitulo Ferrarieñ. M CCXC. fuerit ordinatum ꝙ frater qui post Completorium bibebat teneretur iterato dicere Completorium, tamen quia constitutio innuit quod de licentia prælati fratres possint extra horam bibere poterit prælatus tempore ieiunij quãdo dies sunt breues collationem vsq; ad post Completorium finita Oratione differre, ita tamen ꝙ Completorium inter primum & secundum signũ inchoetur ĩ refectorio. Et si tũc aliquis voluerit poterit bibere. .e. ¶ Socium accipiat.) Declaramus ꝙ causa honestatis & religionis nullus fratrer debet bibere sine licentia & causa, & in præsentia socij ne forte excedat in bibendo. Prælati autem faciant constitutionem de ieiunijs fratribus diligẽter obseruari, sicut fuit ordinatũ ĩ ca. M.CC.LXXIII. apd Postẽ.



De Infirmis VII. Cap.

Circa .a. infirmos, caueat ne sit negligens Prælatus Sic enim procurandi sunt infirmi vt citius releuẽtur, sicut dicit Pater noster Augustinus .b. Poterũt autem quidam vesci carnibus prout eorum grauior exigit infirmitas, secũdum qđ Prælato visum fuerit .c. In locis vero vbi Conuentum habemus, extra domũ nostram carnes non comedãt .d. Si quis autem talem habuerit infirmitaté, quæ nec multum eum debilitet, nec comedendi turbet appetitum, talis nec super culcitrã iaceat, nec ieiunia consuetudinaria frangat, nec cibos refectorii mutet.

Circa .a. infirmos caueat ne sit negligens prælatus.) Declaramus ꝙ in singulis conuentibus debent esse aliquę cameræ deputatę pro infirmis, bene fulcitę de lectis & linteamib⁹, & alijs necessarijs pro infirmaria, & debet institui vnus infirmarius principalis discretus, q̃ prouideat infirmis de lignis, cibarijs & medicinis, & de alijs necessarijs ad eorum releuatio-

nem, sicut fuit ordinatum Parisius. M.CC.LXXVI. & in multis alijs capitulis. Et vt hæc facere possit, debet ei deputari aliqua pars pecuniæ quæ ad Conuentum ex eleemosynis venit, sicut ordinauit Papa Ioan. xxij. Prælati autem qui in hoc inuēti fuerint negligentes, in pœnam à suis officijs absoluantur. b. Poterunt autem quidam vesci carnibus prout eorum grauior exigit infirmitas, secundum ꝙ prælato visum fuerit.) Declaramus ꝙ in constitutione de carnibus non comedendis non debet ꝓlatus dispensare nisi cum infirmis vel euidenter indigētibus, quamuis etiam extra casum infirmatis possit cū aliquibus ex causa rationabili dispensare, vt cum notabiliter antiquis & cū lectoribus & debilibus, non tamen debet hoc regulariter, & quotidie facere, sed aliquibus diebus & cum discretione sicut ordinatum fuit in capitulo Florentino. M.CCC.XXI. & apud Narbonam. M.CCC.XCIIII. c. ℭIn locis vbi habemus conuentum extra domum nostram carnes non comedant.) Declaramus ꝙ licet in domibus religiosorum vel Episcoporum de licentia prælati possint fratres quādoq; & raro comedere, nō tamen extra conuentum etiam si sint infirmi licitum est carnes comedere. Et qui in hoc deliquerint grauiter puniēdi sunt, sicut fuit ordinatum apud Montem pessulanum. M.CC.XCIIII. & apud Narbonā. M.CCC.XCIIII. d. ℭSiquis autem talem infirmitatem habuerit quæ nec eū multum debilitet nec comedēdi turbet appetitum.) Declaramus ꝙ illi fratres qui sunt sani sed tātum propter gulositatem & sensualitatem volunt continue vesci carnibus & cum possent aliquibus diebus abstinere tamen nulla petita vel obtēta licentiā carnes quotidie comedunt & in hoc perseuerare intendūt, tales à dānabili cōtēptu non excusantur.

ℭ 2. e. In domibus nostris non sint nisi duo loca, in q̄bus comedant debiles vel infirmi, vnus carnium, & alius aliorum ciborum, nisi sit euidens necessitas, vel vrgens infirmitas. Similiter nec alii fratres comedāt nisi in communi Refectorio vel hospitum domo. Nec Priores prouinciales, nec Magistri in Theologia (etiā actu legentes) comedant in cameris, sed in cōmuni Refectorio, vel hospitio, vel in domo infirmorum, aut domo debilium. Si autē Prio

tres infirmari contigerit, in infirmaria cum aliis procurentur. ℭ 3. Fratres vero leprosi infra septa sui Conuentus seorsum ab aliis ꝓcurentur. Conuentum autem suū dicimus, cuius est filius. Quod si arctitudo loci illius, vel alia causa legitima non permiserit, ad aliū Conuentum nostri ordinis per Priorem prouincialem transferantur,

c. ℭIn domibus nostris nō sint nisi duo loca.) Declaramus ꝙ fratres sani tā priores q̄̄ alij debent in refectorio comedere vel in domo hospitum de cibarijs ordinis. Debiles vero & infirmi debent in infirmaria comedere & poterunt de licentia prælati carnibus vesci. Alibi autem comedere non licebit, nisi ꝓpter euidentem necessitatem vel vrgentem infirmitatem sicut fuit ordinatū Parisius. M.CC.LXIX & Mediolani. M.CC.LXXXIII & apud Cæsar Augustam. M.CCC.XCI.

De Minutione, VIII. Cap.

MInutio .a. quater in Anno fieri possit. Prima in mense Septembri, secunda post Natale, tertia post Pascha, quarta post festum sancti Ioannis Baptistæ. Præter has minutiones nullus audeat sibi minuere, nisi discretio Prioris propter aliquā causam iudicauerit aliter alicui esse faciendum. Minuti extra Refectorium cum silentio comedant, vbi commode poterit obseruari, & secūdum quod facultàs domus pmiserit, commodius procurētur. .b. Causa vero minutionis catnes nō comedāt.

MInutio .a. quater in Anno fiat.) Declaramus ꝙ fratres non tenentur se facere minui nisi de consilio medicinæ. Qui autem sine consilio medicinæ voluerit minutionem facere, teneatur illam in illis quatuor temporibus facere. Quod autem religiosi licite possint minutione vti est textus de statu mona. c. cum ad monasterium. §. Porrò. vbi dicit Ioā. And. post Vincētium fuisse ab Angelo reuelatum ꝙ ille qui sanguine minuitur. xiij. februarij die, illo anno ex febrili distemperantia nō morietur. .b: ℭCausa vero minutionis carnes non comedāt.) Declaramus ꝙ minuti cum propter extractionem sanguinis in quo vita consistit soleant debilitari debent extra refectoriū cō

mode & frugaliter procurari secundum ꝙ facultas domus permiserit. Et si videbitur priori & non aliter secundum ꝙ complexio vel debilitas eorum fuerit, poterunt carnibus vesci.

De Lectis. XI. Cap.

SVper .a. culcitras non dormiant fratres nostri, nisi forte stramen, vel aliqd tale super quod dormiant habere non possint. Super stramina, & saccones laneos dormire licebit. Extra domum vero dormire poterũt, sicut fuerit eis stratum, ne hospites molestentur. Qui autem culcitram petierit, ieiunet vna die in pane & aqua. .b. Cum tunica, & caligis cincti dormiant. ·c· Nullus (Magistro ordinis excepto) qui in communi tolerari possit, hẽat specialem locum ad iacẽdum, nisi propter rerum custodiam. Lectoribus tamen secũdum discretionem Prioris prouideatur.

SVper .a. culcitras non dormiant fratres nostri.) Declaramus ꝙ licet fratres sani nõ debeant dormire super culcitras, infirmi tamen de licentia suorum prælatorum possunt super culcitras dormire. Vnde in infirmarijs nostris solemus habere culcitras pro infirmis. ¶ Et hæc consuetudo videtur satis rationabilis. b. ¶ Cum tunica & caligis cincti dormiant.) Declaramus ꝙ cũ constitutio ista nõ dicat ꝙ debeamus dormire cũ scapulari quod est habitus ordinis nostri, quod semper debemus deferre quando procedimus in publicum cum sit protestatiuũ nostræ professionis, non peccat frater nostri ordinis si sine scapulari dormiat, peccaret autem si sine tunica & cingulo, & sine caligis dormiret, quia tunicella videẽ esse vel ptinere ad habitum nostrũ de nocte qui semper debet ossibus nostris adhærere sicut fuit ordinatum Narbone. M.CCC.XCIIII. Et ideo illi qui nulla subsistente causa sed ex sola sensualitate sine tunicella & caligis dormiunt maxime quando hoc habent ĩ cõsuetudinem, non excusantur a peccato. c. ¶ Nullus excepto magistro ordinis habeat specialem locum ad iacẽdum.) Declaramus ꝙ oẽs fratres nostri excepto magistro ordinis & ĩfirmis & hospitibus dũtaxat exceptis debent ĩ communi dormitorio dormire, quod quidem taliter debet esse dispositum ꝙ possit ĩ sero claudi & claues debent

apud priorem vel aliam personam securam remanere. Qui autem extra dormitorium sine licentia dormire præsumpserit debet à suo prælato grauiter puniri, sicut fuit ordinatum apud Narbonam. M.CCC.XCIIII. & in multis alijs capitulis.

De vestitu. Decimum Capitulum.

Vestes .a. laneas non attonsas (vbi seruari poterit) deferãt fratres nostri. Vbi vero seruari non poterit, vtantur vilibus, & potius vilitas in cappis seruetur .b. Lineis non vtantur ad carnem, nec etiam infirmi. Linteamina in infirmariis nostris concedimus, quod haberi possint, & similiter in cameris hospitum. Nullus habeat plures tunicas, quàm tres cum pelliceo in hieme, & quatuor sine pelliceo, quod semper tunica coopertum deferatur. Pelliceis syluestribus, aut etiã coopertoriis quarũcunque pellium fratres nostri nõ vtantur, nisi in infirmaria. Nec tamen vtãtur ibidem coopertoriis pellium syluestriũ .c. Tunicæ circa cauillã pedum inclusiue, & non plus, descẽdant, scapularia circa coopertura genuũ. Cappa vero sit breuior tunica, & etiam pelliceum. Caligas & soccos habebimus, vt necesse fuerit, & facultas permiserit .d. Ocreas nõ habebimus, nec chirothecas. Bottæ extra septa monasterii non portentur.

Vestes .a. laneas & infra) Vestibus vtantur vilibus.) Declaramus quod fratres nostri cũ sint mendicantes non debent vti pciosis sed vilibus vestibus nec debent habere corrigias & cultellos vel sotulares curiosos nec bursas vel scarsellas ad corrigias deferre vt fuit ordinatũ Bononiæ. M.CC. LXXXV. vñ illi qui habẽt tunicas & cappas quasi regales & non solum vnã sed plures triplicatas & quattriplicatas & in huiusmodi pomposo habitu perseuerant & perseuerare intendunt; non excusantur à damnabili contemptu huius constitutionis. Et ideo plati debent hmõi abusiones & põpositates phibere, & delinqñtes grauiter punire, & talibus vestibus priuare, sicut fuit ordinatũ Coloniæ. M.ccccxxviij. & Venetijs. M.cccc.xxxvij. Item declara-

claramus q̄ præsidentes conuen tuum debet studium & diligen tiam apponere q̄ ex eleemosy nis & redditibus ad conuentum pertinentibus prouideatur fra tribus indigentibus de vestibus & si alicui fratri à parentibus vel ab amicis dentur pecuniæ p̄ ve stibus, tales pecuniæ dentur p̄ curatori, qui pannum emat p̄ il lo fratre, vt sicut pascimur ex vno cellario, ita induamur ex vno vestiario, sicut declaratum fuit in capitulo apud Tholosā. M.cc.lviij. & M.ccc.iiij. & apd' Placentiam. M.ccc.x. & apd' Ia nuam. M.ccc.v. b. ¶ Lineis nō vtantur ad carnem nec etiā in firmi.) Declaramus q̄ cum ista cōstitutio simpliciter negatiue ponatur, nulla adhibita pœna taxata vel taxanda videtur trāf gressores obligare ad culpam. Et ideo illi qui nulla subsistēte causa lineis vtuntur ad carnem & in huiusmodi transgressione intendunt perseuerare à damna bili contemptu non excusanť. Idē intelligimus de canapo, & bombice. Consuetudo enim in talibus & si non sit contemptus est tamen ei propinqua & ad ip sum disponens, quæ quidem cō suetudo cum sit irrationabilis, & potius dicenda corruptela, non potest prædictam constitu tionem abrogare, qua prohibe tur nō solū sanos sed ēt īfirmos n̄ debere vti lineis ad carnē.

c. ¶ Tunice circa cauillam pe dum, scapularia circa copertu ram genuum &c.) Declaramus q̄ habitus ordinis nostri est tu nica alba & scapulare albū quo ad clericos, & capa nigri colo ris. Et hunc habitum debemus patenter deferre quando proce dimus in publicum cum sit p̄te statiuum nostræ professionis si cut fuit ordinatū apud Narbo nam M.ccc.cxiiij Et quia breui tas vestium leuitatem quādam designare videtur, lōgitudo ve ro honestatem & grauitatē desi gnat, non debent tunice nostræ esse notabiliter breues, sed de bent vsq; ad cauillam pedū in clusiue descēdere, & ante & re tro consute esse. Infra vero tuni cam non debemus caligas vel alias vestes alterius coloris q̄ al bi habere. Capa vero debet sal tem quatuor digitis breuior es se q̄ tunica. Scapulare vero p̄ pter honestatem non debet esse notabiliter breue, nec etiam ni mis lōgum, sed breuius cappa, nec etiam debet esse nimis stri ctum nec nimis latum. Sed suf ficit q̄ cooperiat cōmissurā ma nicarum & tunice, & debet ha sta scapularis esse consuta cum caputio, & caputiū cappe cum ipsa cappa. Et quando in publi cum procedimus vel in choro sumus, debemus semper habe re caput coopertum caputio. Et in missa & extra cōuentū debe

mus

mus capam deferre propter ordinis honestatem sicut fuit ordinatum apud Ianuã. M.cccv. Item declaramus ꝙ quãdocũq; fratres siue ad officium missæ, siue ad alia officia vtuntur sup pelliceis, debent deferre scapulare sub ipsis ita tamen ꝙ capucium scapularis sit extra scapulas ordinatũ, similiter sacerdotes diaconi & subdiaconi cum induunt sacras vestes portẽt scapularia sub ipsis, nec vllo modo ea deponant. Et hoc idem in missis priuatis obseruetur sicut fuit ordinatum in capitulo Parisius. M.cc.lxxxvj. & in capitulo apud Neapolim. M.ccc.xj

d. ¶ O creas non habebimus, nec cyrothecas.) Declaramus, ꝙ quando fratres pedes ambulant non debent ocreas nec cyrothecas portare sed quãdo cũ licentia & necessitate opus est equitare, poterũt propter honenestatem, & vt à frigore & pluuia vel à nimio calore se cõseruent, ocreas & cyrothecas secũ deferre.

De Rasura. XI. Cap.

Rasura .a. sit supius nõ modica, vt religiosos decet, sic vt inter ipsam, & aures nõ sint plus q̃ tres digiti. Tonsura quoque fiat desuper aures. Rasura vero fiat à Pascha vsq; ad Festum omnium Sanctorum de quindena in quindenã. deinde autem semel in tribus septimanis, ita tamen quod propter festa solénia possit per dies aliquot præueniri vel retardari.

Rasura .a. sit superius non modica.) Declaramus ꝙ prælati & præsidentes conuentuum debent diligentem curã, & sollicitudinem adhibere ꝙ omnes fratres sint vniformes in capillorum tonsura, & vt decentẽ ac religiosam habeant coronã. Nec vllo modo patiantur ꝙ fratres comas nutriãt, aut more secularium capillos longos deferant. Debet enim tonsura capillorum solum vsq; ad summitatem aurium descẽdere, & inter ipsam & rasuram capitis desup: non debent esse plusquàm tres digiti. Poterit autem in regionibus calidis rasura fieri etiam in hyeme de quindena in quindenam, secundum ꝙ prælatus iudicauerit expedire.

De Silentio. XII. Cap.

Silétium .a. fratres nostri teneant in Claustro, Dormitorio, in Cellis, in Refectorio, & ĩ Oratorio fratrũ, nisi forte silenter aliquid loquantur, non tamẽ oratio-

ne perfecta. Alibi tamen lo qui poterunt de licētia speciali. Omnes .b. fratres, vbique, intus & extra, sillentiū teneant in mensa tam priores, quàm alii, excepto vno qui maior fuerit inter eos, vel alio cui ꝓ se loqui commiserit, & tunc ipse taceat, exceptis Magistris in Theologia. Prior tamen cōuentualis possit licētiare vnum de secum comedētibus ad loquendum. Si vero plures Priores cōuentuales simul considere cōtigerit .c. Prior antiquioris Conuentus loquatur, & vni loquendi licentiam dare possit.

SIlentium .a. fratres nostri teneant &c.) Declaramus ꝙ in claustro in dormitorio, in cellis, in refectorio & oratorio fratres continuum debent tenere silentium, nec in predictis locis debet prælatus dispensare cum fratribus vt silentium frangant. Et quidem cum fratres transeūt per claustrum debent ps De pfundis & alias orationes pro defūctis dicere. In cellis vero dormitorij possunt scribere legere, orare, & dormire. In refectorio vero dū sunt in mensa debeat continuam lectionem habere. In oratorio autem debent orare & nihil aliud ꝙ id ad quod factum est agere. In alijs autem locis à prædictis poterunt fratres loqui de licentia speciali, quam licentiam intelliguntur petere vel habere quando post Salue regina que dicitur in fine cuiuslibet hore ponunt digitū super os, voluentes se versus plm latum. A signo autem quod fit cum parua campana post Completorium vsq; post primam, & similiter a signo quod fit ī estate post prandium vsq; post nonam dictam, nulli loqui licebit: sed oēs silētiū seruabūt, sicut fuit ordinatū Tholose. M.cc.lviij. b. ¶ Omnes fratres nostri vbiq; intus & extra.) Declaramus ꝙ omnes fratres simul comedentes siue in terra, siue in mari silentium seruare tenentur excepto vno qui maior fuerit inter eos & exceptis magistris in theologia qui extra refectorium loqui poterunt, sicut fuit declaratum in Monte Pesulano. M.CC.LXXI. c. ¶ Prior antiquioris conuentus.) Declaramus ꝙ quādo plures Priores simul extra refectorium vel extra cōuentum vel extra domum comedere cōtigerit, solus ille Prior qui superiorē locū tenet, loqui poterit

rit,& vni licẽtiam loquendi dare. Prior autem antiquioris cõuentus quãdo comedit cũ aliis prioribus, si nullus eorũ sit magister in Theologia debet superiorem locum tenere.

¶ 2. Nullus autem aliorum ibidem loquatur nisi de necessariis mẽsæ,& hoc per vnicam orationẽ breuiter & submisse, nisi de licentia episcoporum,seu electorum, aut etiam maiorum his,seu etiam Regum, seu etiam Magistri ordinis, & Ministri Generalis ordinis minorum, d. Quum contigerit nos cum eis comedere. Prior autem prouincialis (absente Magistro ordinis) fratribus secum comedentibus (in sua duntaxat Prouincia) possit dare .e, licentiam loquendi, in alia autem Prouincia tantum vni. Si quis hoc silentium fregerit ex proposito, vel licentiam loquendi dederit, in vno prandio aquam bibat,& in capitulo coram omnibus vnam disciplinã recipiat,exceptis ĩfirmis decumbentibus. .f. Et in hoc non dispensetur nisi p Magistrum ordinis,et Priorem prouincialem,& hoc raro, & ex rationabili causa.Infirmi vero non decumbẽtes, à prandio vsq; ad Vesperas silentium teneant,similiter post signum .g. quod fit post Completorum. A minutis vero post primam diem suæ minutionis, idẽ obseruetur .h. Fratres in capitulo de silentio se accusent, sicut de aliis culpis, & Priorum arbitrio puniantur. .i. Si quis tamen inter duo capitula septies silentium fregerit, in vno prandio sedeat in terra.

d. ¶Cum contigerit nos cum eis comedere.) Declaramus quod magister ordinis cum omnibus fratribus secum comedentibus extra refectoriũ, videlicet in hospitio, vel in infirmaria, vel ĩ camera sua, potest dare licentiam loquendi in mensa. Quãdo vero ipse comedit cum fratribus ĩ refectorio talem licentiam dare non potest, quia ibi continuũ habemus silentium. Et idem dicimus de Priore prouinciali quod in absen-

In absentia magistri in sua dun taxat prouincia cum fratribus secum comedentibus potest loquendi licentiam dare non autem in refectorio quando ipse cum fratribus comedit. e. ¶ Licentiam loquendi dederit.) Declaram⁹ q̄ licet Vicarij particulares magistri ordinis vel Prioris prouincialis non habeāt auctoritatem licentiādi fratres ad loquendum in mēsa nec talem auctoritatem possit eis magister ordinis vel prior ꝓuincialis cōferre, sicut fuit declaratum ī capitulo apd' Lucā. M.cc.lxxxviij tamē quilibet Vicarius ordinis qui mortuo vel amoto magistro vices eius obtinet, & quilibet Vicari⁹ generalis prouinciē per quemcūq; modū legitimæ fuerint instituti hanc loquendi licentiam extra refectorium cū secum comedentibus dare possunt. f. ¶ Et in hoc non dispensetur nisi per magistrū &c.) Declaramus q̄ Vicarij magistri ordinis & priorum prouincialiū quāmuis non possint licentiam loquendi in mensa fratrib⁹ dare, possunt tamen fratres sibi cōmissos à pœna quæ eis debet pro fractione silentij absoluere, vel talem pœnam commutare si eis à magistro vel priore prouinciali fuerit concessum, sicut fuit declaratum in capitulo Boloniæ. M.ccc.ij. Possunt enim magister & priores prouinciales facultatem dispensandi seu relaxandi vel commutandi pœnitentiam pro fractione silentij in mensa taxatam alijs cōcedere, auctoritatem autem dandi licentiam loquendi in mensa nō possunt alijs delegare. g. ¶ Post signū quod fit post Cōpletorium.) Declaramus q̄ cum ordo noster refugiat tanquam irreligiosum loqui post completorium, debent fratres post signum quod fit post completorium tenere silentium vsq; post primā. Quando autem fratres cœnant post completorium sicut in Dominicis diebus in hyeme, non est opus q̄ tale signum post cōpletorium pulsetur, sed poterit differri vsq; post secūdam mensam completam, & post tunc tenebuntur fratres prædictum silentium seruare. h. ¶ Fratres de silentio se accusent.) Declaramus q̄ nō solum fratres in capitulo de silentio se debent accusare, sed etiam de alijs culpis & transgressionibus quarūcūq; constitutionum & institutionū ordinis, sicut habetur in capitulo de leui culpa in fine, & in capitulo de graui culpa, & in capitulo de capitulo quotidiano, & debent arbitrio prælati puniri. i. ¶ Siquis tamē inter duo capitula.) Declaramus q̄ sedentes in terra pro fractione silētij

non tenentur stare in pane & aqua, sed solum in terra sedere, & comedere quod alij comedunt. Et debent in prandio & & non in cœna hanc pœnitentiam facere, sicut magister ordinis & diffinitores corã toto capitulo declarauerũt, quãdo ista constitutio fuit confirmata, & hoc declaratum fuit i capitulo Tholosano. M.cc.lviij. Item declaramus ꝙ in refectorio pro sedentib' in terra pro silentio, & alijs defectibus in capitulo cõmuniter iniunctis debet haberi asser super quem sedeant, & aliqua mensa vel forma lignea super quam comedant. Pro sedentibus vero in terra pro grauiori culpa debet haberi asser aliqs iuxta terram immediate, super quo ponãtur cibaria, & ipsi debent super nudam terrã sedere.

De Recipiendis. XIII. Capitulum.

IN quolibet .a. Conuentu tres idonei fratres eligantur de communi consilio capituli, qui recipiẽdos in moribus, & scientia diligenter examinẽt, & examinationem Priori & capitulo referant, eorum iudicio, an recipi debeãt relinquentes. Qui dum adducti fuerint in capitulum, posternãt se in medio. Interrogati vero à Prælato, quid quærãt, respondeant. Misericordiã Dei & vestram. Quibus ad iussum Prælati erectis, exponat eis austeritates ordinis, voluntatem eorum requirens. Qui si respondeãt, se velle cuncta seruare, dicat post cætera. Dominus, qui incæpit, ipse perficiat. Et cõuentus respondeat. Amen. Tunc depositis sęcularibus vestibus, & religiosis induti, in nostram societatem, in capitulo recipiantur.

IN .a. quolibet cõuentu tres idonei fratres eligantur de communi consilio capituli.) Declaram' ꝙ isti tres fratres eligendi debent esse prudentes & discreti, ac de consilio patrum, ad quod consilium vocãdi sunt qui fuerunt priores vel lectores principales, vel vicarij nationũ vel in studio generali sentẽtias legerint. vel qui sunt actualiter suppriores. vel qui ꝑ magistrũ ordinis vel priorem prouincialem instituti fuerint vt declaratum fuit in capitulo apud Lausanam. M.ccc.lxxx. & Papiæ. M.cccc.xxiij. ✶ Qui numerus

numerus patrum vt in capitulo Rom. 1553. & 1558. ordinatum fuit in nullo conuentu (excepto Parisiensi ob multitudinem graduatorum) duodenariũ numerum excedat, & ad quem ante ætatem 40. annorum nullus admittatur, his exceptis, qui patres de iure sunt, de quibus statim dictum est supra, Declarantes, quod post priorem, Magistri primo loco debent computari in præfato numero duodenario, & subinde supprior, & baccalaureus ordinarius tãtum, & sic successiue ceteri, prout iuris ratio postulat. Cæteri vero locum suæ professionis etiã inter alios fratres teneãt, siue sint patres de iure, siue de gratia, vt ordinatum fuit in capitulo Salmant. 1551. b. (Diligenter examinent.) Declaramus ꝙ examinatio recipiendorum potest fieri ab examinatoribus simul vel diuisim, semper tamen caute & vrbane & non acerbe. Debent etiam leniter inquirere de impedimentis in constitutionibus expressis, & de omnibus q̃ inuenerint debent fideliter priori & conuentui relationem facere. Summopere tamen cauendum est ne recipiantur ignari & inepti ad literas, Vel qui habent quędam vitia quasi inseparabilia, & naturalia sicut est innata iracundia, ebrietas, debilitas naturæ ex vitiosa consuetudine, & dispositio ad furiositatẽ, & huiusmodi, de quorum correctione vix spes potest haberi.

¶ 2. Verũtamẽ antequàm stabilitatem, & communẽ vitam promittant, & obedientiam Prælato & successoribus suis faciãt, tempus .b. Probationis assignetur, vt & ipsi austeritates .c. ordinis, & fratres mores experiantur eorum. Nullus recipiatur nisi requisitus, an sit coniugatus, an seruus, .d. an ratiociniis .e. obligatus, an alterius .f. professionis, vel occultam habeat infirmitatem.

b. ¶ Tempus probationis assignetur.) Declaramus ꝙ temp⁹ probationis est vnus annus cõpletus qui non potest incipere in ordine nostro añ annũ quartumdecimum completum, & ita in ordine nostro nullus clericus potest profiteri nisi completo quintodecimo anno sicut fuit ordinatum apud Montẽ Pessulanũ, M.cc.lxv. Siquis ãt receperit aliquem infra annum probationis ad ꝓfessionem, suspensus est à receptione cuiuscunq; & pecc at mortaliter faciens cõ

tra preceptum ecclesiæ, & debet puniri pœna grauioris culpæ, vt habetur in capitulo. Non so lum. & capitulo Cōstitutionem de regularibus, lib. vj. Ille vero qui ante annum probationis in nostro ordine profitet᷑ p illam professionem non obligatur or dini nostro sed solum religioni in genere. ℭVt ipsi austeritates .c. ordinis.) Declaramus ꝙ cū austeritas ordinis pcipue in cō tinuatione consistat, debet ānus probationis integer esse & con tinuus, & ideo siquis stetisset in nostra religione per sex menses & postmodum egrederetur, & transacto aliquo tempore reuer teretur ad ordinem, nō posset in capite sex aliorum mensium re cipi ad professionem, sed opor teret ꝙ annum integrum conti nuaret, quia non posset vere di ci ꝙ esset expertus austeritates religionis quæ pro maxima sui parte in cōtinuatione consistūt. Nā aliquis posset faciliter ieiu nare & à carnibus abstinere, & castitatem seruare per vnū vel duos menses, qui nō posset præ dicta continuare. Et ideo ad ve ram probationem austeritatum requiritur continuatio vnius an ni integri. Siquis vero ingressus religionem nostrā in fine anni, ante tamen completum annum exiret, & postea rediret, & ordi nem ingrederetur, talis quidem certus esset & veram experien tiam haberet de austeritatibus religionis, & ita quantum est ex parte sua posset pfiteri, sed quia religio non plenè expta est mo res illius, propter maximam le uitatem & instabilitatem quam ostendit dimittendo habitum, infra annum completum, non deberet talis recipi ad pfessio nem, ad quā maxima animi sta bilitas requiritur. .d. ℭAn ser uus.) Declaramus ꝙ seruus nō debet recipi in religione nisi d᷑ licentia Domini sui, vel nisi om nino sit factus liber. Et si recep tus fecerit professionem, & mo nasterium fuerit in culpa, puta quia sciebat ipsum esse seruum vel fuit negligens ad hoc inue stigādum, tenebitur satisfacere domino suo. .e. ℭAn ratioci nijs obligatus.) Declaramus ꝙ siquis est obligat᷒ ad ratiocinia rei publice, non potest recipi in religiōe nisi prius de ratiocinijs se expediat. Obligatus vero ad ratiocinia priuatorum hominū honestum est vt prius se expedi at, & debita persoluat quàm re ligionem ingrediatur. Si tamen ex feruore charitatis, & non ex leuitate, nec intentione subtra hendi debitum hoc faciat, pote rit ingredi religionem, nō obstā te tali obligatione, quia hoc fa cit auctoritate spiritussancti cui nemo resistere potest. Et in tali

casu

casu monasterium tenebitur satisfacere creditoribus de his q̄ contulit monasterio. Quod si nihil contulit quia forte nihil habebat, ad nihil tenetur, quia inanis est actio quam excludit ĩopia debitoris. Si tamen post ingressum eius monasterium aliquid acquireret occasione ipsius, puta per successionem hæreditariam, vel p donationem, vel ex testamẽto, tenebitur quãtum ad illud satisfacere creditoribus. ¶ Vel alterius. s. professionis.) Declaram' ꝙ qui vouit vel iurauit intrare religionẽ minorem determinate, potẽst licite intrare maiorem, & per aliũ ad hoc induci, quia in maiori icluditur minus. Sed ille qui obligatur voto vel iuramento ad ingressum maioris religionis, nõ potest licite intrare nec etiã debet induci ad ingrediendum minorem, nisi ex causa euidenti & cum dispensatione. Item declaramus ꝙ siquis vouẽs intrare religionem aliquam determinatã intendit non solum se obligare ad ingressum, sed etiam ad ꝑpetuo remanendum, tenebitur perpetuo in religione remanere, Si autem intendit sé obligare ad ingressum causa experiendi, manifestum est ꝙ non tenebit̃ remanere. Si autem intuendo nihil de hoc cogitauit, videtur obligari ad ingressum secundum formam iuris communis quæ ẽ vt ingredientibus detur annus probationis. vnde tenebitur intrare cum hac voluntate vt experiatur an ei expediat remanere, non tamen tenebitur perpetuo remanere. Ille autem qui absq; voto precedente suscipit habitum alicuius religionis cũ firmo proposito remanendi, cũ hoc equipolleat voto simplici, ex vi statuti ecclesiastici, extra d̃ regularibus ca. Statutum, obligabitur ad religionem saltem ĩ genere quantum ad deum, & in foro conscientiæ, nec poterit sine peccato mortali matrimoniũ contrahere. Si tamen contraheret, matrimonium teneret quia votum simplex impedit matrimonium cõtrahendum sed nõ dirimit contractum.

¶ 3. .g. Nullus recipiat in fratrem clericum ad probationem, vel professionem, nisi à Priore prouinciali, vel ab eo cui super hoc dederit licẽtiam specialem, vel à Priore conuentuali, cum assensu totius, vel maioris partis capituli. Conuersum autem non recipiat Prior prouincialis, nec aliquis de eius licentia, nisi de consensu Prioris, & duarum parti-

um fratrū, qui sunt de Conuentu, pro quo fuerit induendus .h. Nec Cōuentus aliquis recipiat Cōuersum sine licentia Prioris prouincialis.

g ℂNullus recipiatur.) Declaramus ꝙ supprior vel vicarius Prioris in eius absentia nō possunt recipere fratrem ad ordinem, nisi ex commissione speciali & expressa sibi facta per Priorem prouincialem vel magistrū ordinis sicut fuit declaratū apd Verdunū. M.ccc.lvj. & Insulas. M.cc,xciij. Mortuo tamen vel amoto Priore cum supprior vices Prioris in omnibus plenarie gerat ex nostris constitutionibus, poterit fratres ad ordinē vel ad professionem recipere. ℂVbi vel pro quo fuerit induēdus. .h. Declaramus ꝙ Nouitij ad illos conuentus perpetuo pertinent in quibus vel pro quibus fuerūt recepti sicut fuit declaratum i capitulo Lugduneū M.ccc.xlviij. nec debent in alienis conuentibus ad professionē recipi nisi de voluntate illorū conuētuum pro quibus sunt recepti ad ordinem, sicut fuit declaratum apd Marsiliā. M. ccc. Declarantes etiam ꝙ priores pꝛouinciales non possunt determinare aliquem fratrem pertinere ad alium conuentum ꝙ ad illū pro quo est professus, nisi p simplicem assignationem in nostro ordine consuetam, sicut fuit declaratum in capitulo apud Victoriam, M.ccc.xxxj.

ℂ4. .i. Nullus cōuersus recipiat infra decem & octo annos .K. nec receptus fiat clericus, nisi de licentia Magistri ordinis speciali. .l. Nullus religiosus professus cuiuscunq; ordinis mendicantium, recipiatur ad ordinē, .m. nostrum, sine licentia Magistri ordinis, vel capituli generalis, nec quicūq; .n. illegitime natus, nisi de Prioris prouincialis licētia speciali. Si autem talis illegitime natus, ad ordinem receptus fuerit, & dispensatum fuerit cum eodē, quod possit fieri Prior, non propter hoc Diffinitor fiat capituli generalis, aut prouincialis, nec pdicator generalis, nec elector Magistri ordinis, absque Magistri ordinis licentia speciali.

i. ℂNullus conuersus recipiat infra decem & octo Annos.) Decla-

Declaramus ꝙ fratres conuersi vocātur ad opa corporalia exercenda in cōuentibus, vt in sudore vultus sui vescātur pane suo. Ad q̄ opa cōmuniter homines nō sunt apti anteq̄ intrauerint decimumoctauum annum. Propter hoc nullus ī ordine nostro potest recipi incōuersum infra decimumoctauum annum, & etiam nisi de licentia prioris pꝛouincialis, & cum consensu prioris & duarum partium fratrum conuentus pro quo fuerit induendus. Clerici autem quia vocati sunt ad cōtemplandum & ad studendum nō requirūt tantam ætatem, sed sufficit ꝙ attingāt quartumdecimum annum. Nō tamen poterūt profiteri nisi completo quintodecimo, sicut fuit ordinatum in Monte Pessulano. M.cc.lxv. & apud Carcassonam. M.ccc.xij. .k. ℂNec receptus fiat clericus sine licentia magistri ordinis.) Declaramus ꝙ priores prouinciales non possunt dare licētiam ꝙ aliquis cōuersus transferatur ad statū clericorum sed solus magister ordinis. Tales autē fratres layci qn̄ de statu conuersorum ad statū clericorum transferuntur, non poterunt habere vocem in quacūq; electione nec ad ea q̄ sunt mittenda ad capitulum generale vel prouinciale ante quinq; annos completos à die receptionis habitus clericorum computādos. Et quo ad vocem & quo ad locum vbiq; esse debēt post fratres clericos qui eos in statu clericorum ꝓcesserunt, sicut fuit declaratum in capitulo apud Bisuntium. M.ccc.iij. & apud Burges. M.ccc.lxix.

l. ℂCuiuscunq; ordinis mendicantium.) Declaramus ꝙ p religiosos mendicantes intelligit constitutio non solum illos religiosos qui possessiones nō habēt, nec in communi nec in particulari, sed etiam illos qui & si possessiones habent propter tamen eorum exiguitatem cōsueuerunt communiter mēdicare ita ꝙ sine mendicitate non possunt sufficientem victum & vestitū habere, sicut declaratū fuit in capitulo apud Valentiam. M.ccc.xxxvij. .m. ℂAd ordinem nostrum.) Declaramus ꝙ alias tales mendicantes poterāt de licentia magistri ordinis recipi ad ordinem nostrū, sed postea per Bonifa. ix. statutum fuit ꝙ quorūcūq; ordinum mendicantium fratres, nos sine licētia literarum Apostolicarū nō possemus recipere, nec fratres nostri ad alios ordines mendicantium vllo modo possent transire. Item declaramus ꝙ cum nostra religio sit cæteris alijs perfectior, vt pote principaliter essentialiter, & noialiter ad ꝑdican

dum instituta, & ad communicādum contemplata sicut fuit religio Christi & apostolorum etiam si loculos habeat, licitum erit de iure communi ex omni alia religione ad nostram transire, quia alie religiones aut ad solam contemplationem aut ad solam actionem corporalem ordinant. Et si alique officium pdicationis exerceant, non tamē habēt ex prima sui institutione essentialiter & p se pdicationē annexam, sed accidētaliter post earum institutionem per auctoritatem apostolicam sibi cōmissam. Et quia de religione imperfectiori licitum est ad perfectiorem religionem trāsire, cum nostra religio sit cæteris pfectior, vtpote per se & essentialiter nō solum ad lucendum sed etiam ad illuminandū ordinata, poterit de iure cōmuni quilibet ex omni alia religione licite ad nostram transire. Est etiam nostra religio cæteris austerior. Habet enim ieiunia prolixa & abstinētias monachorum, in quo excedit omnes alias religiones mendicātium quæ carnibus vescuntur. & ieiunia ita prolixa nō habent. Habet etiam mendicitatē, in quo excedit omnes religiōes monachorum quæ sine medicitate ex solis redditib' & possessionibus habēt sufficientem victum & vestitum. Et hac etiam ratione licitū erit ex omni alia religione ad nostram transire. et non econuerso. Et hoc expresse tenuit Ioan. And. super capitulo sane, de regularibus, et Frāciscus de Zambarelis in quodā consilio, & per vniuersitatē Parisiensem fuit etiam determinatum ꝙ frater de ordine S. Benedicti & etiam de ordine Cartusień. potest de iure cōmuni transire ad ordinem predicatorum, regulariter viuentem. Item declaramus ꝙ per constitutionem Martini quinti statutum fuit vt nullus frater de ordine mendicantium possit trāsire ad aliquē ordinem monachalem etiā cū licentia sui ordinis, nisi ad Cartusiensem, nisi de licentia papæ quæ mentionem faciat de constitutione Martini. Alias ille esset excommunicatus & apostata. Quòd si religiosi mendicantes etiam de licentia Papæ transeant ad ordinem monachorū non poterūt habere vocem vel locum in capitulo, etiam si ab alijs eis concedat, nec poterūt habere Prioratū, nec aliquā administrationem, nec quæcunq; officia etiam annua, nec tanquā vicarij vel ministri vel loca eorum tenētes possunt quodcūq; regimen animarum exercere, sicut habetur in Clementina. Vt professores, de regularibus. Verum siquis propter sua demerita expelleretur de ordine mendicantium, quod fieri potest, vi

detur

detur ꝙ talis possit transire ad ordinem monachalem qui eũ recipere voluerit etiam sine dispensatione Papæ, quia extra religionem et habitum religionis esse non potest, cum semel religionem sit solemniter professus Et si tales expulsi inueniant religionem in qua recipiantur debent nihilominus viuere regulariter & honeste. .n. ¶ Nec quicũq; illegitime natus.) Declaramus, ꝙ nullus illegitime nat⁹ potest recipi ad ordinem sine licentia prouincialis vel magistri ordinis, & si fuerit receptus nõ poterit esse supprior, nec vicarius prioris in aliquo conuentu, etiã priore illius conuentus mortuo vel amoto, nisi cum eo fuerit dispensatum sicut declaratũ fuit apud Podiũ. 1344. Et apud Perpinianum. m. cccc. xxvij. fuit declaratum ꝙ illegitime natus nõ potest fieri prior nec supprior nec visitator sine dispensatione. Et si dispẽsatum fuerit ꝙ possit esse Prior non poterit tñ ꝑ hoc eẽ vicarius prouincialis aut prouinciæ, nec diffinitor capituli generalis nisi in dispensatione de prædictis facta fuerit expſſa mentio.

¶ 5. Prohibemus autem, ne aliquis de cætero aliquã mulierem tondeat, vel induat, vel ad professionem recipiat. Pueri intra quartumdecimum Annum, aut non recipiantur, aut si in aliquibus Cõuentibus oportet eos communiter recipere, recipiantur de consensu capituli Conuentus, à Priore, & non alias. Nec retineri possint in aliquo Cõuentu, vbi nõ est nouitiorũ .o. similium congregatio cum proprio dormitorio, & Magistro, ita quod alibi nõ recipiantur, nisi statim mittantur ad huiusmodi Conuentus, in quibus profitebuntur, ꝓ Conuentibus tamẽ, in quibus receperunt habitum, et à quibus Conuentibus de vestimẽtis ꝓuideri eis debent

¶ Vbi non est nouitiorum similium congregatio.) Declaramus, quòd huiusmodi cõgregatio debet esse ad minus in numero senario sicut ordinatum fuit in capitulo Salmant. 1551. & successiue Rom. 1553. & iterum Rom 1558. & Auenioni. 1561. Vbi additum est Quæ ordinatio, cum iam habeat tria, & quatuor capitula, & admodum necessaria sit, ꝓcipimus vt inuiolabiliter obseruetur ab omnib⁹

prælatis

prælatis, In capitulo demũ Bonon.1564. innouata est, & additum, ꝙ sub probato magistro educentur, à cuius cura ante quadriennium non subtrahãtur, salua illarum prouinciarum cõsuetudine, in quibus vsq; ad sacerdotium prædicti iuuenes, Magistris nouitiorum subiecti sunt, Vbi etiam innouatum est quod in pcedẽtibus capitulis ordinatum fuerat, Quòd videlicet in conuentu vbi sunt iuuenes, sit aliquis lector, q doceat eos grãmaticam, vel artes iuxta eorum capacitatem.

De Nouitiis, & eorũ instructione. XIIII. Capitulũ.

PRior .a. Nouitiis Magistrum diligentem in instructione eorum præponat, qui eos de ordine doceat, excitet in Ecclesia, & vbicunq; negligenter se habuerint, verbo vel signo, quantum poterit eos studeat emendare. Necessaria prout potest debet eis pcurare, de apertis negligẽtiis, quum ante eum petierint veniam, pœnitentiam dare vel eos in suo capitulo proclamare. Humilitatem cordis & corporis doceat eos habere, iuxta illud. Discite à me quia mitis sum, & humilis corde.

PRior .a. nouitijs magistrum diligentem præponat, q eos de ordine doceat.) Declaram° ꝙ magister nouitiorũ debet esse vir prudẽs, discretus, zelator religionis, & bñ cerimoniosus, qui nouitios instruat de his que professi facere tenentur, & doceat eos seruare ea q̃ sunt substantialia religionis, vt paupertem, castitatem, & obedientiam & ꝙ habitum religionis dum in publico apparẽt vbiq, deferãt. Similiter debet eos docere & ie iunijs certis temporibus seruandis, de abstinentia ab esu carnium, de lineis non vtẽdis ad carnem, de culcitris non tenendis, de dormiendo cum tunicella, cingulo & caligis, de silẽtio certis locis & temporibus seruãdo qualiter in oratorio se debẽt habere mature, iuxta altare reuerẽter, iuxta reliquias timorate, in mensa & in capitulo composité, in comestione religiosè, & ꝙ super escam se non effundãt, mundè comedant, ne abominationem alijs faciãt, & ꝙ nõ sint verbosi, sed linguam restringãt, oculos nõ circũuoluant, in dormitorio quiete se habeant, nec

ociose

ociose discurrãt, & vbicũq; fuerint non ociosa sed vtilia dicãt. Debet etiam eos docere đ alijs cerimonijs, videlicet de inclinationibus & prostrationibus faciendis, & de cantu, & de alijs ad religionem pertinentibus, vt simul mores discãt & sciẽtiam.

℄.b. 2. Frequenter pure, & discrete, doceat eos confiteri, sine .c. proprio viuere, propriam volũtatem deserere, pro sui voluntate Prælati, obedientiam .d. in omnibus volũtariam obseruare. Quomodo vbicunq; & in omnibus se habere debeant ipsos debet instruere & quod locũ vbi positi fuerint, vbiq; teneãt, Quomodo sibi danti aliquid, vel auferẽti, male, vel bene dicenti inclinare debeãt, quomodo se ad cameras cõueniãt, vt oculos sublimes non habeant. Quomodo, & quid orent, & q̃ silenter, vt aliis rugitum non faciant, Quomodo in capitulo, venia, vel vbicunq; reprehẽsi fuerit à Prælato sit facienda, & quod si quis fratrem suum aliquo modo scandalizauerit, tandiu ante pedes eius prostratus iaceat, quousq; placatus erigat eũ. ℄ 3. Instruẽdi sunt etiam Nouitii. vt cum nemine cõtendere præsumant, & in omnibus Magistro suo obediant, in processione socium sibi collateralem attendant, nec loquantur locis & tẽporibus interdictis, neminẽ penitus iudicent, sed si aliqua ab vllo fieri videãt (licet mala videantur) bona suspicentur, vel bona intentione facta (sæpe enim humanum falli tur iudicium) & quod nõ loquantur de absente, nisi quæ bona sunt, Disciplinas frequenter suscipiant, cum duabus manibus bibant, & sedendo, diligẽter libros, & vestes, & res alias Monasterii custodiant, & qđ, si quid petitum fuerit ab vno priore, non petatur ab alio, nisi causa exposita. Sed nec si à maiori petierint, vadant ad minorem.

.b. ℄ Doceat frequenter, pure, & discrete

& discrete cōfiteri.) Declaram⁹ q̄ fratres nostri nō possunt peccata sua alijs q̄ ꝑlatis suis confiteri, nisi forte de licentia sui prælati alteri fratri ordinis confiterentur. Et potest quilibet prior in suo conuentu cum habeat iurisdictionem quasi episcopalē quemcūq; fratrem nostri ordinis etiam sibi non subditum, à quocūq; peccato absoluere, & ab omni sententia iuris & iudicis generaliter & nō in particulari prolata (nisi excessus esset talis q̄ merito sedes Apostolica esset consulenda) & intelligit à sententia iudicis alterius ordinis q̄ nostri, & q̄ sit facta ꝑ modicis & non magnis excessibus. Potest etiam sacramenta eucharistiæ & estremæ vnctionis fratribus ad suum conuentum veniētibus ministrare, sicut declaratum fuit apud Perpinianum. M.ccc.xxvij. & apud Tholosā. M.ccc.xxviij. & apud Valentiā. M.ccc.xxxvij. Potest etiam omnia prædicta facere ꝑ mare magnum, nec potest quantum ad hoc eorum auctoritas per ꝓuincialem arctari, quia quod ꝑ superiorem conceditur, per inferiorem reuocari non potest. Et potest prior fratri suo subdito concedere vt confiteatur priori vel fratri alterius cōuentus, sed non alterius religionis, sicut fuit declaratum in prædicto capitulo Tholosæ. M.ccc.xxviij. Magister vero ordinis cum curam animarum omnium fratrū nostri ordinis plene et liber habeat, ipsosq; fratres auctoritate propria ligare & absoluere possit, vt patet per priuilegia, omnes fratres ordinis ab omnibus excessibus & censuris etiā Apostolice sedi reseruatis, pōt absoluere, nisi essent hæretici relapsi vel schismatici aut literas apostolicas falsificassent, vel ad infideles prohibita detulissent. Potest etiam ex causa legitima dare licentiam fratribus vt confiteātur sacerdoti seculari vel regulari alterius ordinis, quando non possent habere copiam cōfessoris nostri ordinis. Potest ēt ipse solus in votis perpetuis dispensare cum fratribus, vt totaliter remaneant absoluti. ¶ Frequenter.) Declaram⁹ q̄ tam nouitij q̄ alij fratres debent frequenter cōfiteri, & iuuenes quidem saltem semel ī septimana. Sacerdotes vero quando debēt celebrare. Et qui ī hmōi fuerint negligentes, debent per priores & suppriores acriter corrigi & pœnitētiari, sicut fuit ordinatū in cap. Bononiæ. 1252. & 1426. * & propter reuerētiam Sacramenti pœnitentiæ fratres, etiā sacerdotes, dum confitētur peccata sua debent flectere genua ante confessorem, sicut ordina

tum fuit in capitulo Auinioñ. 1561. ℂSine proprio .c. viuere.) Declaramus ꝙ tam nouitij ꝙ alij fratres debent sine ꝑprio viuere, sicut mandatur in regula, vbi dicit Nec dicatis aliquid proprium, sed sint vobis omnia communia. Proprium autem dicitur quicquid celatur prælato suo, vel tenetur contra volũtatem prælati sui. Et ideo religiosus qui aliquid recipit, multum vel parum, mobile vel immobile, sine scitu & consensu sui superioris, aut illud quod de licẽtia prælati recepit non est paratus ponere totum in manib⁹ ei⁹ ad placitum & requisitionẽ ipsius prælati aut aliquid abscondit vel celat ne à prælato videatur, aut accipiatur, est proprietarius, & peccat mortaliter. Et ꝓ hoc ĩ diuersis capitulis fuit sub ꝑceptis, censuris, & pœnis prohibitum omnib⁹ & singulis fratribus nostri ordinis, ne aliqua bona temporalia nisi ad vsum tantum, & de licẽtia suorum ꝑlatorum teneant, nec ea vendere, donare, pignorare, commutare, vel quouis modo alienare, nec pecunias aut alia bona apd̃ mercatores vel campsores, seu apud personam extra obedientiam nostri ordinis constitutam tenere seu mutuare, sine licẽtia ꝑsumant, nec vllo modo negociationes seu mercantias, aut artem alchimiæ exerceant, & ꝙ saltem semel in anno teneantur omnia bona eis ad vsum concessa ad pedes sui ꝑlati realiter ponere, vel saltem omnia integraliter & fideliter nihil occultando in scriptis redigere, & suis ꝑsidentibus tanꝗ seipsos omniũ rerum proprietate spoliantes ꝑsentare, vt patet ĩ capitulo apd̃ Papiam, M.cccc.xxiij. & in omnibus alijs sequentibus vsq; ad capitulum Romæ celebratum. M.ccccc.j. inclusiue. ✱ & Rom. 1508. & tandem propter concilium Trideñ. ĩ ca. Bonoñ. 1564. decretum fuit, & sub ꝑcepto in virtute Spiritus Sãcti, & sanctæ obedientiæ omnibus conuentuum præsidentibus, vt intra vnũ mensem priuatas omnium (nullo excepto) cellas visitarent. & siquid statui paupertatis nõ cõueniens inuenissent, auferrent, & communi vtilitati applicarent, Deinceps vero omnes singulis annis sua omnia, prælatis exponant. ℣Itẽ declaramus ꝙ religiosus de rebus sibi concessis per prælatum ita habet vsũ ꝙ non habet vsu fructum. Vnde vsus dicitur ius vtendi licet nõ fruendi rebus alienis salua rerũ substantia. Et ideo de re cuius quis hẽt vsum põt ꝑcise accipe suam necessitatem, sed vsufructus dicitur ius vtendi & fruendi rebus alienis. Ideo de re cu-

ius quis habet vsu fructum, nō solum potest suam necessitatē accipere, sed etiam residuum illius vsufructus donare secundū ꝙ sibi placet, quia eius rei dominus est. Religiosus igitur cum non possit eē proprietarius, nec dominium alicuius rei habere, de concessis sibi ad vsum nihil potest donare, nec etiam eleemosynam facere. nec etiam de eo quod acquirit per industriā vel sibi quacunq; ratione datur nec de bonis paternis quando sibi committerentur ad vsum, vel fieret procurator, quia omnia prædicta sunt Monasterij quātum ad dominium. Et ideo prælati tenentur laborare quantum eis possibile est, ꝙ fratres ī suo conuentu viuant in communi & non sint proprietarij, et subditi non debent in hoc prælatis resistere. Si vero resistentiam faciant non quia non possent sufficienter in communi viuere, sed quia volunt abundare & de rebus suis modo suo secundum libitum voluntatis disponere, videntur esse in malo statu, cum seculariter viuant, & velint in malo statu perseuerare. Prohibetur autem viuere religiosis seculariter, vt habetᷣ ī capitulo Relatum, extra de regularibus. Vt ergo religiosi sine damnabili proprietate viuāt debēt semper esse parati ad omnem requisitionem suorum prelatorum omnia quecunq; habent in communi ponere. Aliter non erunt in statu salutis, quia abdicatio proprietatis sicut & custodia castitatis ita sūt annexa regule monachali, vt cōtra eam nec summus Pontifex valeat indulgere. vnde sicut Papa non potest dispensare ꝙ aliquis remanens religiosus possit licite coire, ita nec potest dispēsare ꝙ aliquis manēs religiosus possit proprium habere. Quia & custodia castitatis & abdicatio proprietatis sunt essentialia religionis. .d. ¶ Obedientiam voluntariam.) Declaramus trāsgressionem obediētiæ esse mortale. vt habetur. j. reg. xv. Vbi dicitur Quasi scelus idolatriæ est nolle obedire. Sed non omnis transgressio ordinationis in regula vel in constitutione positæ vel à prælato factæ est propriè inobedientia Alias status religionis esset plenus laqueis, & periculosior statu seculari. Nec est aliqua religio in qua q̄s voueat omnia pūcta seu ordinata q̄ ponunᵗ in regula vel cōstitutioni bꝰ se seruaturū, sed aliq̄ ex ipsis plus & minus secundū formā ꝓfessionis in qua fit votū solēne. Quatuor āt modis quis agit cōtra votū obediētiæ, & ꝑ cōsequēs peccat mortaliter trāsgrediendo ordinationes regule

vel ꝑlatorũ. Primo ꝑ contẽptũ, quãtũcunq; illud quod ẽ ordinatũ à regula à cõstitutione vel ꝑlato de se sit paruũ, si ꝑ contẽptũ trãsgrediatur erit mortale. Quia vt dicit. Berneñ. Neglectꝰ vbiq; culpabilis, Cõtemptꝰ vbiq; dãnabilis est. Et dr̃ cõtemptꝰ qñ quis nulla existẽte cã hẽt firmã volũtatem trãsgrediendi ordinationẽ regulæ vel cõstitutionis vel ꝑlati, & intẽdit i illa trãsgressione ꝑseuerare, nec pœnitẽtiã taxatã vel taxandã pro hmõi transgressione facere. Secũdo agit quis cõtra votũ obedientiæ & ꝑ cõsequẽs mortaliter peccat qñ facit cõtra ꝓceptum sui ꝑlati sub quacũq; verborũ forma factum, de his q̃ ad regulam ꝑtinẽt vel cõstitutiones, dũmõ intẽdat ꝑlatus ꝓceptum sibi facere & illũ obligare, vt cũ dicit. Precipio tibi in virtute Spũssancti & S. obediæ, vel ꝓcipio sub pœna excõis, aut sub pœna carceris, aut pœna grauioris culpæ ne facias hoc vel illud. Tũc religiosus trãsgrediẽdo vel omittendo tale ꝓceptũ agit cõtra votũ obediæ, & peccat mortalr̃. Tertio mõ agit qs cõtra votum obediæ & ꝑ ɔñs peccat mortalr̃ qñ facit cõtra ꝓcepta cõtenta in regula vel in cõstitutionibꝰ vtputa qñ in regula vel in cõstitutionibus est aliquid ꝓceptorie mãdatum in virtute Spiritussancti, & sanctæ obedictiæ, vel sub pena excommunicationis, vel sub pœna carceris, vel sub pena grauioris culpæ, vel ꝑ similem locutionem, tũc religiosus huiusmodi precepta transgrediendo agit contra votum obedientiæ, & peccat mortaliter. Quarto modo religiosus agit contra votum obedientiæ quando transgreditur essentialia & substãtialia religionis ex quibus religio integratur sicut ẽ paupertas voluntaria, obseruatio castitatis, et forma & color habitus quẽ glibet religiosus tenetur patenter deferre quãdo in publicum ꝓcedit. Et ideo religiosus ꝓprietarius, aut incontinenter viuẽs aut habitum suæ religionis nõ deferens vel occultans cum in publicum procedit, agit contra votum obedientiæ & per consequens peccat mortaliter. Trãsgressio vero aliarum ordinationũ vel admonitionũ q̃ ponunt in regula vel in cõstitutionibꝰ vel q̃ fiũt à ꝑlato, siue statuta illa & ordinationes ponant ordinatiue siue simplr̃ negatiue nulla adhibita pœna taxata vel taxãda, nõ obligãt de se ad pct̃m mortale, sicut illa cõstitutio de missis i certo numero nõ admittẽdis, & de nõ hñdo nisi vnam campanã ad omnes horas, & q nullus vtatur cappa serica nisi hebdomadariꝰ, & q i parasceue

per totam diem abstineant à vino & ꝙ extra claustrum vbi habemus conuentum fratres non comedant nec bibant,& quantumcunq; sint infirmi extra domum carnes non comedant, & ꝙ nullus excepto magistro ordinis habeat specialem locum ad iacendum,& ꝙ fratres nō vtant lineis ad carnem nec etiam infirmi & ꝙ lintheamina non habeant in infirmarijs nostris, & ꝙ non habeamus ocreas nec cyrothecas, nec bottas extra monasterium portemus, & alia huiusmodi quæ quantùmcunque sint posita negatiue, nec vlla transgressoribus sit taxata pœna in cōstitutionibus,sic nec statutum de redditibus & possessionibus non habendis nō obligat ad peccatum mortale transgressores, sicut nec statutum de carnibus non comedēdis & de non equitando, & de pecunijs in via non portandis, & de beneficijs suis consanguineis non procurandis,& alia huiusmodi quæ cum sint pure constitutiones nec alias lege diuina vel humana prohibita, non obligant de se transgressores ad culpam sed ad pœnam tantum, nisi pp̄ p̄ceptum aut contēptum sicut supra dictum est,aut etiā ex negligentia sed tūc ad solum peccatum veniale obligarent.

¶ 4. Item confessiones nouitiorum ante professionē recipiantur,& diligenter de modo cōfessionis,& đ aliis instruantur. Item Nouitii ante professionem de debitis se expediāt .e. & omnia alia ad pedes Prioris ponāt vt se ex toto absoluāt. Similiter omnes fratres singulis Annis semel omnia sibi cōmissa .f. Priorib' suis exponant pariter & exhibeant, .g. eorum dispositioni relinquendo.

e. ¶ Et omnia alia ad pedes sui prælati ponant vt ex toto se absoluant.) Declaramus ꝙ nullus religiosus professus debet i particulari aliquid proprium possidere sed omnia i communi ponere vt dicitur in regula. Vnde Vrbanus Papa.xij.q.j. c. Simus sic dicit. Quicūq; vestrum vitā communem susceptam habet, & Vouit se nil proprium habere videat ne pollicitationē suā irritam faciat sed fideliter custodiat,ne damnationem sed p̄mium sibi acquirat,Et extra de statu monachorum in ca.Cum ad monasterium:dicitur. Prohibemus districte in virtute obedientiæ sub obtestatione diuini

iudicij

Iudicij, ne quis monachorum ꝓprium aliquo modo possideat. Et ī capitulo Monachi co.ti.dicitur. Precipimus vniuersis religiosis ne peculium seu propriū habeāt. Et dicit̄ proprium quasi à communitate separatū, & importat dominiū rei iustis modis acquisitum. Vnde prelatus non potest dispēsare cum religioso vt habeat proprium vt vcz aliquid habeat simpliciter in sui dominio & de eo facere possit quicquid velit propria auctoritate sine scitu & volūtate sui superioris. Quod si prælatus dispēsat cum religioso in proprio vt vcz aliquid habeat, & illud ad placitum distrahat dissipet, & disperdat vt sibi videt̄, etiam in damnum monasterij, non videt̄ posse excusari à graui peccato, cum exponat ouem suam morti, & ipse vsurpet sibi potestatem quam non habet. Si vero religiosus ea que sunt sibi ad vsum concessa sine scitu & consensu sui superioris vendit vel donat vt dn̄s rei, peccat mortaliter, nisi poneret spem in ratihabitione prælati. Et est aduertendum ꝙ cum duplex sit vsus rei .s. certus & incertus ꝙ circa certum vsum qui .s. non potest auferri, non potest prælatus cum subdito dispensare, quia voluntas religiosi semper debet esse subdita ꝑlato vt quicquid habet resignet quando prælatus voluerit. sed circa vsum incertū qui est in voluntate superioris vt auferatur subdito quando ei placuerit, potest prælatus ex cā rationabili dispensare. Causa āt rōnabilis est duplex. .s. vtilitas, & necessitas, vtilitas autem potest esse duplex. .s. priuata & cōmunis. Priuata vt cum conceditur religioso aliqs liber ad addiscendum, vel ad informandū animum suum in pertinentibus ad salutem. Communis vtilitas est vt cum conceditur alicui vsus libri qui potest studio suo alijs proficere legendo, consulendo vel prædicando. Similiter necessitas est duplex. .s. priuata vt cum in monasterio paupere in quo non possunt religiosi habere victum & vestitum de cōmuni, cōcedit̄ alicui vt aliquid habeat ad vsum necessitatis suæ, cum proposito tamē semper resignandi totum ad beneplacitū superioris. Necessitas communis ē vt cum alicui officiali puta procuratori, cellario, vestiario, & hmōi cōcedit̄ aliquid ad expendendum in vsus communes. Et quāmuis hmōi necessitates vel vtilitates sint sufficiēs causa dispensandi, cauendum tamē est ne ī hmōi faciliter dispensetur, tum ꝑꝑ sequelam mali exempli, tum ꝑꝑ speciem mali. Et ꝑꝑ prædicta in cap. apud

Mediolanum. 1270. sic dicit. Volumus & districte iniũgimus ꝙ quilibet Prior conuentualis singulis annis & specialiter in principio sui regiminis à quolibet fratre diligenter inquirat, quid habeat & qd debeat, quid et debeat sibi & in scriptis redigat, & cum postea scrutinium de rebus fratris fecerint si quid auctum vel diminutum fuerit inquirant, & faciant ꝙ fratres qui pecuniam ad aliquos vsus hñt expendant illam & longo tempore non reseruent. Et si frater illam non expenderit infra tempus sibi assignatum, pecuniam illam auferant & dent conuentui. Et in capitulo Pisis celebrato 1276. sic dicit. Ordinamus, & districtè iniũgimus ꝙ nullus frater pecuniã recipiat sine sui prælati licentia speciali, & si casu aliquo cõtingente sine licentia pecuniam recepit teneat habita opportũitate statim prælato suo representare. Quod si infra triduum facere neglexerit ex vi præsentis ordinationis ipa pecunia sit priuatus & ad cõuentum de quo fuerit deuoluatur, nec talis pecunia possit sibi restitui per Priorem vel quẽcũq; vicarium, Volẽtes ꝙ constitutionem de rebus fratrum singulis annis suis prioribus exponẽdis & de rõne reddenda de pecunia & de rebus alijs quæ per fratres dispensant teneant priores & vicarij diligenter obseruare & obseruari facere, & q hoc facere neglexerint grauius puniant. Item ordinamus & districtè iniungim⁹ ꝙ fratres pecuniam non teneant nec habeant in deposito nisi ad certos vsus de licentia suorum prælatorum deputatam, quam in alios vsus nõ liceat eis commutare, & quam etiam infra breue tempus sibi à suis prioribus vel eorum vicarijs assignandum in prædictos vsus expendere teneant, aliogn ex vi præsentis ordinationis ipsa pecunia in omnibus prædictis casibus sint priuati, & ad cõuentum suum sine spe recuparandi deuoluat, volentes ꝙ priores & vicarij prædicta exequi studeant diligenter, & si negligentes fuerint acrius puniant. Priores et & quicũq; vicarij ad prædictam ordinationem seruandam de pecunijs sibi datis similiter obligent. Quam ordinationem priores prouinciales circa priores & vicarios diligenter faciãt obseruari. Et prædicta ordinatio ẽt habet de verbo ad verbũ in capitulo apud Mediolanum 1278. Itẽ in capitulo apud Carcassonam, 1312. sic habet. Cum in quocũq; ordine proprietatis vitium sit execrabile ac summo studio vitandum, ordinamus ꝙ qcũq; frater pecuniam aliquã

vel quecūq; iocalia in auro vel argento seu lapidibus preciosis vel quascunq, alias res habent extra manus ordinis apud quācūq; personā depositata, teneāť infra vnum mensem à notitia præsentis ordinationis illa ad ordinem reducere. Quod si aliqui hoc facere neglexerint, ipsos ex nunc omnibus rebus pdictis priuamus, & cōuentibus ad quos dicti fratres pertinent applicamus. Sub eadem ēt pœna prohibemus ne aliquis in futurum quæcūq; talia vltra duas noctes nisi in communi fratrum deposito tenere præsumat sine suorum prælatorum speciali & expressa licentia. Fratres ēt ad requisitionem priorum prouincialium vel conuentualium iuxta tenorem nostrarum cōstitutionum teneanť de omnibus receptis & expensis & testamētorum executionibus & dispensationibus reddere rōnē. Quascunq; autem gratias seu exemptiones quibūscūq; à quocūq; super hoc datas, ordinatione pſenti penitus reuocamus Et hæc eadem ordinatio habeť in capitulo apud Lugdunū. 1318. cum ista additione. Et nihilominus volumus ꝙ fratres q de hoc conuicti fuerint tanquàm proprietarij punianť. quam pœnam volumus similiter incurrere omnes qui hmōi depositiones fecerint in futurū. Et idē habeť in ca. apud Tholosam. 1372. & apud Narbonā. 1394. & apud Papiam. 1423. Item in cap. Bononiæ. 1262. sic habeť. Ordinamus ꝙ nulli fratri deť licentia de conseruanda pro se pecunia nisi p libris seu scriptis, nec sic recepta & depositata i alios vsus possit expendi. Item in cap. apud Mōtem Pesulanum. 1265 diciť. Volum⁹ & ordinamus ꝙ fratres qui de licentia magistri vel prioris prouincialis pecuniam receperint teneāť Prioribus suis quantum & à quibus personis recepint quàmtocius exponere. Item in cap. apud Postes 1273. volumus, & mandamus ꝙ nullus frater habeat vestes ecclesiasticas vel ornamenta seu paramēta aliqua, nec cruces aureas vel argenteas vel cum lapidibus preciosis nec ānulos vel lapides preciosos aut aliqua iocalia. Qui autem habuerint teneanť infra tres menses de prædictis se expedire. Quod si nō fecerint eos prædictis rebus priuamus & suis conuentibus applicamus. Item in cap. apud Tholosam. 1258. volumus, & ordinamus ꝙ fratres non emāť sibi pannum pro vestibus, seď per manum vestiarij omnibus emať, siue denť vestes de cōmuni prouisione siue etiam de licētia prælati denť alicui denarij

spāliter pro vestibus. .f. ℭOia .sibi commissa prioribus suis ex ponant.) Declaramus ꝙ fratres qui habent administrationē bonorum conuentuum vt procuratores, librarij, vestiarij, et sacristę debent prædicta cum vtilitate & non cum detrimento conuentus administrare & res sibi commissas solerter, & diligēter à latronibus & corruptionibus cōseruare, et necessaria vnicuiq; secundum ꝙ facultas permittit discrete distribuere. & ministrare, & fideliter ad bonum cōmune omnia sibi commissa tractare, nec debent pro hmōi officijs salaria quærere cum oīa opera sua & ēt voluntates sint i manibus prælatorum, nec possunt prædicta vendere, donare, dissigare aut disperdere. Et si aliqs religiosus teneat ad superfluitatem aliquas res, vt pecuniā cappas & tunicas pompofas triplicatas & alia hmōi ꝺ scitu & cōsensu ac licentia sui prælati & sit semper paratus totum quod habet resignate in manibus eius (quod raro tamen contingit) quāmuis talis non possit dici proprietarius, est tamē peccatum tam in dispensante ꝙ̄ in dispensato. Et in dispensante est peccatum infidelitatis seu iniustitiæ quia abutit̄ potestate sibi tradita, quæ cū sit ei data in edificationem, ipse ea vtit̄ in destructionem. In recipiente aūt hmōi dispensationem est peccatum auaritiæ, cum teneat bona ad superfluitatem sine cā rōnabili. vnde in cap. Bononiæ 1252. sic dicit̄. Cum secundum constitutiones fratres non debeant esse dispensatores alienarū pecuniarum nec executores testamentorum, caueāt fratres ne hoc faciant sine licentia suorū superiorū, nec vllo modo hmōi executiones supra se recipiant, & de predictis rōnem suis prælatis reddant. ℣ Item in cap. apd̄ Budam. 1254. sic dicit̄. Volum⁹ & ordinamus ꝙ quicūq; frater siue prior siue alius pecuniam in aliquo casu dispensauerit siue illa pecunia sit ordinis siue extraneorum teneat̄ reddere rōnem. ℣ Itē in cap. Parisius; 1279 sic habet̄. Quia religiosis nō cōpetit pecuniam dare vel accipere mutuo sine licentia spāli, volumus & districte iniungimus ꝙ nullus frater mutuet vel mutuo accipiat pecuniam sine sui prioris licentia spāli. Priores autem seu eorum Vicarij non sint faciles ad hmōi licentias concedendas, nisi prius petētes hmōi licentias significent & declarēt eis quomodo habere poterunt vnde soluant. ℣ Item in cap. apud Palentiam. 1391. sic dicit̄. Volumus & ordinamus ꝙ Priores vel eorum Vicarij seu socij

Priorū

Priorum ad capitulum generale seu prouinciale. quàmuis tàm quàm procuratores negocia suorum conuentuum gerere videantur. non tamen possint nec liceat eis facere donatiões vel alienationes notabiles de rebus cõuentus in ordine siue extra ordinẽ sine cõsẽsu maioris partis conuentus. Et in cap. Insulis 1293. sic dicitur. Inhibemus districte ne aliquis contrahat debitum sine licentia prioris sui. Et qui secus fecerit teneatur ieiunare quolibet die in pane & aqua quotidie, quousq; satisfecerit creditori. Nec aliquis præsumat procurare quod alius frater sibi post mortem in libris vel alijs rebus succedat, nec tales gratiæ à prælatis ordinis vllo mõ fratribus cõcedantur. .g. Eorum dispositioni ✠. Declaramus, quod sicut in cõcilio Trid. decretum est. Nemini regularium tam virorum quàm mulierum liceat bona ĩmobilia vel mobilia cuiuscunque qualitatis fuerint, ẽt quouis modo ab eis acquisita tanquàm propria, aut ẽt noĩe cõuentus possidere, vel tenere, sed statim ea superiori tradantur conuentuiq; incorporentur. Nec deinceps liceat superioribus, bona stabilia alicui regulari cõcedere, ẽt ad vsũ fructuũ vel vsũ, administrationem aut cõmendam, Administratio aũt bonorũ monasteriorum seu conuentuum ad solos officiales eorũdem ad nutum superiorum amouibiles, ptineat. Mobiliũ vero vsum, ita superiores permittãt, vt eorũ supellex statui pauptatis, quã professi sunt conueniat, nihilq; superflui ĩ ea sit, nihil ẽt quod sit necessarium, eis denegetur, Quòd si quis aliter quicquàm tenere deprehensus, aut cõuictus fuerit, is biennio actiua & passiua voce priuatus sit, atq; etiam, iuxta suæ regulæ & ordinis cõstitutiones puniatur. Vnde Bonon. 1564. statutum fuit, ne quod ĩ fratribus nostris vestigium ppietatis supersit, omnibus nostri ordinis pfessoribus denũciamus quod oĩa bona ĩmobilia, & quicunq; annui redditus vel prouentus vndecũq; aduenire soleant, communi nostri ordinis vtilitati incorporata & applicata sunt, sicut ẽt nos præsenti decreto applicamus et incorporamus, & illis cõuentibus nostri ordinis applicata censeantur quibus secundum iura & nostras constitutiones potissimum debentur. Quòd si ĩ hac causa dubium acciderit, cui conuentui applicari debeant Reuerendissimus Generalis vel superior Prælatus illius Prouinciæ aut congregationis, quid in hac parte faciẽdum sit, de maturo discretorum cõsilio quàmcitius decernat, Adhæc

omnes licentias generales susci piendi aut expẽdendi pecunias siue quæcũq; alia absq; proprij prioris consensu requisito, vel retinendi aut conseruãdi pecu nias extra cõmune depositũ ẽt si à Reuerendissimo Gñali sint obtentæ exnunc,abrogatas esse volumus & declaramus, Neq; de cætero eiusmodi licentiæ ge nerales,absq; rõnabili cã alicui concedant,Officialibus cõuen tuum, qui communia procurãt exceptis. Qui vero à suis cõuen tibus absunt, quàmprimum ad eos fuerint reuersi,proprijs præ latis dati & accepti rõnẽ redde re teneant, Qđ i cap.Ro.1508 alias. declaratum fuit, omnes fratres nostri ordinis & monia les,nisi habeant animum i veri tate paratum ad ponẽdum oĩa quæ habent,ad pedes sui prela ti,esse i statu damnationis æter næ; & similiter omnes qui mu tuant aut quouismodo domini um pecuniarum aut rerum pro sua voluntate tanq̃domini illa rum rerum transferunt absq; li- centia,esse in statu damnationis æternæ,& nihilominus contra facientes deinceps priuãdos fo re per prælatos rebus ipsis aut pecunijs,conuentibus proprijs iuxta cõstitutiones applicãdis, & i eodem cap. ordinatum est. q̃ in conuẽtibus vitæ regularis, vbi prouidet i communi de ne cessarijs,tam sanis q̃ ifirmis nul lus præter Inquisitores, ẽt si sit Prior conuentualis teneat pecu nias nisi in communi deposito, & de licentia Superioris.

¶.h. 5. Quicunq; vero fra ter pecuniam,vel alia quę- cunq; receperit, vel habue rit,vel expẽderit,vel dispen sauerit, vel dispensari fece- rit, .i. reddat singulis annis suis maioribus rationem,se mel vel pluries,si fuerit req situs,videlicet Magister or- dinis Diffinitorib' Capituli generalis, Prior puincialis Diffinitoribus capituli pro- uincialis, Prior conuentua lis,Priori prouinciali,vel vi sitatori,cæteri fratres Priori conuentuali. ¶ 6 Nullus fratrum,etiam Prior,recipi at depositum cuiuscũq;,ni- si in communi deposito cõ uentus. Contrarium autẽ faciens incurrat pœnã gra- uioris culpæ .K. Item No uitii infra tẽpus probatio- nis in psalmodia, & officio diuino studeant diligenter. Item infra Annum ad lon-

ginquas

ginquas partes (nisi ob causam necessariam) Nouitii nō mittātur, nec in aliquo officio occupentur, nec vestes eorum ante professionem alienentur, nec ipsi ante professionem ordinent.

¶ 7. Item Nouitii non inter sint capitulo, nec in dormitorio cum aliis fratribus iaceant, vbi hoc commode poterit obseruari. Sed Magister eorum extra capitulū, culpas eorum audiat, & ipsos diligenter (quantū potest) in moribus instruat, & charitatiuè corripiat.

h. ¶ Quicunque frater pecuniā vel alia quæcūq; receperit vel habuerit) Declaramus ꝙ hēre aliquid proprium in particulari repugnat religiōi sicut supra dictum est. habere autem aliqd in communi non minuit perfectionem religionis sicut probatˀ xij.q.j.c. Illi autem. Vbi Prosper sic dicit. Satis ostenditˀ & propria debere propter perfectiōnem contemni, & sine impedimento perfectionis posse bona communia possidere. In religione autem illa quæ est ordinata ad tradendum alijs contempla ta per doctrinam & prædicatio nem congruit permaxime illa paupertas quæ habet aliquid i communi moderate tamen ꝙ possit sufficere ad victum & vestitum pro aliquo tempore non prolixo. Et hoc nec perfectioni religionis nec pfectioni paupertatis derogat, cum nec curā & solicitudinē magnam exigāt quæ vsu cōsumuntˀ vt granum, vinum denarij & hmōi & hæc est paupertas fratrum prædicatorum, secundum cōstitutiones eorum quæ fuit seruata à Christo et à discipulis, & à primis Christianis in ecclesia qui religiose viuebāt vt habetˀ xij.q.j.c. Exemplū dñi et c. Dilectissimis. Et pp hoc debent prelati pprietatem à fratribus auferre, & de communitate eis prouidere. Vñ in cap. apd Tholosam. 1304. sic dicitˀ. Districte iniungimus prioribus & eorum vicarijs, vt cuilibet fratri indigenti saltē de vna veste quolibet anno studeāt ꝓuidere. Quod si non fecerint ꝑ prouinciales in pœnā à suis offitijs absoluantˀ. & visitatores anni illius quos inuenerint in hoc delinquentes studeant prouinciali capitulo denūciare. Et idē ponitˀ in ca. Ianue, 1305. Vbi adsitˀ ꝙ cuilibet studēti misso extra prouinciam ad studium Generale dentˀ duo floreni singulis annis pro vestibus. Et mādatˀ prioribus & eorum vicarijs ꝙ

prouideant infirmis de seruitoribus & de medicinis et alijs necessarijs secũdum suarum infirmitatum exigentiam. Et qui inuenti fuerint in hoc negligẽtes absoluanẽ in pœnam à suis officijs, & pro illo anno sint ineligibiles. .i. ¶ Reddant singulis annis rõnem.) Declaramus ꝙ inquisitores hæretice prauitatis singulis ãnis de omnibus receptis & expẽsis suis prioribus prouincialibus veras & certas sub iureiurando tenenẽ reddere rõnes vt habetur in cap. Insulis. 1293. Item i cap. apud Florentiam. 1321. sic dicitur Declaramus ꝙ inquisitores hæreticæ prauitatis de personalibus priori suo conuentuali rõnem reddere teneantur, de pertinẽtibus vero ad eorum officium priori prouinciali. Prior vero prouincialis teneatur reddere rõnem suis diffinitoribus nõ solum de pertinentibus ad officium sed et ad personam. Item in cap. apud Pragam. 1354. Declaram⁹ ꝙ secundum priuilegia ordini nostro concessa inquisitores hæreticæ prauitatis sint suis præsidentibus simpliciter subiecti, & ꝙ præfati inquisitores de personalibus priori suo conuentuali, de pertinentibus autẽ ad inquisitionis officium, Priori prouinciali rõnem reddere teneantur. .k. ¶ Nouitij infra tempus suæ probationis ad longinquas partes non mittantur.) Declaram⁹ ꝙ tempus probationis est vnus annus integer qui non põt inchoare ante completum quartumdecimum & infra istud tp̃s probationis datum per prælatũ recipientem ad habitum libera est religio ad emittendum & ipse liber est ad exeundum de ordine nostro. Completo autem anno probationis si nulla facta sit protestatio, nec ip̃e exire nec religio põt eum expellere. Et in struẽdi sunt nouitij in cantu, & in diuino officio nec sunt recipiendi ad professionem nisi prius didicerint dininum officiũ sicut ordinatum fuit in ca. apud Carcassonam. 1312. Item declaramus ꝙ priores ꝓinciales debent studium & curam adhibere ꝙ nouitij mittantur ad cõuentus in quibus i moribus deuotione & religione possint cõmodius instrui & melius informari sicut ordinatum fuit in capitulo Bononiæ. 1262.

* .l. Declaram⁹ residuum huius capitis. Sub Reuerẽdissimo Magistro Thoma Caiet. Genue 1513. fuisse inchoatum & Neapoli 1515. probatum, & Romæ 1518. sub Reuerendissimo Magistro Garsia fuisse confirmatũ, & in constitutiones relatum.

¶ .l. Mandamus vniuersis

fratribus

fratribus, quatenus nouiti
os volentes redire ad secu-
lum libere permittant ire,
Redditis sibi omnibus,.m.
quę secum detulerant, nec
sint eis molesti ꝓpter hoc,
exéplo illius, q discipulis ali
qbus recedẽtibus aliis rema
nẽtibus dixit. Nũqd & vos
vultis abire? ¶ 8. Itẽ nullus
recipiatur ad professioné,
vt clericus nisi sciat plene,
& expedite dicere et legere
diuinum officium noctur-
num pariter & diurnum so
lus, & sciat (vel sit habilis in
proxima dispositione vt sci
at) grammaticam. Et per
duos menses, ante finé pro-
bationis examinatores te-
neãtur examinare eum de
his, & referre Priori & capi
tulo. Et si inuentus fuerit
multum deficiens in prædi-
ctis, vocetur in capitulo no
uitius, & ibidem ei assigneť
certum tépus prolixius ꝓ-
batióis, vel declaretur ei ꝙ
nunquàm veniet probatio
nis terminus, nisi postquã i-
terũ í cap. vocato, & ꝑ suf-
ficiẽte approbato, octo ad-
huc dies, ad min⁹, relinqnť.

Redditis sibi omnibus.
✠.m. Declaramus in Concilio Trideñ. Sess. 25. titulo de regularibus. c. 16. decretum esse, non solum ꝙ omnia quæ sua erant ab euntibus ante professionem restituantur, sed ꝙ nulla quoq; renũciatio aut obligatio antea facta, ẽt cum iuramento vel ĩ fauorem cuiuscũq; piæ causæ valeat, nisi cum licentia Episcopi siue eius vicarij fiat intra duos mẽses proximos ante professionem, ac non alias intelligatur effectum suum sortiri, nisi secuta professione, aliter vero facta ẽt si cum huius fauoris expressa renunciatione, ẽt iurata, sit irrita, & nullius effectus, & ppea ĩ cap. Bonoñ. 1564. statutum fuit vt in recipiendorum, siue nouitiorum donationibus siue renũciationibus omnia ista solicite seruarẽtur, & ad quoscũq; eiusmodi contractus faciẽdos ordinarij primum licentia requiratur, & solum intra duos menses ante professionem fiant, & ante professionem nullum ius acquisitum intelligatur prætextu, cuiusuis donationis aut renunciationis, Cum præcepto sub pœna anathematis, ne quippiam, ẽt sponté oblatum, à parentibus vel curatoribus nouitiorum ꝑ
ter

ter eorum victum & vestitum fratres nostri recipiant, Quòd si ætatis pueltæ nouitij ad monasterium aliqua detulerint, præcipimus nostrorum conuentuũ prælatis vt ea omnia ĩ communi deposito seruanda reponant, & in libro ad hoc deputato cõscribi faciãt, addita subscriptione ipsius nouitij & aliorũ duorum fratrum, neq; ẽt de eius licentia ante professionem expendi possint aut alienari.

¶ 9. Vltra hoc autem (ne pueruli recepti ad habitũ ĩueniãt, se potius natos sub iugo religionis, quam illud elegisse, euitenturq; inconueniẽtia multa) statuimus, vt ei cui ante quintumdecimum annum religionis habitus datus est, nunquã elabatur Annus probationis (quantocunq; decurrente temporis spacio) nisi vocatus .n. Post Annum sextũdecimum expletum à Prælato in capitulo coram Cõuẽtu, terminum, ad minus, trium mẽsium acceperit ad deliberandum an profiteri velit, ita q̃ Annus probationis cum taxato illo termino terminetur, ac per hoc extunc incurratur professio tacita. ¶. 10. Et vt hoc inuiolabiliter obseruetur, pręsenti statuto cuilibet ante quintumdecimum annum (pro tempore) recepto ad habitum, assignamus annum probationis modo dicto. Mandamus autẽ sub pœna absolutionis ab officio, & grauioris culpæ Prælato, vt quãdo vocatus fuerit Nouitius ad terminum professionis suscipiendum expressè protestetur eidem quod professio sua eũdem obligabit ad tria vota, paupertatis scilicet castitatis, & obedientiæ, secundum Regulam beati Augustini, & Institutiones fratrum ordinis Prædicatorum, & nõ secũdum quod hodie hic vel ibi seruatur, & quod statim elapso termino sibi taxato (nisi contradictum ab ipso, vel à religione fuerit) incurret professionem, etiam si aliter non profiteatur.

¶ 11. Nouitios quoq; re-

cedentes sine licentia cum habitu à Conuentu, nisi infra octo dies ad eundem redierint, pro refutatis ab ordine habemus, Et si ad aliũ Conuentum declinauerint & fuerint in illo acceptati ꝓ nouitiis, volumus annum probationis inchoari ab illo die quo in ipso altero cõuentu fuerint acceptati. Quod si nullibi acceptati ꝑ Nouitiis fuerint post exitũ sine licentia, pro refutatis, & non Nouitiis tales haberi volumus, quanto tempore sic permanserint.

.n. ☙ ℂ Post annũ sextũdecimũ Declaramus in cõcilio Tridẽt. Sess. 25. tit. de Regularibus c. 15 sic haberi. In quacunq; Religione tam virorum q̃ mulierũ professio non fiat ante decimumsextum annum expletũ, Nec qui minore tempore, q̃ per annum post susceptum habitum in probatione steterit ad professionẽ admittatur. Professio autem antea facta, sit nulla, nullãq; inducat obligationẽ, ad alicuius Regulæ, vel religionis, vel ordinis obseruationẽ aut ad alios quoscũq; effectus. Vñ Bonoñ. 1564. Denunciatum fuit fratribus professionem ante sextumdecimũ annum expletum deinceps fieri non posse, & si secus fiat irritam esse, & Mãdatum Conuentuum Præsidentibus, vt quoad fieri possit ad habitum non recipiant pueros ante quintumdecimum annum. & cuicunq; nouitio cum ad habitũ recipitur, coram omnibus explicetur, professionem ad prædictum tẽpus esse faciendam. Quòd si pueri ante quartumdecimum annum fuerint aliquãdo recepti, adhuc nostra cõstitutio obseruetur, vt vltra sextumdecimum annum, tres alij menses superaddantur, ĩ quibus de assumendo religionis statu commodius deliberare queant.

De Professione XV. Capitulum.

Modus, a. faciẽdi professionem talis est .b. Ego frater. N. facio professionem .c. & promitto obedientiam Deo, d. & beatæ Mariæ, & beato .e. Dominico, & .f. tibi. N. Magistro ordinis fratrum Prædicatorum, & successoribus tuis, .g. secũdum Regulam beati Augustini, .h. & institutiones fratrum, .i. Prædica-

torũ

torum, .K. quod ero obediẽs tibi, tuisq; successoribus vsque ad mortem. Quum autem fit alii Priori cuicunq;, sic facienda est. Ego. N. facio professionem, & promitto obediẽtiam Deo, & beatæ Mariæ, & beato Dominico, & tibi. N. Priori (talis loci) vice. N. Magistri ordinis fratrum Prædicatorum, & successorum eius secũdum Regulam beati Augustini, & Institutiones fratrũ Prædicatorum, quòd ero obediens tibi tuisq; successoribus vsq; ad mortem.

MOdus .a. faciendi professionem) Declaramus quod professio est solemne votum quod facit aliquem esse religiosum & ponit eum in statu perfectionis. Ad quem adipiscendum requirit quædam obligatio absolute facta ad modum homagij sicut & in ceteris quæ inter homines obtinent perpetuam firmitatẽ quædam solemnitas adhibet. Et dr̃ proprie aliquis esse in statu perfectionis, nõ ex hoc quod habet actum dilectionis perfectæ, sed ex hoc quod obligat se perpetuo cum aliqua solemnitate, ad ea quæ sunt perfectionis. Et isto modo sunt ĩ statu perfectionis episcopi & religiosi, quia ad ea que pertinent ad perfectionem sunt obligati perpetuo, & cum solemnitate consecrationis, & professionis. Assumunt autem homines statũ perfectionis non quasi profitentes se esse perfectos. sed quasi profitẽtes se ad perfectionem tendere. Vnde religiosi nõ committunt mendacium vel simulationem, si statum perfectionis per professionem assumẽtes non sint perfecti. Mentirentur autem si ab intentione perfectionis animum reuocarent. Quàm diu.n. manet ĩtentio tendendi ad perfectionem, potest vere dici esse in statu perfectionis, quàmuis non sit perfectus. Talis aũt professio quæ facit aliquem cẽ religiosum subditur ordinationi ecclesiæ, propter solemnitatem quam habet annexam. Et quia ecclesia respicit quod ĩn pluribus est, ad illam faciẽdam statuit tempus pubertatis. Et ideo professio ante tempus pubertatis facta, quantumcũq; aliqs habeat plenum vsum rõnis vel sit doli capax, non habet suum effectum, vt faciat profitentem esse religiosum, siue in statu perfectionis. Hoc statutum habetur xxj.q.j.c.j. vbi dicitur. Firma tunc erit professio virginitatis, ex quo adulta iam etas esse ceperit. Vbi dicit glosa. Non ĩtelligas

ligas cũ īceperit attingere quartumdecimum ānum masculus, vel fœmina duodecimum, sed cum iam est in fine, quartidecimi masculus, vel in fine duodecimi fœmina vt dicit sanct⁹ Thomas secũda secũdæ. q. clxxxviij ar. 7. Et hanc sententiam firmat glosa super Clem̃. eos. de regularibus. Vbi dicitur, ꝙ requiritur etas cõsumata. s. quatuordecim annorum in viro, & duodecim in muliere, nec sufficit ꝙ prudẽtia vel malitia suppleat etatem. Sed in religionibus, mendicantium non potest aliqs recipi ad professionem expressam, añ. xv. annum completum q est annus probationis. Nec oportet ꝙ addatur vna dies, qa hoc nusquã legitur. Siquis autem aliquem receperit infra annum ꝓbationis ad ꝓfessionem, peccat mortaliter, & suspensus est à receptione cuiuscunq; alterius, & debet puniri pœna grauioris culpæ. Ille vero q sic receptus est per illam professionem, nõ obligat illi religioni in specie, sed religioni in genere, ita ꝙ ad sæculum redire nõ potest, sed bene ad aliam religionem trãsire sicut habetur in cap. Nõ solum de regularibus lib. vj. Vnde ĩ capitulo apud Montempesulanũ 265. prohibetur ꝙ nullus recipiatur ad ordinem infra. xv. annum completum. Et in capituló apud Carcassonam 1312. addit ꝙ si forte aliq decetero aliquẽ infra ætatem à cõstitutionibus & à iure taxatam recepint, aut tali receptioni consenserint, cũ effectu, sint ipso facto voce priuati in receptione nouitiorum, quousq; per magistrum ordinis vel priorem suum prouincialẽ, vel diffinitorem capituli ꝓuincialis fuerint restituti. b ¶ Ego .N. facio professionem.) Declaramus ꝙ, quando aliqs profitetur, nomen profitentis & eius cui profitetur, & dies, mensis, & annus, debent in aliquo quaterno scribi, sicut ordinatum fuit in cap. Parisius. 1246. ¶ Item declaramus ꝙ nouitij recepti ĩ aliquo conuentu, non debent in alienis conuentibus ad professionem recipi, nisi de voluntate illorum conuẽtuum pro qbus ad ordinem sunt recepti, sicut ordinatum fuit in capitulo apud Marsiliam. 1300. ¶ Item in cap. apud Lugdunum. 1358. sic dicitur. Declaramus ꝙ nouitij ad illos conuentus pertinent in qb⁹ & pro qbus sunt recepti. Si tamen mitterentur ad aliquẽ alium conuentum, posset de licentia superioris pro illo conuentu profiteri, accedente consensu prioris & maioris partis vocalium illius cõuentus. Nec priores prouinciales possunt aliquẽ fratrem professum determinare

pertinete ad alium conuentum q ad illum pro quo est ad pfes sionem receptus, nisi p simplicem assignationē in ordine nostro consuetam. ¶ Item declaramus q duplex est professio vcz expressa quæ fit verbis ad modum homagij cum quadam solemnitate, de qua supius dictū est. Alia vero est professio tacita quæ fit in ordine nostro, quādo qs post annum quartūdecimū cōpletū portauerit habitū nouitiorū pvnū annū integrū & cōtinuum. Et hoc idem in quacūq; religione vbi non est distin ctus habitus nouitiorum ab habitu professorum distinctione patenti, puta in scissura vel colore, q̄uis esset distinctus distinctione occulta. Et talis professio tacita obligat profitentem illi religioni in specie, & determinate cuius habitum per annum continuum nulla facta protestatiōe portauit. sicut habetur in Clem̄ eos. de regularibus. .c. ¶ Et p mitto obedientiam.) Declaramus q inter tria vota principalius & essentialius religioni est obedientia, tum qa per eam maius bonum deo offertur quām per alia. Offertur. n. per obedientiam deo propria volūtas, & bona animæ, quæ præferuntur bonis corporalibus & exterioribus, quæ per alia vota deo offeruntur, tum secundo qa votum obedientiæ continet in se alia vota, & non ecōuerso. Qui. n. p mittit obedientiam, promittit castē & sine proprio viuere, tū tertio, qa votum obedientiæ p priē se extēdit ad actus pprios propinquos fini religionis, q ē perfectio charitatis & dilectionis dei. Quanto autem aliqd ē propinqus fini, tanto melius est & propter hoc i professione nostra exprimimus solum votum obedientiæ, sub quo cōtinetur obseruatio castitatis & voluntariæ paupertatis, & præceptorū quæ i regula & constōnibus cōtinētur, vel quæ ā prælato fiūt, & promissio deferendi habitū patentem dum in publicum p ceditur. ¶ Item declaramus, q professio expressa per quam aliqs perfectē & propriē religiosus efficitur, in diuersis religionibus, diuersis modis exprimitur. Et secūdum hoc arctius vel leuius profitentes obligantur. Nam in aliqua religione pmittit pro fitens in sua professione se seruare regulam, vt in ordine minorum. In alia vero religione cautius pfitetur, qa pmittit profitens viuere secūdum regulam quod intelligitur secūdum sanctum Thomam, Scda Scdæ. q. clxxxvj. art. ix. ad primum, & quolibet. j. q. ix. art. 4. q intēdat profitens ad hoc q mores suos informet secundum regulam, si

cut

...rit secundum quoddam exem plar, & hoc tollitur per contem ptum. In alia autem religione adhuc cautius qs profitetur qa promittit profitens obedire se cundum regulam, ita ꝙ profes sioni non cõtrariatur nisi id qđ est contra preceptum regulæ. In alijs autem quæ non habent præceptum annexum, transgres sio vel omissio obligat solũ ad veniale. In religione tamen præ dicatorum, talium transgressio vel omissio ex suo genere non obligat ad aliquam culpã; sed ad pœnam, qa per hunc modũ ad talia obseruanda obligãtur ex sua professione, q tamen pos sent peccare venialiter si ex ne gligentia, vel etiã mortaliter si ex contemptu vel ex libidine, il la transgrederentur. ¶ Item de claramus, ꝙ professio expressa cum mala intentione vel cũ ex pressione alicuius illiciti facta aliquando tenet, & aliquando non. Si.n. profitendo qs intẽdit esse religiosus, sed cũ hoc inten dit castitatem, pauptatem, obe dientiam non seruare, immo itẽ dit fornicari, vel furari; vel re bellare, vel ideo profitetur & i tendit esse religiosus, vt illa pos sit facere, vel vt possit fieri eps vel aliquod malum agere, talis professio tenet, qa ex quo itẽdit esse religiosus, itendit se obliga re ad vota, licet intendat nõ sol uere, quod promittit, tamen con sentit promittendo. Solum au tem obligatio ad vota non iple tio votorum est de essentia reli gionis. Si vero non solum non intendit caste & sine proprio & sub obediẽtia viuere, sed nec ẽt intendit se ad prædicta obliga re, tunc non esset professus, qa hæc intentio repugnat essentiæ religionis. Similiter si profiten do exprimat aliqđ religioni re pugnans, puta, si dicat, Non in tendo seruare castitatem ꝓmis sam, quantũcũq; illam promit tam, non tenet professio. Hæc enim expressa nocent non ex pressa non nocent. Sicut.n. i ma trimonio carnali ecclesia iudi cat secundum actus exteriores, & non secundum actus interio res q sibi nõ possunt innotesci. Et ob hoc quantuncũq; non in tendat qs contrahere matrimo nium si tamen exprimat verba matrimonij quæ indicant con sensum iudicabit ecclesia illud esse matrimonium, & coget cũ illa habitare. ita & in professio ne quantũcũq; qs non intendat se obligare votis religionis, ex quo sponte profitetur & non ꝓ testatur aliquod in contrarium, ecclesia coget illum seruare ꝓ fessionẽ, qa præsumitur solem niter vouisse. Vnde sicut excom municat eum qui est tacite pro fess⁹, ad hoc vt remaneat i clau stro,

stro, Ita & hunc excommunicabit vt seruet quod per professionem promisit. Si vero in ipsa professione exprimeret aliqd cōtrarium, vtputa ꝙ non intendit se obligare ad castitatem & ad alia vota, vel ꝙ non intendit seruare castitatem quam promittit tunc professio nō teneret, & ecclesia talem professionem non valere iudicaret. Si vero in ipsa professione exprimatur cōditio contra particularem austeritatē, vt ꝙ liceat ei comedere carnes, vel vti lineis si scit hæc contineri in regula vel constitutionibus quas profitetur, tenetur illa seruare, secus si nescit illa contineri in eis. Similiter si qs profitetur in monasterio viuente splendide, & non secundum regularem vitam, si erat peritus & sciebat quando professus est quæ i illa religiōe fiēda seu obseruanda erant, intelligitur per professionem se obligasse non ad id quod fit sed ad id ꝙ fieri debet. Idem dicendum est si talis q sic ꝓfessus est erat simplex sed exposite sibi fuerunt austeritates regulæ & conditiones ordinis. ⁋ Item ēt si cum esset simplex & non fuit sibi explanata regula & id ad quod tenebaꝛ, & ipse i professione vel ante ꝓfessionem nō expressit sic velle viuere, vt tunc viuebatur & nō austerius sed fecit professionē absolute nihil aliud exprimendo. In omnibus autem his casibus debet ille q profiteꝛ remanere in illa religione, & regulariter viuere, nec pōt si simplex fuit ēt si dolo & cum mēdacijs inductus fuit ad talem religionem, allegare dolum, cum eius conditio melior sit facta, sicut habetur in capitulo. Cum dilectus, extra. Qđ metus causa. Et cap. ex parte, de conuersi. cōiu. Si autem expressit se velle viuere illo modo splendido & non in maiori austeritate, tunc postquàm professus fuerit non poterit ad sæculum redire, sed trāsire poterit ad alium ordinem secūdum regulam laxiorē quē sustinere possit. d. ⁋ Deo & Beatæ Mariæ) Declaramus ꝙ solus ordo ꝑdicatorum inter omnes, alios profitetur Beatæ virgini Mariæ, qa multotiens ac multipliciter compertum est ꝙ ipsa specialiter ordinem nostrum ꝓtegit & defendit. Ipsa. n. iimpetrauit à filio suo irato cōtra mūdum vt ordinem nostrum institueret, qui homines à peccatis & ab erroribus suis reuocaret, & ad dei cognitionē & dilectionem reduceret. Ipsa ēt quasi ordinis nostri felix vestiaria beatum Reginaldum corporaliter visitans ad ingressū ordinis monuit & induxit, & habitum quē nunc deferim⁹ induendū ōndit dicens.

dicens. En iste est habitus ordinis tui. Ipsumq; habitum Reginaldus à beato Dominico primus tam feliciter quàm perseueranter accepit, & ex tunc tã beatus Dominicus quàm cęteri fratres illo habitu à Beata Virgine celitus ostenso, vcz tunica et scapulari albo et cappa nigra vsi sunt. Est.n. regina cæli beata virgo ordinis nostri singularis aduocata & pijssima parens & patrona, semper ꝑ nobis exoratrix apud deum, quæ ipsum pluries à diuersis tribulationibus & angustijs protexit & liberauit, sicut patet in libro de vitis fratrum. .c. ¶ Et beato Dominico.) Declaramus quòd ideo profitemur beato Dominico qa ipse fuit primus dux & magister, institutor & fundator ordinis prædicatorum, quẽ beata virgo tãquàm fidelem & ducem strenuum ad impugnãdum errores & vitia filio suo præsentauit, quem apostoli Petrus & Paulus ad prædicationis officium à dño deo esse prædestinatum signis iocundissimis ostenderunt, Quia dum ipse ĩ ecclesia sancti Petri Romæ oraret, apparuerunt ei prædicti apostoli. Et Paulus dedit sibi librum. Petrus vero baculum quasi geminas claues, sciæ vcz, & potẽtiæ suas, ipsi à dño principaliter acceperant, addentes. Vade & ꝑdica, qa à domino ad istud offi ciũ electus es. Quem etiam gloriosi confessores Augu. & Benedictus regularibus disciplinis ĩstruxerunt, & ad prędicatiõis officium idoneum reddiderunt. Sicut.n. fuit canonicus professione, sic fuit & monachus conuersatione & austeritate. in ieiunijs abstinentijs, in vestitu, in disciplina silẽtij, & ĩ ceteris obseruãtijs contentis ĩ regula beati Benedicti, quas fere omnes & alias ẽt spãles obseruauit, & filijs suis cum regula beati Augustini ĩ suis constõnibus obseruandas tradidit. Superaddidit autem postea, quòd nõ haberemus possessiones, quòd non equitaremus, quòd pedites discurrentes aurum & argentum non portaremus, nec carnes comederemus. Fuit ergo vir iste sanctus Canonicus voto professionis. Monachus austeritate cõuersationis. Apostolicus officio prædicationis, quem Innocentius III. diuina reuelatione edoctus quòd ipse & fratres sui illuminare debebant & defensare ecclesiã ĩ sancto proposito de ordine ad prædicationis offiñ ĩstituendo confirmauit, eiq; locum .S. Sixti tradidit, & piam eius intentionem de zelo salutis aĩarum laudauit commendauit, & approbauit. Quem ẽt Honorius III. Innocentij successor benigne & gratiose

suscepit,& ordinem suum liberaliter confirmauit, & facultatem ac libertatem prædicandi, & cõfessiones audiẽdi sub bulla & filo serico sibi & sequacibus suis auctãte apostolica ddit & concessit, & oẽs passus quos ĩ discurrendo ad prædicãdum facerent eis ĩ remissionem omnium peccatorum suorum iniũxit. Quem ẽt venerabilis Abbas Ioachim Florẽsis ordĩs institutor, q beatum Dñicum multo tempore precessit,ĩ hĩtu quẽ non primo canonicus tulit, sed quem à Beata virgine fratrẽ Reginaldum inungẽte recepit, fratribus suis ostendit, & ĩ quodã monasterio ordĩs sui ĩ Calabria cum tali habitu depinxit,dicẽs eis. Cito surrecturus est ĩ Ecclesia Dei ordo nouus docentium & prædicantium cum tali habitu,cui præerit vnus maior & cũ eo & sub eo erũt duodecim ordinem præfatum regentes,q sicut patriarcha Iacob cum duodecim filijs igressus est egyptũ, sic & ipse cum illis duodecim ĩ gredietur et illuminabit vniuersum mundum. Cum igitur fratres prædicti ordĩs venerint ad vos,cum omni honore & reuerentia illos recipite. Quod vt filij obedientes fecerũt & faciũt. Nam quando primo fratres ordinis nostri ad illos venerunt, cognoscentes ex habitu eos ẽẽ quos pater eorum prædixerat, exierunt eis obuiam cum crucibus & canticis spũalib⁹,& ĩ oĩbus locis suis sicut fratres ,ppr os gratiosissime receperunt, & humanissime pertractauerunt, & ẽt nunc eodem modo recipiunt & pertractant, At vero pater iste S.Dñicus fuit Iacob pdicando,& Israel contemplando, vt nec Lia nec Rachel ĩ hac vita sibi defecerint. Multiplicauit aũt dñs meritis Beati Dñici ordĩnẽ nostrum, & dedit ei viros excelsos ĩ verbo glorie,quorum alij fuerunt Doctores illustres,q profunda fluuiorum, & abdita diuersarum sciarũ scrutantes, obscura produxerunt in lucem,& diuersos libros ac tractat⁹ ad corroborationem fidei & edificationem ecclesiæ,et ad explanationem sacræ scripturæ diuersis locis & temporib⁹ ediderunt. Alij vero fuerunt gloriosi Pontifices summi. Cardinales & epi. Alij vero fuerunt viri robusti pro fide vsq; ad sanguinem decertãtes,& pro ea fortiter & fœliciter martyrium sustinentes. Alij fuerunt gratiosi & famosi prædicatores, q ad iustitiam erudientes multos,luxerunt ĩ firmamento ecclesiæ, & diuersas mũdi partes verbis pariter & exemplis illustrauerũt, Dispergente nãq; beato Dñico fratres suos tanquàm quosdam

radios, imo tanquàm quædam luminaria vbiq; terrarum, cepe runt hoies submittere corda & corpora suauissimo iugo Christi, susceperuntq; habitum ordinis nostri Decani, præpositi, Archidiaconi, Abbates, Priores, Cantores, Monachi, & Canonici regulares, Nobiles, studentes, & diuersarum facultatum Doctores, & aliæ psone vita ac scia eminentes, quorum numerum & noia solus ille nouit q numerat multitudinem stellarum, & oibus eis noia vocat, Qui veluti filij israel sic germinãtes creuerunt & multiplicati sunt ac roborati nimis, & ifra breue tẽporis spacium per totum mundum diffusi, prouincias omnes vltra mare & citra, fratribus ordis ornauerunt, & ciuitates ac magnas villas ecclesijs, collegijs, & conuentibus repleuerunt. Hunc ẽt sãctissimũ virum Gregorius nonus sanctorum cathalogo conscripsit. Qui testimonium de eius sanctitate phibẽs coram dñis Cardinalibus dixisse fertur. Tantum de huius viri sanctitate dubito, quantum de sanctitatẽ Apostolorum Petri & Pauli. Ideo in literis canonizationis eius sic dicit. Etate crescente, creuit & gratia i hoc sanctissimo viro Dñico. Quàdò qdem iexplicabile gaudium de celo concipiens aiarum ad Dei eloqa dedit animum, & p euangelium Xpi multos generans in conuersione tam strenue multitudinis, euãgelicæ dignitatis officium, & prædicatoris nomẽ, & opus i terra meruit habere maiorum, pastor & dux in populo Dei factus, nouum prædicatorum ordinem instituit meritis, & exemplis ornauit, nec confirmare desijt miraculis euidentibus & approbatis. hæc ille. f.

¶Et tibi. N. Magistro ordinis) Declaramus q̃ vt habetur i ca. apud Castras. 1352. q̃ in ipsa pfessionis forma quæ in nostris constõnibus est inserta, si tẽpore quo qs profitetur, ordo magistrum habuerit, tũc nomẽ pprĩũ magistri exprimatur in ipsa forma professionis. Si vero illo tẽpore ordo magistrũ non habuerit, talis profitens obedientiam præsidenti promittat vicemagistri ordis absq; expressione nominis cuiuscunq;, vcz dicendo. Et tibi. N. priori talis cõuentus vicemagistri ordinis fratrum pdicatorum. ¶Item declaramus quòd ideo soli magistro ordinis vel alteri nomine eius fit pfessio & promittitur obedietia, vt vnitas ordinis & professionis seruetur, quæ ab vnitate vni⁹ capitis cui omnes tenemur obedire dependet, q est propri⁹ & immediat⁹ prælatus omnium fratrum & cõuentuum totius ordi

nis. Et potest omnes prælatos & officiales eiusdem ordinis instituere & destituere, & eorum officia & auctoritates limitare. Qui statim postquàm est elect⁹ curam omnium animarum fratrum ipsius ordinis plene habet & libere gerit, iposq; fratres auctoritate propria ligare potest, & absoluere, iidemq; fratres sibi tenent deuotè, & humiliter obedire. sicut patet in priuilegio quod dicitur mare magnũ Alexandri IIII. Clementis. IIII. Bonifacij. VIII. Benedicti. XI. Gregorij. XI. Martini V. Eugenij IIII. & Syxti. IIII. vbi omnia prædicta formaliter continentur. g. ¶ Secundum regulam Beati Augustini.) Declaramus ꝙ inter multas & varias regulas q b⁹ diuersi religiosi militant deo in ecclesia occidentali, regula beati Augustini multum videt excellere. Primo rõne sui exemplaris vnde fuit assumpta, quæ fuit regula apostolica. vnde Ecclesia de ipso cantat. Cepit viuere secundum regulam sub sanctis Apostolis constitutam. Et ipse in quodam sermone dicit. Apostolica vita optamus viuere. Secundo rõne antiqtatis, qa non solum modernas regulas, sed ẽt multo tempore regulam beati Benedicti precessit. Nam S. Augustin⁹ obiit ãno Dñi 425 Beatus vero Benedict⁹ obijt anno Dñi. 509. & sic patet ꝙ beat⁹ Augustinus precessit beatũ Benedictum annis 84. Tertio rõne condõnis sui auctoris, q fuit auctoritate Eps, vita sanctissimus, scientia literatissimus. Nam q alias scripserũt regulas & si fuerint cathalogo sanctorum ascripti, non tamen multum fuerũt literati, Et si fuerunt sancti & literati, non tamen fuerunt epali auctãte prædití. Quarto rõne moderationis & discretionis. Nam alie regulæ indigent & indiguerunt expositione, interpretatione & moderatione, vniuersalis pastoris ecclesiæ, eo quòd vel nimis grauia vel nimis periculosa, vel nimis dubia, vel obscura tradunt. Augustinus vero in regula sua sic seruat mediocritatem, quòd nec multitudine nec paucitate, nec obscuritate, nec grauitate mandatorum cadit in extremum, nec oportet adire summum Pontificem vt eam moderet vel declaret aut interpretetur. Quinto apparet laus regulæ istius à materia ei⁹ q maxime consistit circa spũales actiones, sicut ẽ dilectio dei & proximi, vnitas cordium, cõformitas morum, castitas corporum, communitas rerum, studium scripturarum, correctio vitiorum, & obedientia prælatorum & similia, vt patet per totã regulam. Sexto rõne auctãtis.

&anti

& antiqtatis, & multitudinis ordinum, & locorum in qbus predicta regula obseruaẽ. Sub hac .n. regula Augustini militãt deo ecclesie patriarchales, cathedrales, religionesq; diuersæ. Nam pter illas quæ communiter Canonici appellantur, sub ea militant ordines q sequũtur, vcz ordo Præmonstratesium, q cepit florere anno dñi. 1120. & habet circiter. 300. abbatias, ordo Cartiginensium q cepit in Lemonicensi Dyocesi & habet priorat⁹ 36. Ordo S. Crucis in Lothoringia, Ordo de Valle scholarium in Burgundia, q cepit anno dñi. 1219. sub Honorio III. Ordo S. Victoris & ordo Eremitarum siue Augustinensium & multi alij ordines. .h. ¶ Et instõnes ordinis fratrum prædicatorum,) Declaramus quòd cõstõnes nostræ continent statuta discreta, & valde conformia fini religionis, sicut de modo dicẽdi offm, de inclinationibus faciendis, de ieiunijs & abstinentia à carnibus, de non eqtando, de lineis non vtendis ad carnem, de vilitate vestium, d' possessionibus & redditibus non habendis, & alia hmõi. Quæ quidem statuta sunt valde secura & multum rõnabilia, qa non obligant trãsgressores ad culpam, sed tãtum ad pœnam nisi propter preceptum vel contemptum. Teneñt .n. fratres prædicatores seruarẽ omnia contenta in constõnibus sui ordis eo mõ quo in eis continentur, hoc est precepta vt pcepta, & statuta simplicia vt statuta, dato quòd prælatus suus non mandet nec dicat eis quòd ea seruent, qa qlibet teneẽ seruare ea q pertinent ad statũ suum. Et licet in sua professione non promittãt principaliter seruare constõnes. sed tantum obedire secundum eas, tamen eo ipso quòd aliqs profitetur ordinẽ fratrum prædicarorum, promittit ex consequenti & implicite seruare spectantia ad ipsum ordinem, licet in tali professione hoc non promittat expresse. Nã ex sua pfessione vt dicit S. Tho. tenetur qlibet frater ordinis nostri principaliter, directe, & absolute seruare substantialia religionis, et precepta in regula vel constõnibus posita, aut à prælato facta, ad obseruandum vero alia statuta nõ obligatur ex sua professione absolute, sed sub tali conditione q si omitteret vel transgrederetur illa, non incurreret culpam sed tãtum pœnã. Et ideo trãsgressio illorum quæ in sua professione religiosus absolute vouit & pmisit, obligat eum ad peccatũ mortale. Transgressio vero illorum statutorũ quæ non absolute sed sub illa conditione in sua pfessione se

uare promisit, non obligat ad culpam sed ad pœnam. Quam si ferre recusauerit, non euadet culpam saltem venialem. Prædicte autem constitutiones qa non continent nisi statuta honesta & rõnabilia sunt per sedẽ apostolicam confirmate, sicut patet i priuilegio quod dicitur Mare magnum Alexandri.IIII. Clementis.IIII. Nicolai.IIII. Bonifacij VIII. Benedicti.XI. Ioannis.XXII. Gregorij.XI. Martini V. Eugenij.IIII.& Sixti.IIII. .i.

¶ Ordinis prædicatorum.) Declaramus q̃ hoc nomen prædicatorum, fuit impositum ordini nostro a Papa Innocentio.III q̃ dum scriberet beato Dñico, & fratribus suis, imposuissetq; scriptori vt scriberet hoc modo fratri Dñico & socijs suis. statim reuocauit, & dixit Scribe hoc modo, fratri Dñico & cum eo predicantibus. Statimq; aliquantulum plus considerans. Noli inqt) sic dicere, sed scribe hoc modo, Magistro Dñico, & fratribus prædicatoribus. Et ex tunc ipse beatus Dñicus & filij eius ceperunt se fratres prædicatores vocare, ceperuntq; i curia & vbiq; ab omnibus sic vocari, iuxta illud Isaie. vocabitur tibi nomẽ nouum quod os Dñi nominauit. Fuit ẽt hoc nomen ab Honorio.III. in confirmatione ordinis approbatum, & postea à Gregorio.IX. in bulla canonizationis beati Dñici cõfirmatum, et à sancto patre Dñico longe antea ardentissimis desiderijs, orationibus lachrymosis & multiplicibus meritis gloriosis obtentum. Et vere hic ordo re & nomine dicitur prædicatorum, quia principaliter ad p̃dicationem & ad salutem aĩarũ est institutus. Est ẽt hic ordo artior q̃ appareat, & eius austeritates magis in existentia q̃ in apparentia consistunt. Cordas .n. & cilicia portat intrinsecus ad carnem, non extrinsecus ad hominem. Est ẽt hic ordo rõne antiqoris institutionis & approbationis ceteris ordinibus mendicantium excellentior, Ordo.n. prædicatorum, precedit ordinẽ minorum, & hoc expresse ponit glo.in.c. Quorũdam. in verbo p̃dicatorum, de elec.lib.vj.& gl. ij.i.c.fi.de pac.eo.li.& Io.and.in c. Ioannes. de testamentis, dicẽs q̃ ordo prædicatorum excedit ordinem minorum rõne antiqoris institutionis sicut literæ in p̃dictis iuribus dicunt. Et hoc notat Pe.de Anch. notans tempus institutionis prædictorum ordinum. Nam ordo predicatorũ quantum ad sui exordium cæpit sub btõ Dñico in partibus Tholosanis ãno Dñi 1203. vbi Tholosam aduenìens hospitem suum hereticũ cõuertit ad fidẽ.

Postea confirmatus fuit ab Honorio, III. anno Dñi. 1216. Vndecimo Klendas Ianuarii apud S. Sabinam Pontificatus sui ãno primo. Obijt autem beatus Dominicus Bononiæ anno Dñi. 1221. octauo Idus Augusti. Fuit autem canonizatus Reate p Gregorium. IX. anno Dñi. 1224 octauo idus Iulij. Ordo autem minorum quantum ad sui exordium cepit sub beato Frãcisco in partibus Tuscie anno Dñi. 1207. & postea confirmatus fuit ab Honorio. III. anno domini 1223. Põtificatus sui anno octauo. Obijt autem Assisij ãno Domini. 1226. quarto nonas Octobris. Fuit autem canonizatus per Gregorium. IX. anno Dñi. 1228. Decimoseptimo kl. Augusti. Quæ tempora ponit etiã Io. an, in. c. Quorũdam, & sequitur eum ibi Dñicus. dicens q p illam glo. haberi potest qualiter religiosi debeãt ordinari in processionibus & in alijs actibus qbus intersunt. Secundo ordo predicatorum & obseruãtia religionis eius ẽ ceteris religionibus excellentior, rõne perfectioris finis. Nãilla religio cuius institutio & obseruãtia est essentialiter principaliter & nominaliter ordinata ad docendum, & predicãdum, seu ad illuminandum & saluandum animas per doctrinam & predicationis officium, est omnibus alijs, excellẽtior & perfectior, qa prædicare & docere sunt actus ex abũdantia & plenitudine cõtemplationis procedentes, vt dicit Gregorius. Vnde doctrina & prædicatio prefertur simplici cõtemplationi. Et sicut maius est illuminare q̃ lucere solum, ita maius est contemplata alijs tradere q̃ solum contemplari. Et de hoc intelligit capitulum licet, extra, de regularibus vbi dicit. Sicut maius bonum minori pponitur, ita vtilitas communis speciali, Et in hoc recte preponitur doctrina & predicatio silentio, solicitudo contemplationi. Vnde religio ad docendum, & prædicandum principaliter & essentialiter ordinata tenet supremum gradum in religionibus, vtpote religiõi Christi magis cõformis, quæ ad prædicandum fuit essentialiter instituta. Sed sola religio prædicatorum est hmõi vt supra ostensum est. Nam alie religiones vel sunt ordinate ad operationes exteriores, vel ad solam contemplationem, Vnde si sũt ordinate ad p̃dicationem, non habent ipsam per se & essentialiter annexam, sed accidentaliter post earum institutionem, & per auctoritatem sibi commissam attingunt per accidens ad hanc perfectionem, Igitur religio prædicatorũ

est omnibus perfectior,& ad eã ex omni alia religione licitum est de iure communi transire,ẽt si alia paupertate & austeritate eam excederet,vt dicit S. Tho. secunda secundæ.q.188.ar.6.& Petrus de Palude i 4.d.48. Tertio ordo prædicatorum excedit alios ratione maioris discretionis. Nam illa religio cuius austeritates & obseruãtiæ sunt ex maiori discretione ad finem religionis ordinate est cæteris excellentior, Vnde beatus Anto. præposuit discretionẽ quæ omnia moderatur vigilijs,ieiunijs, nuditati & alijs austeritatibus. Sed religio prædicatorum ẽ talis ꝙ eius obseruantiæ cum maiori discretione ad finem intentum religionis sunt ordinate,ꝗ̃ in alijs religionibus, sicut patet ꝙ ad continentiam & castitatẽ seruandam rõnabilius & efficacius ordinatur maceratio carnis per abstinentiam cibi & potus, & cõtinui studij quod fit in ordine prædicatorum,quæ pertinent ad famẽ & sitim & meditationẽ,ꝗ̃ p subtractionem vestium quæ pertinet ad frigus & nuditatem, & ꝗ̃ per corporalẽ laborem,igitur religio prædicatorum est cæteris excellentior, Quarto qa illa religio quæ habet paupertatem magis conformẽ paupertati Christi & apostolorum à qbus omnis religio sũpsit initium est cæteris religionibus perfectior,sed religio predicatorum ex suis constitutionibus habet paupertatem magis conformẽ paupertati Christi & apostolorũ ꝗ̃ alie,qa vt dicit S.Th. vbi supra ar.7. Triplex est gradus paupertatis. Nam quædã paupertas est quæ nihil in particulari possidet, sed in communi habet abundantiam diuitiarum & possessionum. Et hæc competit religionibus ordinatis ad opera corporalia vitæ actiue vcz ad militandum & hospitalitatem exercendam, Et hæc habet magnam sollicitudinem annexam circa temporalia,que distrahit à contemplatione diuinorum,quæ est finis voluntarie paupertatis. Ideo Christus dixit Marthe.Lucæ 18. Martha Martha solicita es, & turbaris erga plurima. Quædam vero paupertas ẽ quæ nihil possidet in particulari sed possessiones, & facultates moderatas tam rerum mobilium ꝗ̃ immobilium potest in communi retinere. Et hic paupertatis gradus competit religioni monachorum & alijs religionibus quæ ad solam contemplationem ordinantur. Et habet talis paupertas aliqd viscositatis & solicitudinis propter curam rerum terrenarum, quæ impedit actum diuinæ cõtemplationis, cum nõ possit qs

deo

deo tota mente vacare & possessionum curis intendere. Et huiusmodi religiones quæ ad contemplationem ordinantur tāto perfectiores sunt, quāto earum paupertas minorem eis solicitudinem temporalium ingerit, & liberiores redduntur ad vacandum rebus spūalibus Quòd fit dum in communi habent possessiones moderatas & non superfluas. Sic.n.fiet vt vnius vel paucorum solicitudine possessiones debito modo procurabūtur, & sic alij absq; solicitudine temporalium remanentes, libere poterunt spūalibus & cōtemplationi diuinorum vacare. Tertius gradus paupertatis est quæ non potest possessiones in particulari nec in communi retinere sed bene potest aliqua modica ex eleemosynis cōgruo tempore cōgregata in communi & nō in particulari conseruare tātum quātum sufficere possint ad victum & vestitum pro aliquo tēpore non prolixo. Et hæc paupertas est maxime ab exterioribus expedita, habens multum facultatis & libertatis in deum & proximum. cum curam non exigant magnam nec ad sui trahant amorem quæ vsu consumuntur vt vinum, granum, denarij, & hmōi, sicut notat Ioan. and. in nouella super cap. Sane, de regularibus. Et hæc ē paupertas religionis fratrum prædicatorum secundum eorum constitutiones quæ est ordinata ad contemplandum, & cōtemplata alijs tradendum per doctrinam & prædicationem, quæ circa solicitudinem spūalium maxime debet occupari, & populum sapientia eruditione & exēplo illustrare, & ab his quæ solicitudinem ingerunt circa res tēporales quæ à contemplatione diuinorum distrahunt separari. Et talis fuit paupertas apostolorum & discipulorum post resurrectionem Christi, à qbus oīs religio sumpsit originem. Nam ꝑcia prædiorū conseruabāt in in cōi & distribuebat vnicuiq; ꝓut cuiq; opus erat. vt habetur actuū.v. Vnde & Christus paupertatis institutor suo exemplo hunc paupertatis gradum docuit, ꝗ ea quæ erant necessaria vitæ congruo tempore procurata conseruabat. Habebat.n. loculos Iude commissos, in qbus recondebantur ei oblata, vt habetur Ioan. 12. Et Ioan 4. dicit̃ ꝙ discipuli abierant in ciuitatem vt cibos emerent. & Ioan. 12. dicitur ꝙ discipuli putabāt qa loculos habebat Iudas ꝙ dixisset ei Iesus Eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festū, aut vt egenis aliqd daret. Ex quo patet ꝙ cōseruare pecuniam aut quascunq; alias res in communi ad

sustentationē

sustentationem religiosorũ eiusdem congregationis vel quorũcũq; aliorum pauperum, sicut faciunt fratres prædicatores, est paupertas conformis paupertati quam Christus & ei⁹ discipuli suo exemplo docuerunt, & p consequẽs sequtur ꝙ prædicatorum religio ẽ alijs religionibus excellentior. ¶Quinto ordo pdicatorũ excellit alios rõne maioris arctitudinis & asperitatis. Est.n.arctior omnibus religionibus mendicãtium propter parcitatem cibi & lõgiora ieiunia. Non.n.comedunt carnes nisi in infirmitate, & ieiunant à quarta decima die Septembris vsq; ad festum Pasche resurrectionis. In alijs autem religionibus mẽdicantium fratres carnes comedunt & solum à festo omnium sanctorum vsq; ad festum natiuitatis Dñi ieiunant. Est ẽt arctior religione monachorum ꝑpter mendicitatem & carentiã possessionum, propter quam necessitates multas patiuntur i victu, & vestitu quas non patiuntur ivictu & vestitu quas nõ patiuntur monachi nec canonici regulares. Et propter hoc dicit Io.and.super.c.Sane. de regularibus.ꝙ constõnes fratrum prædicatorum vltra regulam ita arctant eos, ꝙ vita eorum est arctior & asperior ꝙ̃ vita monachorum. Et ideo fratres prædicatores ꝙ transeunt ad regulam monachorum non effugiunt apostasiam, & pp hoc cogendi sunt vt reuertantur ad primũm locũ vnde exierunt. ¶Item Gulielmus naso.in.d.c.Sane. dicit ꝙ licet regula beati Benedicti sit artior ꝙ̃ regula beati Aug. tñ fratres prædicatores tantum se artauerunt per constõnes suas vt eorum vita & religio sit arctior & strictior ꝙ̃ religio monachorum. Et ob hoc prædicatores transeuntes ad monasteria monachorum, apostasiã incurrunt. Quidam ẽt nomine Monaldus magnus canonista & Theolog⁹ vt dicit Ioannes Dñici refert se vidisse Parisius determinationẽ factam per doctores illius vniuersitatis, ꝙ frater cartusiẽ. põt transire de iurè communi ad ordinem fratrum prædicatorum regulariter viuentem. & Io. Dñici dicit, ꝙ frater ordinis minorũ põt de iure communi transire ad ordinem predicatorum regularis obseruantiæ. Clemens aũt IIII. interrogatus à quodam milite vt sibi consuleret q̃tem ordinem deberet intrare an predicatorum, vel minorum, sic respondit. Scíscitaris quem tibi ex fratrum prædicatorum, vel minorum ordinibus præeligendũ esse declarem. Id precipue conscientiæ tuæ relinqmus. Magis enim tu scire poteris vtriusque

ordinis obseruantias, quæ non sunt pares, in omnibus, & in diuersis articulis excedentes sunt & exceduntur. Alterius quidem istorum ordinum lectus ē durior, nuditas grauior, & vt nonnulli iudicant paupertas profundior. Et alterius cibus est parcior longiora ieiunia, & vt nonnulli autumant sanctior disciplina. Neutrum ergo alteri præficimus, sed in vna & arctissima paupertate fundatos ad vnum tendere finem credimus, salutē videlicet animarum. Et ideo siue hunc siue illum elegeris, artam viam ingrederis, et per portam intrabis angustam ad terrā mel lifluam & p̄ cæteris speciosam. Sic ergo vni istorum adhæreas, vt amore ab altero nō discedas Frater.n. prædicator reprobatus ē q minores non diligit, & frater minor est execrabilis q ordinē prædicatorum odit vel cōtemnit, hæc ille. Ex prædictis omnibus patet dignitas & excellētia ordinis prædicatorum. .K. ❡Quod ero obediens tibi tuisque successoribus.) Declaramus ꝙ ex voto nostræ ꝓfessionis tenemur & obligamur caste & sine proprio viuere & regulā ac constōnes non contemnere, & precepto in regula vel in constitutionibus contento vel à prælato facto ī his quæ sunt secundum regulam & constōnes vsque ad mortem inclusiue obedire. Et ideo q transgredit aliquod prædictorum, dicit simpliciter inobediens & cōtra votum agere, & p consequēs peccat mortaliter. Qui vero alia à p̄dictis transgreditur, non dicit simpliciter inobediens, nec simpliciter voti trāsgressor, nec obligatur ad aliquam culpam, sed solum ad pœnam, nisi forte ꝑ negligentiā vel libidinē vel contemptum sicut supradictum ē. ❡Item declaramus ꝙ religiosus non tenetur in omnibus obedire prælato suo. Et primo si preciperet aliqd contra dei mandata, Vt ꝙ homicidium vel furtū, vel fornicationem committeret vel aliqd hmōi quod dꝫ se ē malum. Secundo si p̄ciperet aliqd contra ordinationes ecclesie, vt ꝙ non ieiunaret in vigilijs de p̄cepto, ꝙ missam non audiret, ꝙ pro hæreticis defunctis celebraret, & alia hmōi, non teneretur obedire. Tertio si aliquid p̄ciperet contra regulam & constōnes, vtputa si preciperet ꝙ aliquis sanus comederet carnes, lineis vteretur, silentium in mensa & alibi nunquam seruaret, & alia hmōi, non teneretur obedire. In dubio tñ in hmōi debet obedire 23.q.j.c. Quid culpatur. Quarto si preciperet aliquid quod esset supra regulam vel constōnes, puta ꝙ quotidie ieiunaret

ieiunaret i pane & aqua, q portaret cilicium & alia hmõi, non tenetur obedire, nisi illa pp defectus suos p modum pœnitentiæ ei imponeret. Quinto si pcipit ea ad quæ se non extendit plature auctoritas, vtputa si pciperet q ad orationes sibi iniunctas haberet cõtinuã & actualem attẽtionem, vel q aliquod pctm̃ suum oino occultum sibi manifestaret, vel pctm̃ iã semel confessum iterum confiteretur, vel ẽt si mandat q non loquaẽ cum supiori suo, vel faciat contra ordinationem maioris plati sui. d. 8. c. Quæ contra mores. In hmõi. n. nõ tenetur obedire. Solũ aũt in his quæ sunt secundum regulam & constõnes, vel quæ ad regulã & constõnes reducũtur teneẽ obedire vsq; ad mortẽ, si vero post mortem resuscitareẽ eẽt à tali obligatione absolutus. ¶ Itẽ declaram⁹ q religio vt dicit Bernardus professores suos similes angelis facit dissimiles hominibus, imo imaginẽ dei i hoĩe ad instar baptismi reformat. Probabiliter. n. teneẽ q p pfessionẽ cõseqẽ qs remissionẽ oium pctõrũ suorũ, sicut p assumptionẽ crucis. Nam posset hõ tot eleemosynas facere q statim de omnibus peccatis suis plenissime satisfaceret, iuxta illud Danielis. v. Pctã tua eleemosynis redime. Per professionẽ ãt dat hõ omnia bona exteriora, quæ hẽt & hẽre posset, vouẽdo pauptatẽ, & omnia bona corporis vouendo castitatẽ, & libertatẽ volũtatis cũ omnibus bonis animæ vouẽdo obedientiã, quæ excedũt quascũq; eleemosynas. Igiẽ p pfessionem cõseqtur qs remissionẽ omniũ pctõrũ suorũ. ¶ Itẽ posset hõ corpus suũ p ieiunia, p disciplinas p pegrinationes & alias pœnitẽtias in tm̃ affligere, q p oibus peccatis suis satisfaceret, sed pfessio in religione approbata excedit oẽ genus satisfactionis, & omnem peregrinationem, & ẽt oẽm pœnitentiã quãtũcũq; publicã vt hẽtur. 33. q. 2. c. Admonere. Vñ in vitis patrũ legiẽ, q eãdem gratiã cõsequunẽ religionem pfitentes quã & baptizati. ¶ Item pfessio liberat pfitentẽ ab omni voto simplici siue sit reale, siue psonale, siue mixtũ. Qui ẽt si vouisset arctiorem religionem, pfitẽdo latiorem liberaẽ, vt habeẽ. c. pe. de regularibus lib. 6. Sed si erat votum reale & illd erat certe ecclesiæ, vel alteri religioni factũ, & ius eis acqsitũ, tenebiẽ monasteriũ illud implere, quãtum sufficiunt bona illius professi. Si vero vouerat dare ecclesiæ vel paupib⁹ absolute vel non erat ius acquisitum alicui sed soli deo erat facta obligatio, tũc profitẽdo impleuit

pleuit votum, quia in ipsa pfes-sione dedit seipsum, & omnia bona sua deo & religioni. Sed si per votum solemne erat obligatus arctiori vel ēt equali religioni, si sine licentia obtēta aliam profiteatur non liberatur à prima. Si aūt cum licētia plati profiteretur latiorē, liberaret̄ à voto solemni arctioris. Itē p pfes-sionē liberatur pfitens ab omni debito humano pecuniario ex delicto vel quasi ex contractu. Teneretur tñ monasteriū creditoribus satisfacere quantum bona illius quæ ad monasterium venerunt sufficiunt, sicut supra in cap. de recipiendis declaratum est.

¶ 2.l. Nouitiorum autem vestes hoc modo bñdicantur in professione. Vers. Ostende nobis domine misericordiā tuā. ℞. Et salutare tuū da nobis. Vers. Dominus vobiscum. &c. Oremus. Oratio. Domine Iesu Christe q tegimen nostræ mortalitatis induere dignatus es, obsecramus immensæ largitatis tuæ abundātiam, vt hoc genus vestimentorum quod sancti Patres ad innocentiæ & humilitatis indicium ferre sanxerunt, ita bene ✠ dicere digneris, vt q hoc vsus fuerit te induere mereatur Christum dominū nostrū. Amen. Post modum aspergantur aqua benedicta. In quolibet Conuentu habeatur liber particularis, ī quo scribantur omnes qui faciunt professionem ibi, notādo annum, mensem, & diē, & nomen Prælati recipientis ad professionem, & sub quo Magistro ordinis.

.l. ¶ Nouitiorum vestes in eorū pfessione bñdicantur.) Declaramus ꝙ hæc bñdictio vestium sumpta est ex capitulo. Statuimus, extra de regularibus, vbi sic dicitur. Statuimus ꝙ in religionibus vbi non est distinctus patenter habitus nouitiorū ab habitu pfessorum, in pfessione vestes eorum. s. scapulare & huiusmodi debeant bñdici, vt sic sit distinctus habitus pfessorum ab habitu nouitiorum, per hoc ꝙ est bñdictus, habitus vero nouitiorum non est bñdictus. Et ideo in ordine pdicatorum videtur ꝙ hoc deberet seruari, ꝙ nouitijs qñ recipiuntur ad habitum nō deē scapulare bñdictū.

Professi


Professi ãt qũ ð nouo sibi faciũt scapularia deberẽt à ꝑlatis suis ea facere bñdici, quia scapulare bñdictum est habitus ꝓfessorũ in ordine ꝑdicatorũ. Fit tñ quotidie cõtrarium per ignorantiã vel per abusum.

De Leui culpa. XVI. Capitulum.

Leuis .a. culpa est, si quis mox, vt signum factum fuerit nõ relictis omnibus, cũ matura festinatione differat se præparare, vt ad Ecclesiam ordinate, & cõpositę, quando debuerit veniat. Si quis ad (Gloria) primi psalmi non affuerit. Si quis in choro male legẽdo, vel cantando, offendẽs, nõ statim se corã omnibus humiliauerit. Si quis diuino non intentus officio, vagis oculis, .b. & motu irreligioso, leuitatem mentis ostenderit. Si quis in Ecclesia, vel in dormitorio, vel in cellis aliquid inquietudinis fecerit. Si quis in choro riserit, vel alios ridere fecerit. Si quis lectionem statuto tempore nõ præuiderit. Si quis aliud cantare vel legere præsumpserit, q̃ quod communis probat vsus.

¶ 2. Item leuis culpa est, si quis ad prædicationem vadens ociosa locutus fuerit, vel egerit. Si quis dissolute riserit, chachinnis, vel ludis, dictis, vel factis alios ad ridendum concitauerit. Si quis oculos vagos per plateas vel villas eundo, ad vanitates frequẽter direxerit. Si quis in vigilia Annunciationis, & Natiuitatis Domini, in principio capituli per negligentiam non affuerit, vt pronũciatis, redemptionis nostrę exordiis .c. corde & corpore gratias agat Redemptori. Si quis de via veniens eadem hora (si fieri potest) benedictionem accipere neglexerit, vel absq; ea plus vna nocte moratus exierit. Si quis ad lectiones dormierit. Si quis temporibus statutis cum aliis lectionem auditurus non affuerit. Si quis libros interdictos legerit. ¶ 3. Item leuis

culpa est si quis Ecclesię, vel altaris ornamenta neglīgēter tractauerit. Si quis vestes suas, aut libros in loco statuto honeste non deposuerit, vel neglīgēter tractauerit. Si indumenta, vel alia fratri data vel concessa sine ipsius licentia, p se alius acceperit. Si quis aliquid vtensilium fregerit, vel perdiderit. Si quis cibi vel potus aliqd effuderit. Si liber in quo legendum est cuiuscunque neglectu defuerit. Si quis aliquid dixerit, vel egerit vñ offendant fratres. ❡ 4. Itē leuis culpa est, si quis cibū vel potū absq; benedictiōe sumpserit. Si quis in Cōuentum hora qua debet venire distulerit. Si quis ad capitulum vel collationem nō venerit, vel communi refectioni nō interfuerit. Si quis commune mandatum dimiserit. Si quis clamans in clamatione sua iurgium fecerit. Si quis eum à quo p clamatus fuerit, eodem die quasi se vindicādo, clamare præsumpserit. ❡ 5. Item leuis culpa est, si quis cū iuramento (vt loquendo fieri solet) aliquid negauerit, vel affirmauerit. Si quis turpem sermonem, vel vaniloquium dixerit, vel (quod grauius est) i vsu habuerit. Si quis eorum qui officiis deputati sunt, in aliquo negligens repertus fuerit, vt sunt Priores in Cōuentu custodiendo. Doctores in docendo, studentes in studendo, scriptores in scribendo, cantores in officiis suis, procuratores i exterioribus p curādis, vestiarii in vestibus prouidendis, custodiendis, & reficiendis, infirmorū custos in infirmis custodiēdis, procurandis & reficiendis, & mortuis necessariis ministrandis, & cæteri in officiis suis, vt iniunctum est eis. Clamatis vel proclamantibus se de supradictis, detur pœnitentia secūdum quod Prælato videbitur expedire.



LEuis .a. culpa est &c.) Declaramus ꝙ capitula de leui culpa de graui, & grauiori, & grauissima culpa, fuerunt edita ante primum capitulum gñalissimum, & in ipso quod fuit celebratum. 1228. fuerunt confirmata & ordinata. Et tunc temporis non erat adhuc edita illa constõ quæ declarat constões nostras non obligare nos ad culpam sed ad pœnam, sed postmodum ad consulendum paci totius ordinis et ad remouendũ scrupulum à conscientijs fratrũ q timebant ne transgressio constõnum obligaret nos ad culpã, fuit postea in secundo capitulo gñalissimo celebrato Parisius anno Dñi 1236. facta illa constõ & in ꝓhemio posita. Et sic añ ꝑfatam constõnem transgressio constõnum quo ad ea q̃ non sunt essentialia nec hñt annexũ ꝓceptum vel contemptum, obligabat ad peccatum veniale, siue talis transgressio esset facta ex negligentia, vel inaduertentia, vel ex obliuione, vel ex leuitate, vel ex fragilitate, vel ex aliqua alia cã, Et pp hoc fuit positum capitulum de leui culpa, et capitulum de graui culpa, qa pro tempore faciens vel omittens aliquid eorum quæ continentur in prædictis capitulis, incurrebat essentialiter culpam leuem vel grauem &c. Post vero illam constõnem editam transgrediens ꝑdictas constões potest dici incurrere culpam nõ essentialiter sed añcedenter & cõsecutiue. Añcedenter quidem si ipsa transgressio fiat ex negligentia, incurrit transgressor culpam venialem, quam non icurreret si talis trãsgressio fieret ex fragilitate, vel ex inaduertentia vel ex obliuione vt dicit S. Th. secunda secũdæ. q. 186. ar. 9. Si ergo ex leuitate seu ex leui negligentia hmõi statuta trãsgrediũtur dicitur leuis culpa, si vero ex maiori negligentia vel ex parua malitia, talis transgressio fiat, dicitur grauis culpa. Si aũt fiat ex grauiori malicia, dicetur grauior culpa, & ppea ponunť hic capitula đ leui, graui, & grauiori culpa. Hac ẽt de cã capitulum quotidianum in quo fratres de hmõi transgressionibus se accusant, dicitur capitulum de culpis. Dicitur ẽt transgressio ꝑdictorum statutorum culpa, non essentialiter sed cõsecutiue, pp pœnam taxatam vel taxandam ꝑ hmõi transgressionibus, quæ non solet inferri nisi pp culpam. Vel dicitur culpa si non fecerit pœnitentias taxatas à constõnibus vel taxandas à ꝑlatis, quia tunc incurriť culpa. .b. ¶ Motu irreligioso leuitatem mentis oñderit.) Declaramus ꝙ quàmuis motus irreligiosus

giosus leuitatem mẽtis oñdens, & risus dissolut⁹, & vagus & vanus oculorum aspectus, & ocio sus sermo, turpis & vaniloquus & alia hmõi sint eẽntialiter pec cata venialia, non tñ ideo pctã sunt, qa per cõstõnes nostras sũt prohibita, sed qa de se sunt ma la. Et ideo ex trãsgressionibus prædictorum nõ solum obliga mur ad pœnã in taxatam vel ta xandam, sed ẽt ad venialem cul pam. .c. ¶ Corde, & corpore gratias agant.) Declaramus. ꝙ in vigilia Annunciationis quan do à lectore pronunciatur annũ ciatio dñica, & in vigilia Natiui tatis dñi qñ dicit (Iesus Christ⁹) &c. debent fratres humiliter se pˀsternere extenso toto corpore super terram, non super võtrem sed super vnum latus & in lon gum, vnam tibiam super aliam tenendo, & non debent surgere nisi saltem post vnum pater no ster signum factum fuerit à præ lato.

De Graui culpa. XVII. Capitulum.

GRauis .a. Culpa est, si quis inhoneste in audi entia sæcularium cum ali quo contenderit. Si frater cum fratre intus vel extra, lites habuerit, Si quis alicui fratri opprobrium dixerit, Si quis mẽdacium de indu stria dixisse deprehẽsus fue rit. Si quis silentium. .b. non tenere in consuetudi nem duxerit. Si quis cul pam suam, vel alterius de fenderit. Si quis in illum a quo proclamatus est, vel in quẽlibet alium maledicta, seu verba inordinata, & ir religiosa maliciosè inuexis se deprahensus fuerit. Si qs fratri præteritam culpam ꝑ qua satisfecit iproperaue rit, ¶ 2. Item grauis cul pa est, si quis mala de fratri bus, aut patribus, vel domi bus suis, vel sororibus ma liciosè euomuerit, quæ te stimonio fratrum suorum probare nequiuerit. Si quis absq; licẽtia .c. & magna ne cessitate equitauerit, vel car nes comederit, vel ẽt in via pecuniam portauerit, vel portari procurauerit. Si qs procedens vbi fœminæ sũt oculum fixerit (si tamẽ hoc in vsu habuerit) vel cũ fœ mina solus non de confes sionibus, vel honestis locu

tus fuerit. Si quis ieiunia ab Ecclesia instituta fregerit sine causa & licentia .d. Si qs literas alicui miserit, vel sibi missas legerit, quas primitus suo Præsidenti nõ ostẽderit. Magistris i theologia, & Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, & pdicatoribus gñalibus dũtaxat exceptis.

GRauis .a. culpa est &c.) Declaramus q̃ q̃uis multa in hoc capitulo contineantẽ q̃ d̃ se culpa sũt, sicut dicere obprobrium fratri, vel mendaciũ de industria dicere, vel verba male dicta & inordinata & irreligiosa maliciose proferre. mala de patribus & fratribus euomere, ieiunia ab ecclesia instituta sine cã & licentia frangere. & alia hmõi, non tñ ideo culpa sũt qa ĩ constitutionibus sint prohibita, sed qa de se mala sunt. Vnde transgressor in talibus duplicẽ incurrit pœnam, vnam. s. sacramẽtalem, ex eo q̃ culpam committit quæ non potest deleri nisi per contritionem, & cõfessionem, quando culpa est mortalis, aliam vero pœnam incurrit ex eo q̃ trãsgreditur constõnẽ, quã si facere noluerit vel contẽpserit incurrit aliam culpam videlicet inobedientiæ. .b. ¶Si qs silentium non tenere in consuetudinẽ duxerit.) Declaram9 omnem fratrẽ assuetũ ad quoscũq; defectus debere puniri pena grauis culpæ, sicut vult constõ de assuetis ad silentij fractionem, sicut fuit declaratum apd Venetias. 1357. Declarantes etiã q̃ q̃uis aliqs frequẽter & ex cõsuetudine transgrediaẽ constõnes, vt fractionem silentij & huiusmodi, nõ pp hoc põt dici q̃ illas ex contemptu transgrediatur, qa illa cõsuetudo põt ex fragilitate vel ex negligẽtia, vel ex aliqua alia cã pcedere, sicut dicere ociosa, quod de se ẽ veniale, si qs cõtinue & pluries & ex consuetudine talia ociosa dicat nõ dicitẽ de se agere ex cõtẽptu, vt pecces mortaliter, quia pctm̃ veniale q̃tũcunq; itereẽ nunq̃ efficitur mortale. Et eadem rõne transgressio constõnis quantũcũq; per consuetudinem iteretur, nunquàm obligat ad peccatum mortale. Quia tñ talis cõsuetudo disponit ad cõtemptũ: grauius punitur q̃ simplex trãsgressio & rara. ,c. ¶Si qs absque licentia & magna necessitate egtauerit, & carnes comederit.) Declaramus q̃ cum egtare maxime repugnet statui mendicantium q ex eleemosynis viuunt, nullus frater ordinis nostri sine necessitate, & licentia (qñ habet platum in promptu).

vel

vel sine magna necessitate debet eqtare, sed pedes vadat. Et si secus factū fuerit grauiter puniantur transgressores sicut fuit ordinatum in.c. Parisius. 1264. Et apud Ferrariam in.c. 1290. ordinatum fuit q̄ consilio de nō eqtādo strictissime obseruari debeat. & maxime p territoria vbi conuentus habemus, & q̄ transgressores per priores prouinciales & per visitatores acriter, & grauiter puniri debeant. ¶ Item declaramus q̄ in capitulo Parisius. 1269. fuit strictissime prohibitum ne fratres alibi quàm in infirmarijs carnes aut pulmēta cocta cum carnibus vel cōdita cum sagimine comedere p̄sumerent, & q̄ fratres itinerantes nec carnes nec cibos in qbus euidenter apparent carnes trite vel concise vllomodo comederent. Et in.c. apud Montem Pessulanum. 1294. sic dicitur. Inhibemus fratribus vniuersis districte ne extra conuentum carnes comedant, nec ēt cum principibus & prælatis, ēt si super hoc asserant se priuilegium habere. Et q contrafecerint grauiter puniantur. Fratres ēt infirmi i locis vbi conuentū habemus nullo mō carnes comedāt extra cōuentum. Et q in hoc contrafecerit, vel dispensauerit grauius puniatur. Declarantes q̄ præfati possunt cum fratribus suis etiam extra casum infirmitatis ex causa rationabili quantum ad esum carnium dispensare. Subditi autem non debent sine licentia vel magna necessitate carnes comedere. .d. ¶ Si qs literas alicui miserit &c.) Declaramus q̄ in.c. Parisius celebrato. 1234. sic fuit ordinatum. Volumus & ordinamus q̄ nullus prior in hoc deferat alicui qui literas accipiēdas & in ften das legat. Et in alio capitulo. 1243. ibidem celebrato fuit ordinatum q̄ fratres non mittant literas ēt non sigillatas, nec recipiant sine licentia sui prælati. Et in alio.c. ibidem celebrato. 1264. sic dicitur. Fratres, q miserunt vel in posterum miserint literas vel memorialia non ostē sa prælato suo, vel sibi missa legerint nisi habita prius licētia, grauius puniantur. Et in.c. Treueris. 1289. sic dicit̄. Inhibem⁹ districte ne fratres literas vel cedulas vel alia quæcūq; memorialia legant, vel transmittant, vel sibi transmissa aperiant, sine eorum superiorum inspectione vel licentia sp̄ali. Et hoc idem fuit in diuersis alijs capitulis ordinatum.

¶ 3. Pro .e. huiusmodi culpis, & his similibus, veniam petentibus, & non proclamatis, tres correctiones i ca

pitulo dentur, & tres dies i pane & aqua ieiunent. Clamatis vero, vna dies, & vna correctio superaddantur. Præter hęc aūt psalmi & veniæ secundum quod discretioni Rectoris visum fuerit, pro qualitate culparum iniungantur. Eadem pœna digni sunt, qui postquā missi fuerint, sine licentia reuerti præsumpserint, .f. vel vltra terminum sibi assignatum moram fecerint, sine rationabili cā, vel si quis ꝑ victu & vestitu, vel qualibet alia re murmurauerit. Caueat autem quilibet frater, ne proclamet aliquem in capitulo de crimine (etiā de auditu) nisi ipsum crimē possit probare. Quod si accusatus negauerit, & accusans in probatione defecerit, pœna accusato debita puniatur. Ne autem vitia occultentur, Prælato suo denunciet quod viderit vel audierit.

e. ¶ Pro huiōi culpis & his similibus veniam petentibus.) Declaramus ꝙ fratres de his q̄ continenť in isto.c. & in, c. de leui culpa tenenť se in.ca. de culpis accusare & pœnitentiam sibi iniunctam facere, aliter icurrerent culpā inobedientiæ. q̄ supra in.c. de silentio dictum ē, ꝙ fratres debent se de silētio sicut de alijs culpis in cap. accusare. Et de cap. quotidiano diciť ꝙ fratres q se reos intellexerint humiliter culpas suas cōfiteanť ✠.f. ¶ Item declaramus fratres exeūtes à cōuētu sine licētia, vel cū socio nō sibi à ꝑlato deputato, debeť puniri eadē pœna, qua puniunť in constōnibus hi, qui vltra terminum sibi assignatum moram fecerint, vel sine licentia reuerti presumpserint, ꝑut exprimiť in ca. de graui culpa sicut declaratum fuit Rom. 1558.

De Grauiori culpa. XVIII. Capitulum.

GRauior .a. culpa est si quis per cōtumaciam, .b. vel manifestam rebellionem inobediens Prælato suo extiterit, vel cum eo intus vel foris .c. protervue contendere ausus fuerit .d. Si quis percussor fuerit. .e. Si quis crimen capitale, idest pœna mortis in sæcu

lo pu

lo puniendum cómiserit. .f. Si quis procurauerit ꝙ ipse vel alius eximatur, via nó iuridica, à potestate sui Prælati. Si quis rem sibi collatam receperit, de his quæ prohibentur recipi. Si quis rem sibi collatá celauerit, quem beatus Augustinus furti iudicio dicit esse condemnandum. .g. Si pclamatus cóuictus fuerit, sponte surgat, & veniam petens sceleris sui immanitatem lamentabiliter proferat, & denudatus; vt dignam recipiat suis meritis sententiam) vapulet quantum placuerit Prælato, & sit omnium nouissimus in Cóuentu, vt qui culpam perpetrádo, nó erubuit membrum diaboli fieri, ad tempus (vt resipiscat sequestretur a cósortio ouium Christi.

GRauior .a. culpa est si qs p contumaciam &c.) Declaramus ꝙ transgressoribus scienter pceptorum & obedientie superiorum suorum pót & debet imponi p hmói transgressione per præsidenté pœna grauioris culpæ, sicut fuit declaratú apd Castras. 1352. .b. ¶ Vel manifestam rebellionem.) Declaramus ꝙ manifesta rebellio ẽ qñ subditus pertinaciter verba sui plati contemnit. Puta cum platus dicit volo omnino ꝙ facias hoc, & subditus dicit Nolo facere. Et sic obedientiam sui plati transgrediens debet pœna grauioris culpæ puniri, sicut declaratum fuit apud Perpinianá 1427. vnde S. Tho. scda scdæ. q. 39. ar. j. ad scdm dicit, ꝙ tũc aliqs dicit cum rebellione plato suo non obedire, qñ pertinaciter eius mandata contemnit, & iudicium sui superioris subire recusat. .c. ¶ Proterue contendere ausus fuerit.) Declaram⁹ ꝙ proterua contentio est improba & peruersa seu supba disceptatio vel impugnatio verború cum tumultu. Vnde proterue contendere cum plato, nihil aliud est, ꝗ̃ verba ipsius verbis tumultuosis vel clamosis impro be & peruerse seu superbè ipugnare. Et talis debet puniri pena grauioris culpæ. ¶ Item declaramus ꝙ null⁹ sub pœna grauioris culpæ, debet psumere asserere priorem sui cóuentus nó esse priorem, nec ab eius obedientia se subtrahere, donec p superiores (si quod dubium est.) fuerit declaratum, sicut in cap. apud Valentiá. 1364. fuit decla

ratum. ⁋Item qcũq; frater sine licentia sui superioris extra cõuentum ẽt cum socio discurrere p̃sumpserit, pœnam grauioris culpæ se nouerit incurrisse, quam sub precepto per presidẽtem facere cogatur. ✠ Sed vide declarationem ca. gñalis positam in fine precedentis cap. d. ¶Si quis percussor.) Declaramus ꝙ siquis aliquem quocũque instrumento enormiter percusserit, super eius absolutione Prior prouincialis consulatur, & interim ip̃e percussor ab alijs sequestreť. Eo autem absoluto pœna grauioris culpæ pũniať, quam saltem duobus mensibus integraliter facere teneať sicut fuit ordinatum in.ca.apud Londonas.1314. e. ¶Si qs crimen capitale commiserit.) Declaramus ꝙ crimen capitale de quo loquitur constĩ, est peccatum mortale, quod in committente inducit infamiam, sicut sacrilegium, homicidium, adulteriũ, fornicatio, furtum, rapina, falsũ testimoniũ, ebrietas assidua, & si qua sunt similia, quæ in committente infamiam inducunt. Pro talibus imponenda est pœna grauioris culpæ. Verum pro furto & lapsu carnis vel pro homicidio vel quocũq; alio crimine pro quo in sæculo mortem mereref, vltra prædictam pœnã debet carceri mancipari, f. ¶Si qs procurauerit ꝙ ipse vel alius eximať à potestate sui prælati.) Declaramus ꝙ quicunq; procurauerit correctionem de se vel de alio factam, vel assignationẽ quãcũq; per personas extra obedientiam nostri ordinis cõstitutas ĩpedire, pœna grauioris culpæ puniať, & omnibus gratijs, ordinis sit priuatus, nec ad ĩpas restitui possit nisi per Magistrũ ordinis, vel capitulum gñale. Et eãdem pœnam volumus incurrere eos qui per personas extra obedientiam nostri ordinis constitutas procurauerint ꝙ frater aliquis de prouincia vel de conuentu aliquo expellať, sicut fuit ordinatum in cap.apud Caturcium.1319.& apud Rothomagum.1320. ⁋Item declaramus ꝙ si qs frater subditus vel p̃latus inducat aliquem fratrem per se vel p aliũ ad electionem cuiuscũq; prælati aut officialis nostri ordinis, si ĩ hoc deprehẽsus fuerit, pena grauioris culpæ puniať, & sit per triennium omni voce actiua & passiua priuatus, sicut fuit ordinatum in.c. Parisius.1286.& Burdegalis. 1287.& apud Lucam. 1298. g. ¶Si proclamatus conuictus fuerit.) Declaramus ꝙ licet secundum iura cõuictus propriæ dicať qui per testes in iudicio conuinciť, tñ conuictus ẽt diciť qui prælato suo peccatum suũ

fatet coactus per aliquam excõmunicationem, siue per inclusionem, siue per disciplinas, & alias pœnitentias. Vnde taliter cõuictus illas easdem pœnas confessionis incurrit, sicut fuit declaratũ in c. apud Tholosam 1328 Accusatus ãt à pluribus nõ con testibus, ab vno & vno actu, à se cundo de alio eiusdem speciei, talis non est conuictus, nec põt sententialiter condemnari, sed bene potest ad qõnes poni. Similiter qñ contra aliquem fratrem habẽtur testimonia secularium põt arctari ad dicendum veritatem & ad qõnes poni, potissime qñ infamia contra eum laborat, sicut fuit alias declaratum, vcz apud Ferrariam. 1362 vnde Petrus de Palude dicit, ꝙ si infamia precedẽte duo testes sæculares deponunt contra fratrem aliquem, talis potest separari, & veritas ab eo extorqueri. Immo vt idem dicit infamia & vna violenta suspitio, vel infamia & vnus testis sufficiunt, ad separationem fratris punien di. Et talis sic separatus tenetur iudici dicere veritatem de crimine de quo ẽ infamatus, tã de se ꝙ de alio, qa mẽtiri in iudicio est mortale. Eo ãt ipso quo qs vnũ crimẽ habet ꝑpter quod iudex iuste inquirit & procedit cõtra eũ, ex hoc ipso de alijs criminibus põt inquirere ẽt si sint sibi occulta, quia non ꝑpter occultationem peccati sed ꝑꝑ occultationem peccatoris prohibet hõ de occultis iudicare. Vbi ergo per vnum crimen iam ẽ diffamatus esse peccator, debet ẽt de alijs criminibus dicere veritatem. hæc ille. Nõ põt tñ talis sic diffamatus per sententiã cõdẽnari, nisi per duos testes vel ꝑ propriam confessionem fuerit conuictus. ✠ Hoc vltimum dictum Petri. s. eo ipso quo quis vnũ crimen hẽt ꝑꝑ quod iudex iuste inquirit & procedit cõtra eum, ex hoc ipso de alijs criminibus põt inquirere, ẽt si sint sibi occulta, impugnatur, & expugnatũ à Caietano, secũda, secũde q. 69. ar. primo, & secũdo, ideo caueant prælati, ab hmõi Inquisitione, quia peccant ipsi precipiendo, & subditi non tenẽtur obedire.

¶ 2. Pœna autẽ sequestrationis tunc tantum locum habeat, quãdo propter peccatum mortale ad pœnam grauioris culpæ quis est dãnatus. In Refectorio quoque ad communem mensam cum cæteris non sedebit, sed in medio Refectorii, super .h. nudam terram comedet, & prouidebitur

ei seorsum panis grossior, & potus aquæ, nec reliquię prandii sui cum aliis misceantur, vt cognoscat se ita sequestratum à cōsortio aliorum, quod priuetur (nisi p pœnitentiam redeat) consortiis Angelorum. Ad canonicas horas, & grās post comestionem, ante hostiū Ecclesiæ transeuntibus fratribus prostratus iaceat, dū intrant & exeunt. Nullus autem se audeat coniungere illi, vel aliquid mandare. ¶ 3. Prælatus tamen (ne in desperationem labi possit) mittat ad eum qui ē in grauiori culpa seniores, qui cōmoneant eum ad pœnitentiam, prouocent ad patientiam, foueant per compassionem, hortentur ad satisfactionem, adiuuent per suam intercessionem, si viderint in eo humilitatem cordis. Quibus etiam suffragetur totus Conuentus .i. Nec renuat Prælatus cū eo facere misericordiam, Et si videbitur ei, denuo vapulet ad pedes singulorū, primo Prelati, deinde vtriusq; lateris sessōrum. Talis quandiu erit in hac pœnitentia non communicet, nec veniat ad osculū pacis. Si Prædicator est, prędicationis officium non exerceat. Non notetur ad aliquod officiū in Ecclesia, nec vlla ei committatur obediētia, nec vocem habeat (nisi in sui accusatione) ante plenariam .K satisfactionem, vel donec p Magistrum ordinis .l. aut Diffinitores capituli generalis vel prouincialis fuerit restitutus. Si fuerit sacerdos vel diaconus, his officiis non fungatur, nisi postmodum religiose conuersatus fuerit.

.h. ¶ Super nudam terram.) Declaramus ꝙ in Refectorio p sedentibus in terra pro grauiori culpa debet hēri asser aliquis immediate iuxta terram super quem ponantur cibaria. vcz panis & aqua, & ipsi debēt sedere super nudam terram. Pro alijs vero qui sedent in terra pro silētio vel alijs defectibus, debent haberi asseres super quos sedeant, &

aut, & aliqua mensa vel forma
lignea seu bácheta super quam
comedant. .i. ¶ Nec renuat p̃
latus cũ eo facere misericordiã)
Declaramus ꝙ qñ frater aliquis
accusatur d' aliquo graui & per
testes cõuincitur, vel ipse in lo
co iudicij confitetur, prælatus
non potest ei parcere quantum
ad pœnas priuatiuas quæ in no
stris cõstõnibus continentur,
nec ẽt debet ei parcere à penis
positiuis. Potest tñ in his parce
re de consilio discretorum. Lo
cus ãt iudicij ẽ capitulũ vel dif
finitoriũ vel alius locus vbi sũt
consiliarij cõgregati, vt iudicia
liter agatur cõtra eum. In secre
to tñ potest in omnibus dispen
sare sicut fuit declaratum in ca.
apud Montempesulanũ. 1271. &
1294. Et si dicaẽ ꝙ cum confes
so mitius est agẽdum & per cõ
seqñs tales pœnæ sunt ei remit
tendæ, dicendum est ꝙ in pœ
nis positiuis puta ꝙ stet in carce
re, ꝙ comedat in terra in pane
& aqua cum ꝓstrationibus tot
diebus, ꝙ dicat tot psalteria, &
accipiat tot disciplinas, si spon
te confiteẽ, cum eo mitius ẽ agẽ
dũ, & quo ad hmõi pœnas põt
prælatus ei parcere de consilio
eorũ coram quibus iudicialiter
cõfessus est. Sed quo ad pœnas
priuatiuas puta ꝙ sit priuatus
voce actiua vel passiua vel gra
tijs ordinis, vel officio prædica
tionis, & alijs hmõi q̃ in nostris
constitutionibus continenẽ, &
quæ sũt canonis late sniæ, non
potest prælatus ẽt cum sponte
confesso dispẽsare, sed hoc per
tinet ad magistrũ ordis, vel ad
diffinitores cap. generalis vel ꝓ
uincialis, sicut fuit declaratum
Tholose. 1328. & Colonie. 1301
& Basil. 1473. .k. ¶ Añ plena
riam satisfactionem.) Declara
mus ꝙ cum ad plenariam alicu
ius debiti satisfactionem alterũ
duorum requiraẽ, vcz aut debi
ti solutio ex parte eius qui satis
facere teneẽ, qñ vcz soluit debi
tum, vel debiti relaxatio ex par
te illius qui potest debitum
relaxare, quando videlicet il
le cui satisfaciendum est remit
tit debitum, ita in proposito
si ille qui est ĩ grauiori culpa sic
adiudicatus ad faciendum talẽ
pñiam vsq; ad vnum mensem
vel ad alium terminũ & pñiam
sibi iniunctam facit, vel prælat⁹
qui potest talem pñiam remit
tit vel relaxat, diciẽ plenè satis
fecisse, sicut fuit declaratũ apd
Tholosam. 1328. .l. ¶ Ac donec
per magistrum ordis.) Declara
mus ꝙ ista clausula fuit in cap.
apd Montempesulanum. 1316.
confirmata, cum duobus capi
tulis imediate præcedẽtibus sic
isset inchoata & approbata. Vñ
ibi sic diciẽ. Confirmamus hãc
in c. de grauiori culpa vbi diciẽ.

nisi

nisi per magistrum ordinis, deleat & dicat sic, Ac donec per magistrum ordinis. Et ita videt ꝙ ille q est in grauiori culpa nō possit habere vocem actiuā vel passiuam, nec illis officiis qbus est priuatus fungi nisi prius satisfecerit & per magistrum ordinis vel per diffinitores fuerit restitutus. ❧ ¶ At in cap. Rom. 1518. in constōnem redactū fuit quod per duo capitula immediate præcedentia fuerat inchoatum & confirmatum, vcz ꝙ copulatiua mutaret in disiunctiuam & dicat, vel donec per magistrum &c. ac ꝑpea ille q ē in grauiori culpa, cum primū satisfecerit pōt illis officijs qb' priuatus fuerat fungi, & voce actiua vel passiua potiri, absq; noua restitutione a Magistro ordinis vel diffinitoribus expectāda, nisi forte in sententia priuationis esset expressum, ꝙ illis nō fungatur, donec fuerit restitut⁹.

¶ 4. Si quis autem (quod Deus auertat) in peccatum carnis lapsus fuerit, aut furtum cōmiserit, quod sit notabile iudicio discretorum, vel literas Magistri ordinis, vel Priorum prouincialiū, vel eorum sigilla falsificauerit, vel falsificatis scienter vsus fuerit, aut in Prælatum suū manus iniecerit temerē violentas, aut quemcunq; letaliter vel grauiter & atrociter percusserit, aut infra septa Monasterii super se arma inuasiua portare ꝑsumpserit, aut aliquod prędictorum fieri fecerit, carcerali custodiæ .m. mancipetur. ¶ 5. Si quis etiam alteri fratri ordinis, vel ipsi ordini crimen falso imposuerit, propter quod crimen secūdum nostrarum seriem Constitutionum frater aliquis carcerem mereretur, aut crimina quæcunq; huiusmodi fratrum secularib. personis, & extra obedientiam nostri ordinis constitutis reuelauerit, vñ fratri, vel ordini infamia, vel damna fuerint subsecuta, modo cō simili carcerali custodiæ mācipetur. Et nolumus quod huiusmodi ordinis destructores possint (nisi per Magistrum ordinis, vel generale capitulum) liberari. Idē dicimus de fratribus, qui in

uenti fuerint ad taxillos lusisse, aut in sententiam excommunicationis à quocũque iudice nostri ordinis rite latam scienter incidisse. Quos etiam pœnę carceris volumus subiacere.

statutum ℘ hmõi electionibus factum ĩ ca.gñali Bonoñ. 1564. Quod est tale, Quia electionũ libertati, quàm maximè sãcta Synodus cõsultum voluit, Admonemus in primis Reuerendos Prouinciales, & alios supiores, qbus potestas dirigendi, & confirmandi electiones commissa est, vt ea q̃ modestè vtantur. Quare, vbi spãlis necessitas non fuerit, nullus electoribus proponatur, ꝙ si necessarium existimabunt, non pauciores q̃ tres pro singulis electionibus proponãt. Cæterum si electores alioq dignum, quãuis nõ de propositis elegerint, eam tñ electionẽ confirmator diuini iudicij memor, (nisi iusta subsit cã) confirmare non renuat. Precipimus proinde vniuersis fratribus nostris, vt in futuris electionibus infrascripta forma deinceps obseruet. & si secus factæ fuerint irritæ prorsus habeantur. Singuli electores in schedula scribant vel scribi faciant nomen electi, eligentis autem nomen nunq̃ scribatur, nec scrutatoribus nec cõfirmatori vnq̃ reueletur. Ad recipiendum vero prædictas schedulas tres scrutatores à cõstõnibus deputati sedeant, Quibus conuentus possit addere quartũ, Quẽ electores eligant ĩ capitulo ℘ schedulas tribus primis exhibendas, & q à pluribus nominatus fuerit (quãmquam vota non excesserint medietatem) ille nihilominus fit quart⁹ scrutator, ꝙ si duos equalia vota habuisse constiterit, ille præferendus est, qui fuerit antiqor in ordine, ita quòd ex primo scrutinio quartus ille scrutator semꝑ habeat, ℘ ea dũtaxat electione. Postquàm vero predicti tres aut quatuor scrutatores ad mẽsam in conspectu omnium sederint schedulas inuolutas ab electoribus accipiant, & in vrnam aut capsulam demittãt, nihil aliud respiciẽtes nisi ꝙ vna tm̃ ab vno exhibeatur, Postquàm oẽs accesserint, in commune effundant & legant, & facta collatione numeri ad numerum, cum inuenerint ꝙ aliqs extra collegiũ aut numerum eligentium existens fuerit electus à maiori parte vltra medietatem omnium eligẽtium, eius electio rata & legitima habeatur, si verò de numero ipsorum eligentium aliqs electus fuerit, vt illius electio rata, & legitima habeatur, duo vota vltra medietatẽ adesse oportet, ne fraudi loc⁹ adsit, & ne possit aliqs seipm eligere. Habito schedularum numero, & collatione facta numeri ad numerum, schedulæ in conspectu præsentium electorum exurantur, deinde in medium capituli veniẽtes scrutatores, nomina publicent corã

qui

qui fuerunt electi exprimentes numerum votorum quem vnusquisq; habuit. Quod et faciendum est, licet nullus fuerit à maiori parte vltra medietatem electus, vt ad secundum scrutiniū possint dirigi electores, Decretum vero electionis, ab illo qui inter scrutatores primus fuit, cuius electo suum votum nō contulerit, per hæc verba formet. Ego. F. N. Vice præsentium electorum eligo F. N. priorē, Quòd si primus scrutator fuerit elect⁹ secundus scrutator in publicando scrutinio & formādo decreto succedat, & ea solum quæ in cap. publicantur, in decreto electionis ad confirmatorem mittendo scribenda sunt, subscriptis noībus scrutatorum, clausū verò & sigillo munitum, ad cōfirmatorem transmittatur. Et idem modus eligendi seruet in electione Prioris Prouincialis, & Magistri ordinis, & diffinitorum cap. gñalis, & prouincialis, & socij Prioris conuētualis euntis ad cap. Prouinciale. In reliquis verò omnibus, quæ hic non expresse mutantur, antiqua statuta obseruentur. Socij verò Prioris pūincialis eūtis ad ca. gñale, siue diffinitoris capituli generalis eodem modo à diffinitoribus capituli prouinlis eligantur, ac designent sicut antea consueuit fieri. In receptione quoq; nouitiorū ad habitum siue ad professionem, & in præstando consensu in cōtractibus q circa tpalia negocia fieri solēt, nihil innouatum censeat. Declaramus præterea, vt i illis prouincijs, in qbus vel ex Apostolico indulto vel probata, & iamdiu recepta consuetudine, præter nomen electi solēt apponi alia nomina eorum q simul postulantur, ea cōsuetudo deinceps conseruetur & nomina eorum qui postulantur numerus quoq; similiter in capitulo publicētur, & in decreto scribant & mittant. Et ad oē dubiū à pmisso statuto penitus remouendum. Super illud de scrutatoribus, vbi dicitur nihil aliud respicientes, nisi q vna tm̄ ab vno exhibeatur. Declaramus id cōmodissime fieri posse, si postq omnes schedulæ receptæ fuerint, numerentur anteq aperiantur, & si numerus earum nō sit æqualis numero eligentium, statim sine aptione comburantur. Si verò sit æqualis, apiant &c. ¶ Item illud quod dicit quòd si electus sit d numero eligētium, adesse oportet duo vota vltra medietatem. Declaramus satisfieri huic statuto dummodo cōstet illum esse electum à maiori parte, secluso voto suo (si forte illud sibi contulisset) id autem sufficienter constat, si adsit vnū

votum

votum vltra maiorem partẽ puta. Si eligẽtes sint qnq;, maior pars, sũt tres, requiritur ergo & sufficit vt electus (qñ est de numero eligentium) habeat quatuor vota ad hoc vt eius electio rata habeatur. ¶ Item sup illud, In reliqs verò omnibꝰ, quæ hic non expresse mutantur antiqua statuta seruentur, Declaramus eadem antiqua statuta siue antiquũ morẽ debere seruari ĩ scrutinio sup retẽtione vel amotiõe ꝑoris cõuẽtualis vel ꝓuĩcialis.

¶ .m. Si vero infra mẽsem non elegerint, vel postulauerint, Prior prouincialis ꝓuideat Conuentui de Priore .n. qui competenter sciat in dicto Conuentu ꝓponere verbum Dei. Nullus eligatur aut cõfirmetur in Priorem, nisi sciat grammaticè loqui absque falsa latinitate, & sit ita istructus (saltem ĩ moralibus sacræ scripturæ) vt sciat proponere competenter verbum Dei in suo Conuentu. Quod si secus factum fuerit in Cõuentibus habentibus integrum numerum fratrum, confirmator absoluatur, & per triennium omni officio ordinis priuetur, ¶ 4. Electiones seu postulationes, in nostro ordine per scrutinium, si hoc solũ obseruatũ fuerit, ꝙ maior pars medietate consenserit ante publicationem scrutinii, possint à confirmatore pro canonicis approbari. Et semper ĩtelligatur cõfirmatorẽ supplere defectus electiõis, qui eius subsũt potestati, quando sine clausula diminutiua confirmat electionem.

.m. ¶ Si vero infra mensem nõ elegerit) Declaramus ꝙ si electores statuerint aliquam diem ad eligendum priorem infra mensem, & ĩ illa die statuta non elegerint, poterunt alium diem infra ipsum mensem constituere ad electionem faciendam, sicut declaratum fuit apud Tholosã. 1304. Declarantes ꝙ istud verbum negatiuum non elegerint, negat oẽm actũ eligẽdi. Et ideo si ĩfra mensẽ nullũ actũ eligendi fecerint, tunc ꝓuisio de priore ad Prouincialem spectabit, nisi per ipsum concederetur eis potestas eligendi. Si autem infra mensẽ elegerint sed ĩ discordia vel cũ aliquo defectuꝰ reddente

electionẽ

electionem minus canonicam. prior provincialis poterit talē electionem cassare, sed nō poterit de priore propria ptāte puidere, sed oportebit electionem ad vocales remittere, qui poterūt ī aliqua die infra prædictū mensem aliam electionē celebrare. ✠Et hoc idem declaratum fuit in ca. Rom. 1542. ꝙ si vocales fuerit discordes & pares in electione priorum, si infra mēsem fecerint aliquem electiōis actū, quis nullus egrediatur electus nō ppea deuoluitur authoritas ad prouincialem puidendi de priore, & sic Priores taliter puisos decernimus nō esse priores. ¶Sed trāsacto mense prædicto, si ex culpa vel defectu electorū electio nō fuerit infra illū mensem canonicè facta, potestas puidendi de priore ad ipsum puincialem deuoluet. Si verò infra mensem electio canonice celebret ab electoribus, & pp defectum ipsius prouincialis non confirmetur, habebūt electores adhuc tps vnius mensis post pdictam electionem cassatam ad aliam electionem faciendam si cut fuit declaratum apud Valētiam 1337. Declarantes ꝙ quāuis coustō non præfigat terminum prouinciali ad prouidendum de priore, sed absolute dicat ꝙ si infra mensem non elegerint prior prouincialis cōuentui prouideat de priore, non tñ pp hoc intendit derogare iuri communi quo cauet vt ille ad quē ptās deuoluit debeat infra tres menses ecclesiæ viduate prouidisse vt habetur in cap. Ne p defectu. extra de elect. Et ideo si prouincialis vel eius vices gerens in pdicto casu infra tres menses conuentui de priore nō prouiderit, elapsis tribus mensibus non poterit prouidere. Et si prouiderit prouisio non valebit, sed ad magistrum ordinis potestas prouidendi deuoluet. ar. extra de supplen. negli. prælа. c. licet. vbi dicit gl. quòd mora in electionibus non pōt purgari. .n, ¶Qui cōpetenter sciat proponere verbum Dei.) Declarantes ꝙ ille qui nescit competenter proponere verbū dei, nec eligi potest in priorem nec confirmari, qa videt ineligibilis secundum cōstōnes, vñ in. c. apd Venetias. 1357. sic dicitur. Volumus & ordinamus ꝙ nullus de cætero cōfirmet in priorē nisi sit sufficiēs iudicio puincialis ad proponendum verbū dei. Mādantes strictissime prioribus puincialibus, ꝙ oēs priores insufficiētes absoluāt à suis officijs indilate. Et in cap. apud Tholosam. 1372. sic dicit. Ordinamus ꝙ nullus frater possit eligere in priorem eum qui nescit competenter proponere verbū dei,

del, nec &t possit eligi qui ñ pōt sequi chorum, dormitoriū & refectorium & communia prout decet. Et idem fuit declaratum apud Cenomanum. 1491 & in multis alijs capitulis.

,o. ℭ 5. Fratres autem post quatuor annos a professione sua, si tamen sint in sacris constituti, ad electioné Prioris conuentualis admittantur. Infra vero idem tépus in socios Priorum conuentualiū, vel in electores Priorum prouincialium vel in Priores nullatenus eligantur.

.p. ℭ Si vero de aliena Prouincia fuerint, postquàm p annum continuum in aliquo vno Conuentu alienę Prouinciæ assignati morati fuerint, admittantur ad electiones in illa puincia sicut alii. Et hoc, tam si ad tépus, quàm si simpliciter ad alienam Prouinciam quis assignetur. Infra vero idem tépus non admittantur ad electionem electorum Prioris puincialis, nec ad tractatus eorum q̄ ad generale vel puinciale cap. sunt mittéda

.o. ℭ Fratres autem post quatuor annos a professione sua.) Declaram' q̄ ille frater qui nō habet quatuor annos in ordine à professione sua, nō pōt esse prioris vel supprioris vicarius in casu quo eet prioris vel socij eius electio celebranda. Et gñaliter vocem non habet i his quæ ad cap. gñale vel prouinciale ordinariè sunt mittenda, sicut declaratum fuit apud Diuionē. 1333 Similiter fratres laici d̄ statu conuersorum ad statum clericorū, promoti non habeant vocem i quacūq; electione nec ad ea q̄ sunt mittenda ad capitulū gñale vel puinciale añ quinq; ānos completos à die receptionis habitus clericorum computādos sicut declaratum fuit in cap. apud Bruges 1369.

.p. ℭ Si vero d̄ alia fuerit puīcia post ꝓ p annū continuū) Declaramus q̄ fratres qui sunt d̄ vna prouincia si assignētur i aliquo conuentu alterius prouinciæ siue pro studio siue quocūq; aliomō si non sint ibi totaliter trāslati nō hñt vocem in illo cōuentu nisi post talē assignationē steterint p vnū annū continuū in aliquo cōuentu p̄fatæ puinciæ. ✠ Et intelligit̄, q̄ fuerit continuatio assignationis, et maioris partis vnius āni, vt declaratum fuit in capitulo Rom. 1532. Si verò fuerint totaliter translati &

ti & illi prouinciæ in corporati, tūc postq̃ fuerint i aliquo cōuentu illius puinciæ assignati, absq; aliqua dilatione, habebūt in præfato conuentu vocem ad electiones faciendas si tñ compleuerint quatuor annos à sua professione, quia sic trāslati sūt de illa puincia ad quā sunt totaliter translati & non de alia, sicut fuit declaratum apud Bruges. 1336. & apd Tholosā. 1304. & Coloniæ. 1428.

¶ 6. q. Electio autem tam Priorum Prouincialium, quàm conuentualium, ad illos tantum ptineat electores, qui personaliter præsentes in electione extiterint, sicut fit in electione magistri.

.q. ¶Electio aūt tā priorū prouincialium q̃ conuētualium ad illos tm̄ ptineat electores q per sonaliter pn̄tes in electione extiterint.) Declaramus q licet secundum iura illi qui sunt absentes possint instituere procuratorem ad eligendum qñ electio est fienda, tñ in ordine nostro in quacūq; electione fiēda non pn̄t electores absentes p literas aut per procuratorem eligere, sed oportet q ipsi personaliter aut pn̄tialiter in loco electionis existant, nisi in eodem conuentu essent infirmi decumbentes, quia tūc scrutatores deberent ad eos accedere. Instāte tñ electione prioris in conuentu vel tractatu de socio faciēdo si aliqui ex electoribus extra cōuentum infra dietam fuerint, debent p̄sidentes conuentuum ad eos nuncium mittere. Quod si noluerint vel non potuerint venire, vel in loco vbi verisimiliter putabant debere eē, facta diligenti inquisitione inuēti nō fuerint, poterunt electores præsentes postq̃ hoc eis legitime cōstiterit, in eorū absentia canonicè ad electionem procedere sicut fuit declaratum in capitulo apud Bisuntium. 1353.

¶Item declaramus q in diuersis conuentibus separatis quorum vnus ab alio non depēdet non potest aliquis frater habere vocem, nec prior in vno conuentu potest habere vocem in alio nisi forte ibi institueret vicarius ad tps vt habet in cap. Constitutis. de electione. & ca. vlt. de reli. & ca. Cum singula. de præben. li. vi. Vt ēt fuit in pluribus capitulis ordinatum vcz Bononiæ. 1305. ¶Item declaramus q cum ex inductionibus & practicis indebitis libertati electionum ordinis plurimum detrahat, et turbationes et scandala plurima consequantur, & sinceritas stat⁹ ordis nostri multipliciter ledatur, pp hoc i multis

tis capitulis fuit strictissime ꝓhibitum ne aliquis prece, ꝑcio, promissione, comminatione, ex certa sciētia & ex animi deliberatione præsumeret aliū ad eligēdum aliquem inducere. Qui verò contrarium fecerit, sit per triennium omni voce priuatus & nihilominus penis alijs acrius puniatur. Et eandem pœnā incurrat ille q hoc sciuerit nisi statim habita opportūitate debita prælato suo ipsum inductorem reuelauerit, sicut fuit ordinatum apud Parisius. 1286. & apud Burdegal. 1287. & apđ Lucam. 1288. & apud Treueri. 1289. & apud Placentiam. 1310 & apud Neapoli. 1311. & apud Carcassonā. 1312. Similiter pp eādē rōnē vt electiones nostræ libere fiāt. Declaramus ꝙ à die noticie mortis vel remotionis prioris vsq; ad vnum mensem completum, nō pñt nec debēt fieri assignationes nec mutationes, nec augeri nec diminui voces in illo conuentu anteꝗ nouus prior sit electus & cōfirmatus, nisi ꝓ officio lectoratus aut graui scandalo, nec ēt celebrata electione noui prioris debēt fieri assignationes donec ipa electio habuerit confirmationis effectum, cum semper isto medio tpe electio maneat in suspēso & possit cassari sicut fuit ordinatum Bononiæ. 1315. ✠ Et quia in omnibus ferè prouinciis priores hñt tp̄s determinatum, vltra quod nō extenditur eorū prioratus officium, & consequenter scitur, aut sciri potest dies remotionis seu vacationis prioris, ideo non debēt fieri none assignationes seu mutatiões fratrum intra mensem hmōi vacatiōis, & de hoc admoniti fuerunt Prouinciales in Capitulo Bonoñ. 1564. per hæc verba. Admonemus Reuerēdos Prouinciales, vt cum celebrādæ electionis in conuentu aliquo tp̄s instat, ēt si Priori, mēsis vnus superfit sui officij, maximè abstineāt à mutationibus fratrū i dicto cōuentu i quo istat electio nisi in his casibus, q i nostris cōstōnibus exprimunť ne pp hoc eligentium libertati aliquod ꝑiudicium fieri videatur.

Prior autem conuentualis, de consilio discretorum fratrū sui Conuentus, instituat Suppriorem, cuius officiū erit habere diligentiam circa Conuentum, & corripere delinquentes, & in alijs quantum Prior assignauerit, vel ei permiserit. Idem autem Supprior mortuo Priore, vel amoto, vices eius in omnibus plenariè

obtineat

obtineat, quousq; Prior eiusdem loci fuerit electus, et confirmatus, & in domo præsens extiterit, nisi Prior Prouincialis aliter ordinauerit. In quotidianis vero cappitulis, nõ accusetur Supprior, nisi aliquando ꝓ aliquo maiori excessu (secundũ quod Priori visum fuerit) proclametur.

.r. ¶ Prior conuentualis de cõsilio discretorũ.) Declaramus ꝙ Prior conuentualis nõ potest instituere suppriorẽ nisi de consilio & assensu spãliter ad hoc cõgregato maioris vel sanioris partis patrum illius conuentus, qui iuxta morem solent ad cõsilia vocari, & oportet ꝙ ille frater q debet supprior institui sit in eodẽ conuentu assignatus, sicut fuit declaratum in cap. Venetijs. 1325. Ad consilia autem vocandi sunt qui fuerunt Priores, lectores principales, vel Vicarij nationum, vel i aliquo studio generali sentẽtias legerint, vel qui actualiter sunt suppriores, vel qui per magistrum ordinis vel priorem prouincialem instituti fuerint, sicut fuit declaratum apud Papiam. 1423. ¶ Itẽ declaramus quòd priores prouinciales in sua prouincia duntaxat, possunt instituere supriores, quia in rectoribus essentialiter ordinatis quod inferiori conceditur, superiori nullatenus denegatur, nisi super hoc specialis fiat exceptio, sicut fuit declaratum apud Bisuntium 1353. ¶ Item declaramus ꝙ in quolibet conuẽtu suppriore carente, priores secundum modũ in constõnibus positum tenenẽ infra spacium vnius mẽsis, supriores instituere, vel instituendos petere. Et qui in hoc inuẽti fuerint negligentes à suis officijs absoluantur, sicut fuit ordinatum apud Neapolim. 1311. & apud Valentiam. 1337. Declarantes ꝙ imminẽte tractatu eorum quæ ad capitulum mittenda sunt, non debent priores vllomodo suppriores absoluere. Quod si contrarium fecerint à prioratus officio in pœnã absoluantur. sicut fuit ordinatum apud Auinionem. 1341. ¶ Item declaramus ꝙ quiuis Prior cõuentualis non possit instituere suppriorem nisi fratrem in suo conuentu assignatum, põt tñ instituere vicarium in conuentu suo priorem vel fratrem alterius conuentus, licet hoc non debeat facere nisi in casu necessitatis. Nã secundũ iura vnꝰ ordinarius põt cõmittere vices suas alteri cuiuscũq; alteriꝰ dyoc. Et ob hoc cũ Prior sit ordinarius

In suo conuentu, poterit vices suas fratri cuiuscũq; alterius cõuentus committere. ¶Item declaramus ꝙ nec supprior necuicarius institutus à priore põt in absẽtia prioris alium vicarium substituere, nisi sibi spãliter cõmittatur per priorem, dicendo in suo recessu. Ego instituo in vicarium illum vel illos, quos instituẽdos duxeritis Sicut fuit declaratũ apud Tholosã. 1328. ¶Item cum absentia supprioris sit couentui valde damnosa nullo modo debent suppriores in socios priorum eligi, Qui autem oppositum fecerint debẽt grauiter puniri ac voce priuari sicut fuit ordinatum Bononiæ. 1275. & Tholosæ. 1304 ¶Item declaramus ꝙ suppriores & vicarij priorum in absentia prioris non põt recipere fratres ad ordinem vel ad professionem neq; ẽt ad sacros ordines ꝓmouere, sicut fuit ordinatum apd' Montempesulanum. 1394. & apud Briuam. 1396. Possunt tñ absentibus prioribus ꝑ priuilegiũ quod dicitur Maremagnũ, omnes fratres suorum conuentuum vel ad eos declinantes ab omnibus excessibus & censuris à iure vel à iudice gñaliter promulgatis absoluer, sacramẽta eucharistiæ & extremæ vnctionis eis administrare, sicut fuit declaratum apud Tholosam. 1328. & apud Valentiam. 1337. .f. ¶Supprior mortuo priore vel amoto vices eius i oibus plenariè obtineat.) Declaramus ꝙ per constõnes nostras mortuo vel amoto priore cum supprior vices eius plenariè in omnibus obtineat, poterit supprior i tali casu agere quicquid prior in re ordinario potest. Et ideo poterit vicariũ instituere, fratres ad probationem vel ad professionem recipere, confessorẽ eligere, & aliorum fratrum confessiones audire, & alios pro audientia fratrum exponere, qa cũ sit in tali casu quasi ordinarius & potestatem ac iurisdictionẽ ordinariam hñs, poterit ꝑdicta & quæcũq; alia facere, q̃ prior iure ordinario potest. Non poterit aũt fratres pñtare epis pro confessionibus secularium audiendis, vel ꝑ ordinibus suscipiendis, vel alia hmõi facere q̃ priori competunt non de iure sed ex cõmissione .t. ¶Et in domo pñs extiterit.) Declaramus ꝙ Prior cõuentualis nouiter electus & confirmatus, anteq̃ veniat ad suum conuentum non põt suppriorem à suo officio remouere, qa ꝑ legem seu ꝑ constõnem vices eius in oĩbus plenariè gerit quousq; ipse prior pñs in domo extiterit. Postquã vero semel in conuentu ꝑsens fuerit, & postea à conuentu re-

cesserit,

cesserit, poterit et existens extra suum conuentum suppriorem vel et Vicarium à patribus electum absoluere, & alia q̃ ad suã iurisditionem pertinent quo ad fratres sui conuentus exercere.

.v. ¶ Nisi prior prouincialis aliter ordinauerit.) Declaramus q̃ mortuo vel amoto priore, prior prouincialis pr suppriorem à suo officio absoluere vel auctoritatem eius limitare, et anq̃ prior electus fuerit vel confirmatus, vel p̃ns in domo extiterit. Et poterit in eodem cõuentu Vicarium instituere fratrem alterius conuentus qui habebit vocem in electione, & in alis negocijs & tractatibus illius conuentus sicut fuit declaratum apud Cathurcium 1319. ✱ Non potest t̃n habere i electione vocem passiuam in eo. Sicut ordinatum fuit in cap. Rom. 1553. & 1558. & Auenioni. 1561. & Bonon. 1564.

¶ 7. Si vero mortuo .x. Priore vel amoto, vel absẽte domus Suppriorẽ p̃ntem vel Vicarium Prioris (in eius absentia) nõ habuerit, tres patres illius Cõuentus praesentes, & vocem in electionibus habentes, qui primitus habitum nostri ordinis susceperunt (si tamen post professionem à nostro ordine nullatenus discesserunt. nisi per Magistrum ordinis vel Prouinciale, vel g̃nale capitulũ, cũ eis fuerit dispensatum) aliquem fratrem de conuentu illo, in domo praesentem, antequã comedant & bibant eligere teneantur, renunciatione qualibet non obstante. Qui vices supradictas Prioris obtineat, quousque domus ipsa Priorem praesentem habeat, vel Suppriorẽ, vel vicarium Prioris, i eius absentia, vel Prior p̃uincialis vel conuentualis aliter ordinauerit. Quod si praedicti tres non cõcordauerint, duorũ sententia ad prouidendum siue de vno ipsorum triũ, siue d aliquo alio fratre cõuentuali p̃nte praeualebit.

.x. ¶ Si vero mortuo vel amoto priore.) Declaramus quòd mortuo vel amoto Priore si domus non habuerit supriorem vel Vicarium eius, vel alicuius alterius superioris, tres patres antiqui qui diutius habitum nostrae religionis post p̃fes

 sione

sionem portauerunt,& assignati sunt in pfato couentu,tenent eligere vnum Vicarium,qui in tali casu poterit in electione cū alijs duobus vota recipe,& oīa facere q̄ potest Supprior mortuo vel amoto priore facere,sicut declaratū est apud Cathurciū.1319.& apd' Tholosā.1328.y. ¶Vel Vicarium prioris.) Declaramus q̄ cū mortuo vel amoto priore Vicarius ab eo institutus extra remoueat, & non remaneat amplius Vicarius, sicut declaratum fuit apud Bruges.1369.illud verbum vel Vicarium prioris) nō debet referri ad illud mortuo vel amoto priore,sed ad illud verbum vel absente priore. Et in tali casu vez in absentia prioris si dom⁹ suppriorem vel Vicarium eius, vel Vicarium prioris nō habuerit,tunc tres fratres illius couentus q diutius habitum nostre religionis post professionem portauerunt tenebuntur aliquē fratrem de illo conuentu in Vicarium eligere, q vices prioris in omnibus plenariè obtinebit, quousq; domus ipsa priorē presentem habeat, vel supriorē, aut Vicarium prioris, vel prior prouincialis vel cōuentualis aliter ordinauerit. Ex quo patet q̄ verbum illd' vel Vicariū prioris,refertur ad absentiam & nō ad remotionem prioris, qa prior remotus ab aliquo conuētu non pōt de illo aliqd disponere vel ordinare,quod tamen potest in suā absentia facere.Et pter hoc in cap.Bononiæ.1262 cum in prædicta clausula si verò mortuo nulla fieret mentio de absentia prioris nec de eius Vicario,fuit statutum & confirmatū vt sic diceret.Si verò mortuo priore vel amoto addatur vel absente.Et infra. Et domus suppriorem præsentem non habuerit,addatur vel vicariū prioris. Et infra vbi dicit vel Prior puincialis, addatur vel cōuentualis aliter ordinauerit. Et ita bene apparet q̄ pdicta clausula q̄ solum se extēdebat ad eligendum Vicarium in casu mortis, vel remotionis prioris, nunc p illas tres dictiones additas ēt se extendit in casu absentiæ ipsius prioris. ¶Item declaramus q̄ priores absoluti à suis officijs, ad illos conuentus de qbus fuerunt assumpti ptinebunt,nisi p superiores de illis aliter fuerit ordinatum.z,¶Fratrem aliquē de illo conuentu.)Declaramus q̄ aliqs frater pprie dicit eē de aliquo conuentu q ē in illo cōuētu assignatus per priorē prouincialem vel p magistrum ordinis vel eorum Vicarios,vel p capitulum gñale,vel puinciale Et talis proprie dicit eē cōuentualis illius conuentus, ēt si nō

fuerit

fuerit in illo professus. Nō pos sunt ergo illi tres patres aliquē fratrem eligere in Vicarium nisi fuerit in illo cōuentu assignatus. Sic enim poterit dici de illo conuentu, vel frater conuentualis illius conuentus, sicut fuit alias declaratum, apud Tholosam. 1328

¶ 8. Nulli autem .&c. Præsidenti ordinis liceat alicui extra obedientiam nostri ordinis existenti curam committere super fratres, vel cōuentus ordinis quomodocunq;, nisi Prælatis ex ordine nostro assumptis, supra socios eis deputatos, & q̃diu sunt eorum socii, & nisi super apostatas & vagos, hoc est sine ordinis licentia, extra ordinem commorantes, quādiu sic extra manēt. Super quos volumus, ꝙ nō solum Magister ordinis, sed etiā Priores prouinciales, & eorum vicarii possint potestatem cōcedere omnibus ecclesiasticis psonis. Quod si secus factum fuerit sit irritum & inane. ¶ 9. Fratres vero nostros, tam in Episcopatu præcise titulari, vel alias infra Episcopatum constitutos, & beneficiatos, vel exemptos ab ordine, exceptis Magistro sacri Palatii, & Pœnitētiariis perpetuis. D. Papæ qui sequuntur Ro. Cu. eorūq; sociis, nolumus in nostris Conuentibus vltra triduum retineri absq; licentia Prouincialis, cum consensu (ad minus) duarum partium Conuentus obtenta. Alioquin suspensionem à suis officiis incurrant Præsidentes ipso facto contrafacientes.

.&. ¶ Nulli p̄sidēti ordīs liceat alicui extra obiam nr̄i ordīs exn̄ti cōmittere curā vel auctātē dare sup fratres vel cōuent⁹ ordinis.) Declaramus ꝙ cum ordo noster sit imediate subiect⁹ Romano Pontifici & exempt⁹ ab oi ptāte & iurisditione quorūcūq; p̄larorum q non sunt de ordine, & cum ēt nullus præsidens vel frater ordinis possit renūciare cuicūq; priuilegio nostro ordini cōcesso, absq; assēsu capituli generalis, pp hoc ... phibetur ne alicui p̄sidēti ordinis liceat cuicūq; extra obe... tiam nostri ordīs exn̄ti cōmittere curā, vel auctoritatē dare sup

 fratres

fratres vel cōuent⁹ ordis nostri ꝙ si secus factū fuerit, irritū sit & inane. Et illi q talem auctātē hmōi personis dederint, vel alicui priuilegio ordis renunciauerint, debēt pœna grauioris culpæ puniri, à qua nō possint nisi p magistrum ordis vel priorē puincialem vel p generale vel prouinciale capitulū dispēsari.

De electione Prioris puincialis.

Tertium Capitulū.

Statuimus & ordinamus vt mortuo, vel amoto Priore puinciali, vel ipso, & eo cui vices suas cōmiserit extra Prouinciā existēte, Prior conuentualis illius loci, in quo primum capitulū prouinciale fuerit celebrādum, a. vices eius obtineat, quousq; Prior puincialis illius puinciæ sit electus, & confirmatus, & ipse vel ille, cui vices suas commiserit, præsens in Prouincia extiterit. Quod si capitulum prouinciale, ex aliqua cā, a. Conuentum alium trāsferatur (quæ translatio fiat per Priorem prouincialem vel eius Vicarium, de consilio discretorum) post trāslatione, prioris vicarii potestas expiret, & Prior loci illius, ad quem capitulum fuerit translatum vices Prioris prouincialis, i omnibus obtinebit. ¶ 2. Idem dicimus si capitulum generale contigerit ad aliam Prouinciā trasferri, videlicet ꝙ auctoritas Vicariæ ad Prouincialem illius Prouinciæ cū capitulo transferatur, Si autem Conuentus ille, cui capitulum assignatum fuerat vel trāslatum, Priorem nō habuerit, vel eum infra tēpus Vicariæ suæ mori, vel amoueri contigerit, vel extra Prouinciam esse, durante eius absentia, Prior illius domus vbi prouinciale capitulum antecedens fuerat celebratum, vices Prioris puincialis in omnibus obtinebit, & sic deinceps retrocedendo, quousq; conuentus ille in quo prouinciale capitulum fuerat celebratum priorem habuerit.

Qui

Qui vices Prioris ꝓuincialis in omnibus obtinebit, quousq; conuentus ille in quo ꝓuinciale capitulũ fuerit celebratum priorem habuerit. Qui vices prioris ꝓuincialis in omnibus obtineat, donec Prior illius prouinciæ sit electus & confirmatus, vel Magister ordinis vel generale capitulum in prædictis casibus aliter ordinauerit, vel ipse Prouincialis, vel cui vices suas commiserit præsens in Prouincia extiterit.

STatuimus &c. Et infra .a. (Vices eius obtineat.) Declaram' ꝙ illi q amoto vel mortuo priore prouinciali ex vi cõstõnum gerunt vices prouincialium in omnibus, nullã hñt ex hoc super sorores nostri ordĩs ptãtem, sicut fuit declaratum ĩ capitulo apud Victoriam. 1331 & apud Argentinam. 1307.

✠ Verũtñ, Iulius. PP. II. p suas literas in forma breuis Reuerẽdo P. F. Thomæ de Vio Caieta. tunc Vicario ordinis infrascriptas Vicarijs pro tpe, ordinis, prouinciarum, conuentuumq; eius mortuis vel amotis Magistro, Prioribus ꝓuincialibus vel conuentualibus, omnem ptãtem & facultatem tã apostolica auctoritate, ꝗ quolibet aliter concessam, & in posterum concedendam, Magistro, Prioribus prouincialibus, vel cõuentualibus pfati ordinis, exceptis illis, quæ in cõstõnibus dicti ordinis spãliter illis inhibentur, respectiue concessit de gratia spãli. Die. 7. Septembris. 1507.

¶ 3. Si vero .b. Prior illi' cõuentus, vbi prouinciale capitulum fuerit celebrãdum in Prouincia præsens extiterit, sed aliqua ex causa capitulo prouinciali nõ interfuerit, simili modo Prior illius loci, vbi fuerat præcedens capitulum celebratũ, vices Prioris ꝓuincialis (in ipso tantum capitulo durante absentia prędicti prioris, in omnibus obtinebit. Finito vero capitulo, Prior domus in qua capitulum illud fuit nouiter celebratum, vices Prioris ꝓuincialis (eo modo quo supra dictũ ẽ) in omnibus obtinebit .b. Si autem Priorẽ prouincialem ĩ capitulo generali, vel medio tempore

vsq; ad capitulum prouinciale, vel in ipso capitulo prouinciali mori vel amoueri contigerit, vel quocunque casu infra illud tempus Prouinciam aliquam Priore prouinciali carere contigerit, vel carentia ipsa durãte, ad ipsum capitulum prouinciale, eius electio pertinebit.

Qua pacta capitulum prouinciale celebretur. ¶ 4 .d. Quod si nec ipse in ipso capitulo electus, nec alius fuerit confirmatus, vel post prouinciale capitulum, Priorẽ prouincialẽ mori vel amoueri contigerit, qui eius locum obtinet teneatur conuocare quãtocyus poterit electores, & in die ad eligendum assignata Prior prouincialis eligatur vel postulet, & prouinciale capitulum celebret, nisi prius celebratum fuerit. Quod si in die statuta non elegerint vel postulauerint qui debẽt eligere, ad Magistrum ordinis potestas prouidendi trãsfeatur. Quod si fratres cuiuscunq; prouinciæ infra annũ, postquàm eis constiterit, quod prouincia caret suo legitimo Prouinciali non elegerint, vel non postulauerint Prouincialem, ipso facto electio & prouisio de prouinciali sit ad Magistrũ ordinis deuoluta.

.b. ¶ 3. Si vero prior illius cõuentus vbi prouinciale.c. fuerit celebrandum in prouincia pñs extiterit, sed aliqua ex cã capitulo prouinciali non interfuerit, simili mõ prior illius loci vbi fuerat precedens capitulum celebratum. vices prioris prouincialis i ipso tm̃ capitulo, durante absentia pdicti prioris, i omnibus obtinebit Finito verò capitnlo, prior domus in qua capitulum illud fuit nouiter celebratum, vices prioris prouincialis eo mõ quo supradictum est in omnibus obtinebit. Et postea ĩmediate sequatur. Si aũt priorẽ prouincialẽ i capitulo gñali &c. sicut fuit dclaratum apud Caturcũ. 1319. & apud Rothomagum. 1320.

.c. ¶ Si autem priorem prouincialem i capitulo gñali, vel medio tpe vsq; ad capitulũ prouinciale &c.) Declaramus quod circa principiũ ordinis vsq; ad. 1357 vbi fuit ista constõ confirmata

singulo anno fiebāt capitula p̄uincialia post ca. gñale, Et si prior p̄uincialis post p̄uīciale cap. moriebat̄ vel amouebatur ante gñale capitulū conuocabantur electores, & in die statuta eligebatur prior prouincialis, & tunc non celebrabatur capitulū prouinciale, qa iā erat celebratum. Si vero amouebatur vel moriebatur prior prouincialis in ipso capit. gñali, vel post vsq; ad diem statutam pro capitulo prouinciali, conuocabant̄ electores, & in die statuta eligebat̄ ptouincialis, & postea capitulum prouinciale celebrabat̄, in quo recitabant̄ acta capituli gñalis illo anno celebrati. Sed postmodum ad euitādas expensas & ad tollendum confusiones q̄ seq videbant̄, fuit facta ista constō, per quam statutū fuit si contingeret priorem p̄uincialem in cap.tulo gñali vel medio tpe vsq; ad capitulum prouinciale vel in ipso capitulo p̄uinciali mori vel amoueri, vel quocūq; casu cōtingeret. infra illud tp̄s p̄uinciam aliquā priore prouinciali carere, vel ipsam carentiam ēt añ illud tp̄s inceptam infra illud tp̄s durare, tūc electio ptinere deberet ad capitulum prouinciale & nō ad electores, hoc est ad priores cū singulis socijs & ad magistros in theologia & p̄dicatores gñales. Et facta electione in die statuta capitulum p̄uinciale debet celebrari. Vbi est aduertendū ꝙ si ēt añ capitulū gñale p̄uincia inceperit priore p̄uinciali carere, sed non potuerunt forte electores añ capitulum gñale congregari, nec electionem facere, vel si potuerūt & electionē fecerūt electus non fuit cōfirmatus, & sic carentia durauit vsq; ad capitulum gñale, tunc & eo casu electio prioris p̄uincialis pertinebit ad capitulum p̄uinciale, & non ad electores, sicut declaratū fuit in cap. Valētiæ. 1364. & Ianue. 1365. & Auiniōi. 1367 ✠ & demum in constōnes redactum in cap. Rom. 1558. quod inchoatum fuerat Salmāt. 1551 & probatum Rom. 1553.

.d. ℭ Quod si nec ipse in ipō capitulo electus nec ali⁹ fuerit cō firmatus.) Daclaramus ꝙ cum per priuilegia sit nobis concessum ꝙ qñ iu aliquo cap. vel cōuentu nostri ordinis d̄ p̄uinciali vel cōuentuali priore occurrerit electio facienda, si ex aliqua cā electionem factam cōtingat forsitan non confirmari, supior ad quem confirmatio talis electionis pertinet, auctāte apostolica cōcedere poterit & in priorem confirmare aliquem de illis fratribus quos ipsi electores vel maior pars eorum per literas suas ab eo petierint, quādo

ad ipsum p electi confirmatione transmittunt, & pp hoc dicit hic constõ. Quod si nec ipse in capitulo electus nec alius .s. postulatus, fuerit cõfirmatus, q ille q locum prouincialis obtinet teneatur conuocare quam citius poterit electores,

¶ 5, Volumus autẽ q electio prædicta, quæ nõ in ipso capitulo prouinciali, sed post capitulum debet celebrari, tãtum spectet ad Priores conuentuales, & ad pdicatores generales, & vnum fratrem de quolibet Conuentu ad hoc idem p qualibet electione de Priore puinciali fienda (si pluries fieri contigerit) nouiter electũ Romæ. 1558.) nisi confirmator præsens fuerit, vel in tã parua distantia, quod ante dissolutionem prioris cógregationis potuerit de cassatione electionis prius factæ (si eam cassari contingat) nuncium peruenire, Tunc enim & secunda & tertia (si opus fuerit) electio, ad eosdem pertinebit, Qui elector, à maiori parte medietate Conuentus per disquisitionem .e. Supprioris, vel vel vices eius gerentis, & duorum fratrum, qui primitus habitum nostri ordinis susceperunt, nec post professionem suam vllatenus à nostro ordine discesserunt (nisi per Magistrum ordinis, vel gñale, aut prouinciale capitulum, cũ eis fuerit dispensatum) omnibus fratribus ad conuentum illum pertinẽtibus cõuocatis, si infra vnam dietã ad eos possit nuncius peruenire. Et hoc idem in electione Prioris conuentualis, & tractatu .s. eorũ quæ mittenda sunt ad capitulũ prouinciale obseruetur. Qui secundum formam inferius, in electione magistri positam electionem huiusmodi celebrabunt, hoc excepto, q eos includi sicut in electione Magistri nõ opꝫ.

.e. ¶ Per disqsitionem supprioris.) Declaramus q in electiõe electorum priorum prouincialium, prior conuentualis debet

habere

habere primã vocẽ non obstãte illa constitõne quæ dicitq; in electiõne prædicta supprior cũ duobus patribꝰ debeat vota fratrum discutere, sicut fuit declaratum in cap. apud Lucã. 1283. & apud Argentinã. 1299. .f. Et tractatu eorum quæ mittenda sunt ad capitulum.) Declaramus q ad priores cõuentuales non spectat ordinare vel se intromittere de tpe vel die instituẽdo, siue de quocũq; alio eorum quæ ad tractatum prouincialis capituli vel electionẽ socij ptinent. Sed assignatio diei ĩ quo tractari debẽt ea quæ ad electionẽ socij prioris & ea quæ ad capitulum prouinciale mittenda sunt, pertinẽt ad supriorem, nec priores electioni socij interesse debẽt, sicut fuit declaratum apud Lugdun. 1274. & apud Montempesulañ. 1271. & apud Barchinonam. 1323. Et tractatus eorum quæ mittenda sunt ad capitulum non possunt vltra vnum diem prolongari. ¶ Item declaramus q socij conuentuum electi ad capitulum prouinciale vocem tantum habeant in capitulo puinciali illius anni pro quo fuerũt electi. Si autem ex cã vel impedimento à capitulo prouinciali illo anno supersedeatur, ad tractatum capituli prouincialis anni sequentis ex vi talis electionis nõ admittantur sicut fuit declaratum apud Ferrariam. 1362. Similiter si ante mortem vel amotionem prioris prouincialis aliqs conuẽtus de electione socij prioris tractatum fecerit, & aliquem fratrem in sociũ elegerit, si contingat postea electionem ipsius prouincialis fieri per electores & non per capitulum prouinciale, non erit talis frater sic electus verus socius sed oportebit post mortẽ ipsius prouincialis vel amotionẽ aliquem in socium de nouo eligi siue nominari, sicut declaratum fuit in cap. Briue. 1346.

¶ 6. Quod si Magister ordinis vel capitulum generale, aliquem fratrẽ illius prouinciæ vicarium instituerit in eadem, volumus ipsum Vicarium in electione prædicta vocem habere. g. Tres autem Priores conuentuales, qui primitus habitũ nostri ordinis susceperũt (quũ electio per scrutinium facienda est) voluntates singulorum sigillatim & seorsũ aliquantulum in eodem loco, coram oculis omnium disquirant & scribant, deinde scripturam in mediũ publicẽt,

blicét, expressis nominibus eligentium & electorum. Et facta collatione numeri ad numerum, si omnes vel maior pars vltra medietatem omnium eligẽtium in vnum concordauerint, & minor pars interrogata maiori consenserit, ille qui primam vocem habuit inter electores surgẽs dicat. Ego frater. N. vice mea, & omnium electorum præsentiũ eligo fratrem N. in Prioré prouincialem talis Prouinciæ. Si vero non omnes cõsenserint, & tamen maior pars vltra medietatem (vt dictum est) vnum elegerit, tunc (sicut prius) qui primam vocem habuit dicat, Ego frater. N. pro me & his qui mecum consentiunt eligo fratrem. N. in Priorem talis Prouinciæ, ℭ 7. Ille autem supradictus elector illo anno sit socius Prioris conuentualis euntis ad capitulum prouinciale, si tũc fuerit celebrandum. Quod si eum impediri cõtingat, antequam iter ad eũdum ad electionem arripuerit. Conuentus alium possit eligere loco ipsius, Idem dicimus de socio Prioris cõuentualis euntis ad capitulum prouinciale electo. Instante vero .h. Prioris prouincialis electione, Priorum conuẽtualium absolutioné (nisi ob causam criminis, vel grauis scandali, vel ipso Priore petẽte, vel in capitulo prouinciali à Diffinitorio illius tũc post electioné Prioris prouincialis factã, licet pendentem quoad cõfirmationé, fieri totaliter prohibemus. Instare autem electionem Prioris prouincialis dicim⁹, quandocũq; Prouincia nõ habet Priorem prouincialem prẽtem vel absentem.

✠ g. ℭ Tres autẽ priores cõuentuales. &c. Declaramus, ꝙ in electione prioris prouincialis, tres priores conuentuales, q̃ diutius post professionem habitum nostri ordinis portauerunt debẽt vota electorum recipere iuxta formam in cap. Bonon̄. 1564. traditam, & supra in. c. 2 de electione prioris cõuentualis positã.

.h. ¶ Instante vero prioris prouincialis electione. ¶ Declaramus & volumus quod sicut imminente electione priorum conuentualium non debent fieri mutationes fratrum infra mensem ante electionem prædictam nisi in casibus expressis in constonibus, simili modo declaramus & volumus quod non fiant mutationes fratrum, priuationes vocum, absolutiones priorum, à tempore noticiæ, carentiæ prouincialis in aliqua prouincia, vsq; ad noticiam confirmationis eiusdem, nisi in casibus i cõstõnibus contentis, sicut fuit declaratum in cap. apud Venetias 1357. & apud Bruges. 1369. & apud Coloniam. 1301.

¶ 8. Prior aũt prouincialis, supradicto mõ electus poterit p Magistrũ ordis .i. cõfirmari vel eius electio cassari, si ipsi Magistro videbitur. Quod si ordo Magistrũ nõ habuerit, ipm electum confirmandi vel infirmandi, & ad dicti officii susceptionẽ compellendi Vicarius ordinis habeat potestatem. Si vero post cõfirmationem per Magistrum ordinis factam, anteq̃ ad electum ipsa cõfirmatio perueniat Magistrũ ordinis mori vel amoueri contigerit, confirmatio suum sortiatur effectũ. ¶ 9. Statuimus aũt vt Prior prouincialis in capitulo generali à Magistro & Diffinitoribus capituli (præmissa diligenti examinatione) cõfirmetur vel amoueatur.

.i. ¶ Poterit per Magistrũ ordinis confirmari.) Declaramus quod magister ordinis per priuilegia Bonif. 8. & Clem. 7. potest oẽs et singulos fratres dicti ordinis, inq̃sitores ac priores pũinciales & conuentuales, & alios quoscũq; officiales dicti ordinis ac priorissas monasteriorum in dicto ordine, & per sedem apostolicam vel pro quocũq; ex quauis auctoritate deputato quotiens sibi videbitur reuocare & à suis officijs remouere. et si eis p sedem apostolicam fuisset concessum quod à suis prælationibus vel officijs remoueri non possent, & loco ipsorum alios vel alias substituere ac officia ipsa limitare, ac in curia Romana p curatorem instituere & institutum ab ipso officio remouere quotiens sibi & suis successoribus videbitur expedire.

.k. Prior autem prouincialis

lis eandem habeat potesta tem in sua prouincia, quã & Magister ordinis, & ea dem sibi reuerentia & obe dientia à cõprouincialibus exhibeatur, quæ Magistro exhibetur, nisi Magister p̃ sens extiterit. ¶ Item prior prouincialis totam suã pro uinciam per se (si poterit) vel vicarios idoneos tenea tur singulis annis visitare, quibus auctoritatem suam committat, prout sibi vide bitur expedire. ¶ 10. Prio res aũt prouinciales quum fuerint absoluti, ad illos cõ uentus pertineãt, de qbus fuerunt assumpti, nisi p Su periores suos, de eis aliter fuerit ordinatum. Si vero in prouincialatu d'cesserint libri & alia quæ habuerũt per prouisionem ordinis à prouincia, vel etiam ab ali quo Conuentu, antequam eẽnt p̃uinciales, vel i ipso p̃ u ncialatus oficio ad p̃uin ciã vel conuentũ vñ habue runt simpliciter pertinebũt. ¶. Ea vero quæ acqsiuerũt tpe prouincialatus, ad pro uincias, quarum erant prio res spectabũt pro medieta te, & pro medietate ad con uentus suos, quorum sunt filii. Alia vero omnia sint Cõuentuum suorum, quo rum sunt filii. Et idem dici mus de bonis procuratoris ordinis. Relicta autem Ma gistri ordinis, quæ acquisi uit in Magisterio, pro me dietate sint sui Conuentus originalis, alia vero medie tas ad cõmune ordinis bo num pertineat. ¶ 11. Sta tuimus autem vt in singu lis prouinciis, priores pro uinciales, vel eorum vica rii & Diffinitores capituli prouincialis. Prouincias su as per vicarias distinguant. secundũ q eis videbit' ex pedire, quibus singulis vi carios præficiant q nõ sint priores vel lectores actu le gentes, nisi prius à suis offi ciis absoluantur, requisito consi io fratrum præsentiũ ad dictas Vicarias pertinen tium, q sint de corpore ca

pituli

pituli prouincialis. Qui vicarii i domibus sibi assignatis, prioris prouincialis plenariè vices gerāt, exceptis duntaxat institutione & destitutione priorum & lectorum, & vbiq; loca sua teneant, nisi in capitulo dum officiū suæ vicariæ exercent, Quorū potestas in die immediate p̄cedente electionem Diffinitorum captiuli prouincialis expiret. Hos autem vicarios prior ꝓuincialis corrigere possit, & ex causa rationabili amouere.

.k. ¶ Et eadem sibi reuerentia.) Declaramus ꝙ priores prouinciales extra suas prouincias debent precedere priores conuentuales in loco, tam in choro q̄ in processionibus & in dicēdo Fideliū. In refectorio āt & cap. quum extra prouinciam nullam habeāt iurisdictionem habebūnt locum immediatum à dextris præsidentis illius conuentus, sicut fuit declaratū Romæ. 1468. .l. ¶ Ea vero quæ acqsiuerunt tempore ꝓuincialatus.) Declaramus ꝙ licet omnia quæ priores prouinciales acqsierunt tpe prouincialatus ad ꝓuincias quarum erāt priores debeant spectare, tñ relicta ꝑ Magistrum ordinis quæ acqsiuit in magisterio pro medietate ad suum conuentum originalem, ꝑ alia vero medietate ad commune bonum ordinis debent pertinere, sicut fuit confirmatū & declaratum Colūbarie 1434. & duob⁹ cap. p̄cedentibus vcz. Lugduñ. 1431. & Colōie. 1428.

De electione Magistri ordinis. Quartum Cap.

Statuimus vt si añ festū sācti Michaelis, vel in ipso festo Magistrum ordinis mori vel amoueri contigerit. Prior conuentualis vel prouincialis, qui propinquior illi loco extiterit, vbi Magister decesserit, Parisiensi vel Bononiensi Conuētui (sibi videlicet propinquiori) cum festinatione denunciet. Alteruter autem istorum duorum Conuentuū, cui primo denunciatū fuerit, teneat similiter reliquo nunciare. Parisiensis Conuentus prouincialibus Hispaniæ, Prouinciæ Tholosanæ, Angliæ, Scotiæ, Theutoniæ, Daciæ, Aragoniæ prouinciæ, Pro. Portugalliæ, Be

ticæ

thicę, & Germaniæ inferioris, sanctæ Crucis, Hibernię s. Ioannis Baptistæ, s. Iacobi, s. Vincentii, & s. Antoni ni, Bononieñ. vero Vngariæ Romanæ ꝓuinciæ, Regni Siciliæ, Poloniæ, Terræ Sāctę, Gręcię, Boemię, Dalmatiæ, Lōbardiæ, Saxoniæ, Trinacriæ, s. Thomæ, & Calabriæ, teneantur quātocyus intimare. Si vero post dictum festum decesserit, vel amotus fuerit, ipsius obitus vel amotio nihilomin' nūcietur, vt supersedeatur illo anno à capitulo generali. ¶ 2. Mortuo igitur Magistro, vel amoto à magisterio, prior prouincialis illius prouinciæ, vbi sequens capitulum fuerit celebrandū, vices Magistri ordinis ī omnibus obtineat, quousque Magister ordinis sit electus exceptis absolutionib. priorum ꝓuincialium, & priorum cōuentualium aliarū prouinciarum, & exceptis translationibus fratrum de vna prouincia ad aliam, de quibus se nullatenus intromittat, nisi forte aliquis frater non prior prouincia is existēs, pro prouincialatus officio peteretur. Si autem illa prouincia tūc priorem prouincialem nō habuerit, vel infra tēpus vicariæ suæ eum mori vel amoueri cōtigerit, prior prouincialis illius ꝓuinciæ vbi immediate pręcedens generale capitulum fuerat celebratū vices obtineat supradictas, & sic deinceps retrocedendo, donec in aliqua prouinciarum isto modo valeat vicarius inueniri. ¶ 3. Postq̄ vero illa prouincia in qua fuerit generale capitulū celebrandum, Priorem ꝓuincialem habuerit confirmatum, ipse prior prouincialis vices obtineat supradictas. Prouinciales autē priores, triginta vnius prouinciarū .a. singuli cum duobus fratribus in capitulo prouinciali electis à pluribus medietate omnium eligētium ad capitulum veniāt gñale.

Si aūt

Si autem in aliqua prouincia prouinciale capitulum fuerit celebratum, et in proximo festo Pethecostes electio Magistri fuerit facienda Diffinitor capituli gnalis in anno Diffinitorũ & socius eius sint illo anno Magistri ordinis electores. In anno autem priorum prouincialium, (Romæ 1558) vel quando ex alia quacunq; cã Diffinitor & socius, vel electores prædicti non fuerit electi, neq; supperat tps. vt eligatur, propter quodcunq; iudicio discretorum legitimum impedimẽtum, tunc duo de diffinitoribus immediate præcedentis capituli prouincialis, qui primitus habitum nostri ordinis susceperunt, qui tunc superstites fuerint, ad electionẽ Magistri ordinis admittantur. Quorum antiquior in ordine, sit illo anno generalis capituli Diffinitor. Qui si ad capitulum non venerit, aut precedentis capituli extiterit Diffinitor, tunc ad Diffinitionem elector alius admittatur.

.a. ❡Singuli cum duobus fratribus in capitulo suo prouinciali electis.) Declaramus ꝙ si i aliqua ex illis triginta & vna ꝑuincijs anteq̃ mors vel amotio magistri ordinis ei fuerit nũciata prouinciale capitulum fuerit celebratum, & i proximo festo Penthecostes electio magistri fuerit celebranda, nõ erit opus aliud capitulum prouinciale celebrare pro electione electorũ magistri ordis, sed si inãno diffinitorum electio magistri fuerit celebranda, diffinitor capituli generalis & socius eius in capitulo prouinciali immediate ꝓcedenti electi, erunt illo anno magistri ordinis electores. In anno autem priorum prouincialiũ duo ex diffinitoribus immediate precedentis capituli prouincialis qui diutius post professionem habitũ nostri ordinis portauerũt qui tunc superstites fuerint ad electionem magistri ordinis admittentur, quorum antiquior in ordine erit illo anno capituli generalis diffinitor. Si vero in illis 31. prouincijs ante noticiam mortis vel amotionis magistri ordinis capitulũ ꝓuinciale nõ fuerit celebratum tũc celebrabitur capitulum ꝓuinciale. Et in eo duo electores eligẽtur à pluribus vltra medieta

tem omnium eligentium, quorum vnus ad hoc electus erit gnalis capituli diffinitor. ¶ Qui tunc supstes .d. fuerit.) Declaramus quod si quis diffinitorum i priorem prouincialem electus & confirmatus fuerit, talis quantum ad actum diffinitorij debitum, cum rone officij prouincialatus i tali casu electionis magistri diffinire habeat, reputat non superstes, & ideo ad diffinitione alius elector admittetur, sicut fuit declaratum apud Lugdun. 1348. & apud Barchinona. 1349.

¶ 4. Qui postquàm cõgregati fuerint, in vigilia Penthecostes à prioribus conuentualibus illius prouinciæ, & à fratribus præsentibus in loco, vbi fienda est electio, in vno conclaui firmiter includãtur, ita quod inde egredi nullatenus valeant, nec eis vllo modo aliqua alimenta ministrẽtur, quousq; Magister ordinis secundum formam canonicam sit electus. Hoc autẽ tã ab electoribus q̃ à recludentibus præcipimus firmiter obseruari. Quod si qs contraire præsumpserit, ipso facto sit excommunicatus, & pœnam grauiori culpæ debitam sustinebit.

¶ 5. Forma autem electionis hæc est. Electoribus su pradicto modo iclusis, quũ per disquisitionem vel scrutinium voluntatum procedet electio, tres de priorib. prouincialibus, q inter alios triginta & vnũ prouinciales; primitus habitum nostræ religionis suscepe runt, voluntatem singulorum singillatim, & seorsum aliquantulum in eadem domo corã oculis omnibus disquirant & conscribant, deinde scripturam publicent in medium, expressis nominibus eligentium, & electorum. Quod si (Dei gratia inspirante) in vnum aliquem omnes vnanimiter concordauerint, ille verus Magister ordinis habeatur. Si autem in partes inæquales se diuiserint, ille in quẽ plures medietate omnium eligentium consense rint, .c. ex vi talis electionis & huius constitutionis sit

Magister. Quod si aliquem vel aliquos de electoribus contigerit non venire, nihilominus tamē per eos, qui aduenerint electio Magistri ordinis celebretur. Hoc autem ita fiat, vt semper in secunda feria Pēthecostes, capitulū hēat Magistrū antiquum vel nouum, pñtem vel absentem, quia tūc incipit solemniter celebrari, ne acephalum iudicetur.

:b· ¶ Qui postquàm fuerint cōgregati in vigilia Penthecostes &c. Declaramus ꝙ ante electionem magistri debet vicarius ordinis congregare electores i aliquo loco & cū illis habere tractatum de futuro magistro eligendo. Et in die electionis debet cantari missa de Spū sancto cui ipse cum prouincialibus & alijs electoribus debent interesse. Finita autē Missa debet ad sonum campanule cum electoribus & alijs fratribus itrare capitulū, & ibi debet fieri sermo exhortatorius ad eligēdū i magistrum ordinis virum prudentem, discretum, maturū, doctrina & virtutibus ornatum, zelatorem religionis, & non ignarū vite & obseruantie regularis, si nito vero sermone debet accedere ad sacristiam vel ad aliū locum in quo electio est facienda cum ꝓuincialibus & electoribus, & ibi debent in vno conclaui firmiter includi. Et ita ꝙ inde egredi nō valeant. nec eis vllo mō aliqua alimēta sunt ad ministrāda, quousq; magr ordinis secundum formam canonicam sit electus. Prædictus igit̄ vicarius proponet electoribus post quàm acceptauerint, diem locum & horā electionis, si volunt ad electionem procedere per compromissionem, vel cōmunem inspirationem, vel per scrutiniū. Et acceptata via scrutinij debet protestationem facere ꝙ non intendit excludere ab electione non excludēdum, nec admittere non admittendum. Et facta absolutione ad cautelā & inuocata gratia Spūs sācti debet ipse vicarius assumere duos ex prioribus prouincialibus ꝗ inter alios trigjnta & vnū ꝓuinciales diutius post professionē habitum nostræ religionis portauerunt, postea cū ipsis duobꝰ scrutatoribus seorsum aliquantulum in eadem domo coram oculis omnium vota singulorū sigillatim & secrete disquirere & scribere, deinde scripturam in medium publicare expressis nominibus eligētium & electorum. Demum omissa collatione meriti ad meritum vel zeli

ad zelũ, sed facta sola collatiõe numeri ad numerum. si oẽs vel maior pars vltra medietatẽ omnium eligentium in vnum concordauerint, tũc ille q̃ i ipsa publicatione scrutinij pronunciatus est, elegisse illum in quo oẽs vel maior pars vltra medietatẽ conuenerunt, vice omnium eligẽtium formabit electionis decretũ dicẽdo. Ego. N. vice mea & omnium electorum mecum consentientium eligo fratrem. N. i magistrũ ordis p̃dicatorũ. &c. ¶ Ex vitalis electionis & cõstõnis fit ordis magister.) Declaramus ꝙ secundum priuilegia apostolica, magister ordis statim postq̃ fuerit elect⁹. eo ipso curam aiarum oium fratrũ ipsius ordis plenarie habet & libere gerit, ipsosq; fratres auctoritate propria ligare & absoluere, necnon i eodẽ ordine ea agere potest. quæ ipse & præfati ordinis diffinitores i uxta constõnes eiusdem ordinis, secundum deũ viderit expedire, teñturq; oẽs fratres sibi deuote & humiliter secundum regulam & constõnes obedire, potestq; ipsos ab omnibus officijs remouere, & ab omnibus excessibus & cẽsuris ẽt sedi apostolicæ reseruatis absoluere, & i irregularitatibus dispẽsare, ac qualcũq; vtriusq; sexus personas extra curiã Romanam sibi confiteri volentes ab eorum peccatis, excessibus, & casibus in quibus minores apostolicæ sedis pœnitẽtiarij possunt absoluere, & ẽt missam antequàm illucescat dies per se vel per alium sacerdotẽ idoneum celebrare.

¶ 6. Hęc vero omnia q̃. d. circa electionem Magistri statuta sunt, absq; contradictione volumus, & precipim⁹ firmiter obseruari. Quicũq; autem ausus fuerit cõtradicere pertinaciter, vel rebellare, tãquàm excommunicatus, & schismaticus, & destructor nostri ordinis habeatur, & (quousq; satisfecerit) à communione omnium sit penitus alienus, & pœnæ grauioris culpæ subiaceat. Pręcipimus autem in virtute Spũs sãcti, vt nullus ante electionẽ Magistri ordinis, circa statum ordinis aliquid audeat immutare. ¶ 7. Statuimus ãt quod nec magister ordinis, nec aliquis prior prouincialis, aut quouismodo pręsidens ĩ nostro ordine, aliquid accipiat directe vel indirecte (ẽt

ſponte oblatũ) à quacunq; perſona, ſiue p̃lata, ſiue ſub dita, prætextu literarum (ſi gilli, regiſtri, licentiæ, confir mation.s, & vniuerſaliter cuiuſcunq; gratiæ aut iuſti tiæ conceſſæ aut conceden dæ, ſed quilibet ſit commu nibus contributionibus & viſitationibus contentus. Priores autem prouincia les, & alii inferiores contra facientes, in pœnam à ſuis officiis abſoluantur indiſpẽ ſabiliter. Magiſter vero or dinis, ſi in hoc exceſſerit à Diffinitoribus generalis ca pituli corrigatur, & ſi obſti nate reſtiterit, deponatur.

h. ¶ Hæc omnia quæ circa ele ctionem magiſtri ſunt ſtatuta.) Declaramus ꝙ oẽs fratres ſub p̃cepto tenentur obſeruare ea quæ circa electionem magiſtri ſtatuta ſunt; & maxime electo res. Quicunq; .i. autem auſus fuerit his q̃ ſtatuta ſunt circa p̃ dictam electionem pertinaciter contradicere vel rebellare, ĩpo facto eſt excommunicatus, & tanꝗ deſtructor noſtri ordinis carceri eſt mancipãdus, & quo uſq; ſatisfecerit pœna grauio ris culpæ eſt puniendus

De electione Diffinitorum capituli generalis, & prouincialis.

Quintum Capitulum.

Statuimus quod ſingulis annis in ſingulis capitu lis prouincialialibus Hiſpa niæ, Tholoſanæ, Franciæ. S. Dominici Romanæ Pro uinciæ, Regni Siciliæ, Vnga riæ, Theutoniæ, Angliæ, Po loniæ, Daciæ, Græciæ, Hie roſolymitanæ, Prouinciæ Aragoniæ, Boemiæ Prouin ciæ, Prouinciæ Lombardiæ, Saxoniæ, Dalmatiæ, Trina criæ, Portugalliæ, Scotiæ. Be thicæ, Germaniæ inferioris, ſancti Thomæ, Calabriæ, ſã ctæ Crucis, Hiberniæ Sancti Iacobi, Sancti Ioannis Bap tiſtæ. S. Vincentii, & S. Anto nini, Quatuor fratres de diſ cretioribus, et magis idone is à prouinciali Capitulo p̃ diſquiſitionem Prioris pro uincialis, vel eius Vicarii, & prioris & Supprioris eiuſ dem loci, vbi capitulũ cele brat̃, vel ſi vnus defuerit p̃

disquisitionem duorum, quod si duo defuerint, loco ipsorum per disquisitioné duorum antiquiorum in ordine præsentium in capitulo, hoc modo eligantur. ¶ 2. Prædicti siquidem tres vel duo (si tertius defuerit) voluntates singulorum singillatim, & seorsum aliquãtulum in eadem domo corã oculis omnium disquirant, & conscribant fideliter. Deinde incontinẽti in loco eodem antequam fratres discedant, & adinuicem colloquantur, scripturam publicent in medium, expressis nominibus eligẽtium & electorum .a. Et in quibus plures concordauerint, illi pro Diffinitoribus hēant. Si auté partes fuerint æquales, tunc eodem modo per disquisitionem volũtatum, vnus de fratribus, qui vocé in prædicta electione nõ habuerit eligatur, & cui parti ille consenserit illi pro Diffinitoribus capituli recipiantur. Quod si in electione iftius adhuc discordauerint, alius eligatur per eundem modum. Et sic deinceps donec in parte altera maior possit numerus inueniri.

¶ 3. b. Prædicti igitur quatuor Diffinitores eligantur in die proximo p̄cedente diem assignationis capituli prouincialis, & extunc incipiat auctoritas eorundem. Quod si aliquem de dictis quatuor Diffinitoribus durante prouinciali capitulo mori contigerit, vel alia legitima causa impediri, electores supradicti secũdum dictam formam possint statim alium Diffinitorem eligere dicti capituli, qui mox electus, eandem habeat potestatem quam cæteri Diffinitores habẽt, & loco mortui, vel impediti omnia capituli negocia cum aliis pariter diffiniet, & tractabit.

Statuimus.) Et infra.) .a. Et in quibus plures concordarint.) Declaramus quod ad hoc quod aliquis sit diffinitor nõ solum oportet quod habeat plures voces quam alij, sed oportet quod habeat plures

res vltra medietatem. Declaramus ẽt ꝙ ante electionem diffinitorum acta capituli generalis & literæ magistri debet legi cõgregatis omnibus vocalibus in ipso capitulo prouinciali,& ille qui fuit diffinitor precedẽtis capituli generalis debet in ipso capitulo prouinciali cãs constitõnum inchoatarum & approbatarum & admonitionum fratribus exponere, sicut fuit declaratum apud Floren. 1257. & apud Argentinam. 1260.

☙ b. ¶ Eligantur in die proximo precedente &c. Declaram' sicut declaratum fuit in capitulo Rom.1553. ꝙ diffinitores p̃dicti debent eligi ipsa die omnes simul, non autẽ singillatim (nisi per nationes eligantur) Prouincialem verò postea i ipso capitulo eligi debere. Ipsos autem diffinitores statim post suam electionem habere locũ super omnes fratres, inter se autem secundum ordinem suorũ graduum vel Conuentuum dignitatem.

¶ 4. Statuimus etiã, vt per duos annos in dictarum triginta vnius prouinciarum capitulis, aliquis de magis idoneis à maiori parte capituli.c. eligatur per disquisitionem Prioris prouincialis vel eius Vicarii, & Prioris,& supprioris illius loci, vbi capitulum celebratur, & si vnus defuerit per disquisitionem duorum, ꝙ si duo defuerint, loco ipsorũ per disquisitionem duorũ antiquiorum in ordine pręsentium in capitulo, qui sit generalis capituli diffinitor secundum formam supradictam in electione Diffinitorũ capituli prouincialis. Cui socius cõpetens à priore prouinciali & diffinitoribus assignetur. Qui .d. diffinitor,& socius, solum de suis prouinciis, quarum sũt filii, assumantur. Quod ẽt de electoribus Magistri ordinis volumus inuiolabiliter obseruari. Socii ẽt priorum conuẽtualium ad prouinciale capitulum, & electores prioris prouincialis, tantum de Conuẽtibus in quibus sunt assignati, eligãtur. ¶ 5. Quod si supsedeatur in illo anno à capitulo generali, qui in sequenti capitulo prouinciali electus

fuerit habeat generalis capituli Diffinitor(Vallis Oleti.1523.)Si vero nullus alius legitimus electus fuerit,ille qui in capitulo præcedenti fuerat electus,legitimus sit Diffinitor. Et idem dicimus de illius socio,q valeat, & sit eodem modo legitimus socius,& i Anno electionis Magistri ordinis sit elector, si non est alius elector electus,& tam Diffinitor q̃ socius,habeāt literas testimoniales, non tantum à priore ꝓuinciali,sed à toto diffinitorio,alias nullo mō admittātur,nec ad diffinitionē,nec ad electionē Magistri ordinis,in āno electionis nisi aliter de iure constiterit. ¶ 6.Nolumus tamen q̃ is,qui in præcedenti capitulo electus fuerit.e.ad idē officium eligi valeat in āno Diffinitorum proxime subsequente. Si vero medio tēpore decesserit,vel in priorem prouincialem electus fuerit & cōfirmatus, vel aliquo modo fuerit impeditus; q venire non possit ad capitulum generale,ipso iure socius eius loco ipsius diffinitor habeatur,nisi tūc superueniat Diffinitor,q non obstante diffinitione incepta per socium, ipse illa vice diffiniet,& socius illius cedat. Quod si alterum ipsorum supradicto modo impediri cōtigerit, primus Cōuētus ad quem declinauerit teneat ei de competenti socio itineris prouidere.

Fratres qui in vno āno electi sunt in Diffinitores capituli prouincialis,sequēti anno ad idem officium non eligantur.Idem dicimus de Diffinitoribus capituli generalis.

.c. ¶ A maiori parte capituli eligatur per disquisitionem prouincialis,vel ei⁹ vicarij & prioris & supprioris.) Declaramus fuisse prohibitum ne vocales ī capitulo prouinciali committant priori prouinciali & diffinitoribus prouincialis capituli electionem diffinitoris capituli generalis,nec etiam electorum magistri,sed tā diffinitor q̃ electores prædicti debeant eligi

scdm

secundum formam in constitutionib⁹ expressam à maiori videlicet parte vltra medietatem omnium eligẽtium, sicut declaratum fuit in capitulo apud Florentiam, 1257. & apud Argentinam. 1260. ¶ Qui .d. diffinitor & socius solum de suis prouincijs assumantur.) Declaramus quod proprie frater dicitur de illa prouincia pro qua professus ẽ, vel ad quam per generale capitulũ vel per Magistrum ordinis non solum assignatus, sed simpliciter est translatus seu incorporatus, sicut fuit declaratum apud Coloniam. 1428. Et ideo quis frater qui est de aliena prouincia postquam steterit per vnum annum continuum assignatus in aliquo conuentu alicuius prouincie si habuerit quatuor annos à professione possit admitti ad electionem prioris & socij & electionem prioris prouincialis, non tamen poterit eligi in diffinitorem capituli generalis, nec socius eius esse nec elector magistri esse, nisi sit illi prouinciæ incorporatus & ad illã simpliciter translatus. Prouincijs Græciæ & Terræ sanctæ exceptis. .e. ¶ Ad illud officium eligi valeat.) Declaramus quod Diffinitor qui in aliquo capitulo generali diffiniuit, nõ poterit modo aliquo in alio capitulo immediatè sequenti ad idem officiũ eligi aut quouismodo diffinire, prout expresse in nostris constitutionibus continetur sicut fuit declaratum apud Castras, 1352

De Capitulo quotidiano. Capitulum VI.

Finitis Matutinis teneatur capitulum .a. vel aliquando post primã. vel etiam intermittatur, ne studium impediatur secundum quod prælato videbitur. Ingresso conuentu capitulum lector pronunciet lunã, & quę de Calẽdario pronũcianda sunt; & Sacerdos prosequatur. Preciosa est &c. Deinde residentibus fratribus lector pronunciet lectionem de Institutionibus, vel de Euãgelio (pro tẽpore) præmisso (iube donne) & Ebdomadarius subiungat benedictionẽ (Regularibus disciplinis) vel (Diuinum auxilium) pro tempore, & facta absolutione pro defunctis dicat, qui tenet Capitulum. Benedicite. Et responso (Dñs) inclinent omnes. Deinde recitatis beneficiis,

& dicto

& dicto à priore (Rētribue re dignare &c.) dictis etiam à Conuentu psalmus. Ad te leuaui, & De profundis) Kyrieeleison, cū Pater noster, subsecutis etiam tribus versiculis, Oremus pro dño papa, Saluos fac seruos tuos, & ancillas tuas, Requiescāt in pace. Dñs vobiscum ab Ebdomādario dicendis, cū his tribus collectis. Oīpotēs sempiterne Deus qui facis &c. Prætende. Fideliū Deus, resideāt fratres, ℂ 2. Tūc prælatus poterit dicere breuiter, si quid ad honestatē ordinis, & correctionē fratrum vident expedire. Post hæc autem egrediantur nouitii. Quibus egressis dicat, qui præest. Faciant venias .b. qui se reos existimant. Continuo qui se reos intellexerint prostrati veniā petant. Deinde surgentes humiliter cōfiteantur ,c. culpas suas. Et quorum culpa talis est, quæ digna sit correctione, præparent se ad correctionem, quam prior faciat, vel ille cui iniunxerit. ℂ 3. In capitulo vero fratres, nisi duabus de causis, non loquantur, scilicet culpas suas, vel aliorum dicendo simpliciter, & prælatis suis tantum ad interrogata respondendo. Vno etiam fratre loquente, alius non loquatur. Nullus faciat pclamationem super aliquem, ex sola suspicione. ¶ Item nullus accuset de auditu, nisi dicat, à quo audierit, & ille sit præsens in domo. Auditis vero culpis dicatur. ps. Laudate Dominum omnes gentes) cū Versic. Oñde nobis dñe &c,) & Dominus vobiscū, & collecta Actiones &c.) In fine dicat prior. Adiutorium nostrū ĩ noie dñi. Et sic soluit cap,

Finitis Matutinis teneat capitulum.) .a. Declaramus q capitulū de culpis si non possit teneri quotidie propter studiū vel alias occupationes, debet saltem teneri semel in qualibet septimana, vel ad tardius semel infra quindenam, vt recitentur beneficia, & recommittantur

etur benefactores orationibus fratrum, sicut fuit declaratū in Sauiliano. 1439. & in capitulo Rom. 1501. & in multis alijs capitulis. .b. ¶ Faciāt venias suas qui se reos existimant.) Declaramus ꝙ venia est totius corporis non super ventrem sed super latus extensio. Et ideo fratres in capitulo qui se reos itel lexerit prostrati super terrā veniam petant. In faciēdo autem veniam debent se ꝓsternere fratres non super ventrem sed sup vnum latus in longum, tybiam vnam super aliam tybiam tenē do sicut dicit magister Vmbertus. ¶ Humiliter .c. confiteanẗ culpas suas.) Declaramus ꝙ capitulum de culpis, ideo dicitur de culpis, quia in eo debent fratres se accusare de omissione & transgressione cōstitutionum quæ omissio & transgressio dicitur esse culpa non essentialiter sed solum antecedenter & consequenter, sicut supra in capitulo de Leui, & ꝺ graui culpa declaratum est. Debent ergo se accusare fratres de defectibus manifestis commissis cōtra regulam & constitutiones. Quod si se nō accusauerint vel pœnitentias taxatas siue taxandas non fecerint, non euadent culpam, vel venialem si ex negligentia vel leui malicia istud ꝓmiserint, vel mortalē si ex cōtemptu hoc egerint.

De Capitulo Prouinciali. Cap. VII.

CApitulum prouinciale. .a. post capitulum generale (quando & vbi prior prouincialis cum consilio Diffinitorum elegerit) celebretur. Capitulum autem ꝓuinciale appellamus priores conuentuales, cū singulis socijs à pluribus de capitulo suo, vltra medietatem eligentium electis per disquisitionem Supprioris vel vices eius gerentis, & duorum fratrū, qui primitus habitum nostri ordinis susceperunt, & Prædicatores generales. Si qui tamen qui nō sunt de capitulo in Diffinitores eligant, ad omnia acta (eiusdē dūtaxat) capituli admittantur. Prędicatores autē generales dicimus Magistros in Theologia, & qui per priorem .b. prouincialem, & Diffinitores capituli ꝓuincialis fuerint instituti. Quos instituendi .c. nullus Vicarius (ex

cum diffinitoribus) habeat potestatem, Dicti autem Prædicatores generales, dicto officio non fungantur nisi in prouincia i qua fuerint instituti.

Capitulum .a Prouinciale post capitulum generale.) Declaramus quod antiquus quando singulis annis celebrabatur capitulum generale tunc capitulum prouinciale celebrabatur post capitula generale, & in illo recitabantur acta capituli generalis, & eligebatur diffinitor pro sequenti capitulo generali. Et sic non erat nisi vnum capitulum prouinciale inter duo capitula generalia Sed postmodum in capitulo apud Florentiam. 1373. auctoritate Gregorij papæ. XI. fuit statutum quod capitulum generale de biennio in biennium vel de triennio in triennium celebraretur & capitula prouincialia essent biennalia & sic inter duo capitula generalia debent mediare duo capitula prouincialia, quorum primum debet celebrari post capitulum generale quam citius fieri potest. In secundo vero quod erit post duos annos à primo, debet eligi diffinitor Capituli generalis, & fieri scrutinium super amotione vel retentione prioris prouincialis ad capitulum generale differendum per diffinitorem capituli generalis in anno diffinitorum, & per socium prouincialis in anno prouincialium Et licet tunc statutum illud fuerit editum, tamen non fuit positum in practica nisi post Annum Domini. 1421..b. ¶ Et qui per priorem prouincialem & diffinitores capituli prouincialis fuerint instituti.) Declaramus quod sine prioris prouincialis assensu diffinitores capituli prouincialis non possunt instituere prædicatores generales, sicut fuit declaratum in capitulo apud Montempesulanum. 1294. & apud Perpinianum. 1327. Prior autem prouincialis vt ibi dicitur potest cum duobus diffinitoribus præfatos prædicatores generales instituere. .c. ¶ Quos instituendi nullus vicarius etiam cum diffinitoribus habeat potestatem.) Declaramus quod quicunque hactenus inter diffinitores constitutus seipsum de assensu duorum aliis dissentientibus prædicatorem fecerit generalem, pro non prædicatore habeatur. Prohibentes districtè ne decætero super hoc aliquid attemptetur, ac sine consensu prioris prouincialis nullus prædicator generalis istituatur, sicut declaratum fuit apud Montempesulanum. 1265, & apud Londonas. 1263. & Perpinianum. 1327. ¶ Item declaramus

mus ꝙ prædicatores generales quando instituendi sunt debēt in actis capituli prouincialis ꝓmulgari & non per literas fieri. Et si q hactenus per literas facti sunt pro non factis habeantur sicut fuit declaratum apud Florentiam. 1321. & apud Barchinonam. 1323. & apud Pampilonam. 1355. ¶Item declaramus ꝙ nullus debet īstitui prædicator generalis nisi fuerit sufficiēs in scia in moribus & vita, & q alias de crimine non fuerit conuictus. Et nisi sit maturus & discretus & sufficientis literaturæ & q per tres annos theologiam audierit, & conueniēter sciat ꝓponere verbū Dei, & ætatis trigintaqnq; ānorum, & idoneus ad negocia ordinis pertractāda Alias pro prædicatore generali non habeatur, sicut declaratū fuit in capitulo Romæ. 1501. & in multis alijs capitulis.

¶ 2. Nullus prior conuentualis ducat secum plures fratres ad capitulum generale vel prouinciale, sine cā legitima. Quod si priorem prouincialem abesse contigerit, nec vices suas alicui commiserit, vel ille cui cōmiserit aliquo casu absens fuerit, Prior illius loci vbi capitulū fuerit celebrandū cum diffinitoribus capituli, in celebratione ꝓcedat eiusdem. Quilibet .d. autem vicarius generalis prouinciæ (per quemcunq; modum fuerit legitime institutus) locum prouincialis teneat (Fidelium) dicat, licentiam loquendi tribuat, & possit cōcedere literas de beneficiis illius prouinciȩ, durante capitulo prouinciali dūtaxat. Vicarii vero particulares (siue nationum, siue conuentuum nec (Fidelium) dicāt, nec locum suum mutēt, nisi in capitulo dum ibidem suum officium exercuerint

¶ 3. Prædicti igitur Diffinitores tractabunt omnia, & diffinient cum Priore ꝓuinciali. Quod si in suis diffinitionibus in partes æquales se diuiserint. illorum sententia prævalebit, in quorum partem Prior prouincialis concordauerit. Alias enim snīa plurium prævalebit. Si autem per adiunctionē vel absentiam prioris prouin-

cialis,

cialis, vel eius Vicarii, vel casu aliquo cõtingente, partes fiãt ęquales, vnus ab eisdem de capitulo eligatur, & in quorum partem declinauerit, aliorum s͞nia pręualebit. Isti autem quatuor Diffinitores excessum prioris prouincialis confessi, vel proclamati in capitulo prouinciali coram fratribus audiant & emendent, ei pęnitentiam iniungentes. Si autem (quod absit) incorrigibilis extiterit, ipsum vsque ad capitulum generale suspẽdãt ab officio prioratus, aliquẽ idoneũ loco eius substituẽtes, & eius excesũ referãt ad capitulũ gñale scripto cõ rer sigillato. ¶ 4. Capitula ꝓuincialia deinceps fiant biẽnalia, si & inquantum prouinciali, & diffinitoribus in sua prouincia videbitur expedire. In singulis autem capitulis prouincialibus, auditis culpis fiat secretum scrutinium ĩ conspectu omnium sup retentione, vel absolutione prioris prouincialis, cum expressione nominum, & officiorum fratrum exprimentiũ vota sua, per diffinitores capituli prouincialis. Et hoc scrutinium non publicetur nec alicui ostẽdatur, sed statim sigillis omnium Diffinitorum, in conspectu oĩum sigilletur, & per Diffinitorẽ generalis capituli, vel eius socium, vel per sociũ prioris prouincialis (i anno prouincialium) ad generale capitulum deferatur. Et hæc eadem forma scrutinii faciendi de priore conuentuali, per Suppriorem, vel eius Vicarium (in absentia Supprioris) & duos antiquiores ĩ ordine de conuentu ꝑsentes ĩ capitulo in tractatu eorum quæ mittenda sunt ad capitulum obseruetur, & sigillo conuentus sigilletur, & per sociũ prioris ad prouinciale capitulum uãs mittatur.

.d. ¶ Quilibet vicarius generalis prouinciȩ) Declaramus ꝙ licet qlibet Vicarius generalis

prouinciẽ per quẽcũq; modum legitimẽ fuerit institutus locũ ꝓuincialis debeat tenere, fideli um dicere, licentiam loquendi cum secum comedentibus da re in illa prouincia, & etiam li teras de beneficijs concedere. Vicarij tamen magistri ordinis vel priorum prouincialium nõ generales sed particulares siue narionum siue conuentuũ siue missi ad aliquam prouinciã visi tando, debent vbiq; locum su um tenere, nisi in capitulo dum offiñ correctionis exercuerint: sicut declaratum fuit in capitu lo apud Montempesulanum. 1265. & apud Londonas. 1263. Nec debet se de visitãdis vel or dinãdis monasterijs ordĩs quo uismodo intromittere nisi in eo rũ literis hoc specialiter sit ex pressum, sicut fuit declaratum apud Argentinam. 1307.

¶ 5. Dictis autẽ scrutatori bus voluntatum in virtute sctẽ obediẽ precipimus, ꝙ dictum scrutinium alicui ꝑ modum aliquem nõ reue lent, .e, Quod si aliquis vel aliqui de prædictis scru tatoribus prioris conuẽtua lis impedimentum haberẽt iudicio maioris partis me dietate conuentu ad audi endum vel videndum seu scribendum ea quo in scru tinio deponũtur, vnus de fratribus ad ipsam electio nem pertinentibus quem vt dictum est maior pars cõ uentus nominauerit loco illius qui impeditus fuerit ad recipiendum dictũ scru tinium admittatur, Et tunc ad seruandum ipsum scruti nium secretum ex vi prece pti teneatur vt alii. Et hæc eadem forma circa scrutini um electorum prioris pro uincialis & electionis prio ris cõuẽtualis in oĩbus ob seruet. ¶ 6. Accusationi ve ro et correctiõi ꝓfessi post triennium ab ingressu ordi ninis poterunt interesse .f. Infra vero quinquenni um ab ingressu ordinis fra tres alii non admittãtur ad discussionem eorum quæ ad capitulũ gñale vel ꝓuin ciale sunt mittẽda nec ad e electionẽ socii prioris cõuẽ tualis nec ad electionẽ ele ctorum prioris ꝓuincialis. ¶ Priores cum suo cõuen

tu capitulo prouinciali singulis annis scribant debita domus suæ & causas etiam debitorum. Similiter etiam prouinciales & eorum diffinitores suarum debita prouinciarum cum suis causis capitulo scribant generali. Item nulla petitio offerat capitulo prouinciali, nisi à conuentu, nec generali nisi à capitulo prouinciali fuerit approbata. Nullus vero religiosus alterius ordinis vel professionis nullusq; secularis cuiuscunq; conditionis vel dignitatis vel vitæ secretis vel tractatibus capituli aliquaten' admittat. .g. ¶ Prior autem prouincialis & diffinitores in quolibet capitulo prouinciali determinent tempus ante qd fratres ad capitulũ sequens non veniant.

.e. ¶ Quod si aliquis vel aliq de prædictis scrutatoribus impedimentum haberet.) Declaramus q si in scrutinio faciendo super absolutione vel retentione prioris conuentualis vel prouincialis, vel super electione electorum prioris prouincialis vel electionis prioris cõuentualis, vel socij eius, aliquis ex prædictis scrutatoribus impedimentum habuerit, vel surditatis vel cecitatis vel alterius infirmitatis, tũc & eo casu admittendi sunt ad audiendũ vel videndum seu scribendũ ea quæ in scrutinio deponuntur, nõ ille vel illi q post eos qui impedimenrum habent sunt antiqores, sed ille vel illi quẽ vel quos maior pars vltra medietatẽ omnium vocalium elegerit, qui tamen sint de numero eorum q ad prædictam electionẽ ptinẽt. .f. ¶ Infra vero quinquenniũ ab ingressu ordinis.) Declaramus q quando fuit facta predicta constõ non poterant priores sub pena absolutionis à suis officijs recipere aliquem ad habitum religionis ante quintumdecimum annum, ideo post quinquennium ab ingressu ordinis habebant quatuor annos à sua professione tacita vel expressa. Vnde ad tollẽdum omnem ambiguitatem in capitulo apd Valentiam. 1338. fuit declaratum q illud quinquennium sic itelligitur, q in isto quinquennio semper quatuor anni à tempore professionis computentur, ita q omnes anni tempus professionis precedentes (quod dicit tempus nouitiatus) etiã si plures fuerint ãni,

fuerint anni, pro vno tantū anno computentur, & ꝙ post quatuor annos à professione & non ante ad prædicta omnia admittantur, sicut etiam fuit declaratum apud Bisuntium. 1353. .g. ¶ Prior autem prouincialis & diffinitores in quolibet capitulo prouinciali determinēt tēpus pro sequenti capitulo.) Declaramus ꝙ priores prouinciales vel Vicarij generales prouinciarum à tempore quo diffinitores ꝓuinciarum arripuerint iter ad capitulum generale non possunt capitula prouincialia de loco ad locū vel quo ad tēpus mutare, nec priores cōuentuales vel prædicatores generales absoluere, quousq; audierit noua certa de ipso generali capitulo per reuersionem aut relationem suorum diffinitorum vel sociorum eorūdem, sicut fuit declaratum apud Lausanam. 1380.

De Capitulo generali. Cap. VIII.

Capitulū generale, vna vice vltra montes, altera vice citra mōtes alternatim Auinioni. 1561. de triēnio in triennium celebretˀ nisi Magistro cum diffinitoribus vel cum discretorū maturo cōsilio, ex legitima & vrgentissima causa illud alibi assignare, aut assignatum transferre, vel per annum præuenire, aut etiam prorogare, necessarium videatur; & nisi obitus Magistri Generalis acciderit. Quo eueniēte fiat sicut. ca. 4, de electione Magistri ordinis est decretum, Prædicti autem triginta vnius ꝓuinciarum diffinitores in duobus capitulis, triginta & vnus Prouinciales in tertio capitulo cum Magistro ordinis omnia diffinient, constituent, & tractabūt. Quod si in partes æquales se diuiserint, illorum sentētia præualebit, in quorum partem Magister ordinis declinauerit. Si autem in partes inæquales, obtineat sententia plurium. Si autem per adiunctionem magistri partes fiant æquales, vnus eligatˀ, à Diffinitoribus, secundum qđ in electione Diffinitorum prouincialium ē statutum, Quod si ad capitulum ali-

quo casu præpediti nō omnes venerint, illi quos ex ipsis venire contigerit, cū Magistro ordinis omnia pertractabunt.

Capitulum .a. Generale.) ✱Declaram', φ ista cōstōs'ā pricipio ordinis. ℂ ab āno. 1220 sic habebat, vno anno Parisius alio anno Bononiæ celebretur & seruata fuit, vsq; ad. 1244. in quo ordinatum fuit φ etiam alibi posset celebrari, & celebratū fuit Coloniæ, ac singulis annis celebrabatur vsq; ad. 1370. in quo celebratum est capitulum Valentie in Cathalonia, vbi assignatum est capitulū celebrandum Tholosæ post biennium, & inde, Florentiæ etiam post biennium, Florentiæ vero authoritate, D. Gregorij papæ. XI. in constōnes redactum est, & positum, dist. 2. cap. 17. de Capitulo generali biennali vel triennali Deinde in cap. Rom. 1553. inchoatum, & Rom. 1558, probatum, & demū Auenioni. 1561. in constōnem redactum, Eo modo quo ponit hic textus, & Capitulum. 17. de biennali vel triennali capitulo, Abrogatum & deletum est, nec in hoc defuit authoritas. D. Iulij papæ III. qñ inchoatum est.

a. ℂSi vero Magistrum

aliqua occasione abesse cōtigerit, vnus de Diffinitoribus eiusdē capituli ab ipsis Diffinitoribus, vel maiori parte eorum assumatur in in Magistri ordinis vicariū, qui durante capitulo vices Magistri gerat, in omnibus duntaxat, quę ad tractatus & acta capituli pertinebūt. Qui etiam locum Magistri vbique teneat (fideliū) dicat. licentiam loquendi tribuat, & possit concedere literas d̄ beneficiis ordinis, vt Magister, in diffinitionibus vnam tantum habeat vocem. Quod si in eius assumptione, in partes æquales se diuiserint, vnus d̄ præsentibus fratribus eligatur ab ipsis, & in quorum sententiam iste declinauerit, ille pro Vicario habeatur. Cū quo Vicario cæteri Diffinitores in diffinitione pcedāt. Quod si in ipsa diffinitione iterum in partes æquales se diuiserint, forma superius posita teneatur.

.b. ℂSi vero magistrum aliqua

occasione abesse contigerit. Vn° de diffinitoribus dicti capituli assumatur in Vicarium &c.) Declaranius ꝙ si in capitulo generali magister ordinis esse nō potuerit ex quacunq; cā, poterunt diffinitores vnum ex ipsis in vicarium magistri eligere, nō aūt aliqnem extraneum ab ipsis poterunt ad illud officiū assumere. Talis aūt Vicarius durante capitulo vices magistri obtinebit in his duntaxat quæ ad tractatum & acta capituli pertinebunt. Locum ēt magistri vbiq; tenebit, & fidelium dicet, & licentiam loquendi cum his qui secum comedunt poterit dare, & literas de bñficijs cōcedere.

¶ 3, Isti autem Diffinitores habebunt plenariam potestatem super excessu Magistri ordinis corrigendo, vel de eo penitus remouēdo, Ipsorum vero sententia, tā in his, quàm in aliis inuiolabiliter obseruetur, ita quod à nemine ab illorum sententia .c. liceat appellare. Et si appellatum fuerit, friuola, & nulla appellatio habeat. Appellationem enim intra nostrum ordinem sub īterminatione anathematis fieri inhibēmus, quum nō venerimus contendere .d. sed potius delicta corrigere.

¶ 4. Item (ne delicta maneant impunita, & obediētia in nostro ordine, per appellationes friuolas infringatur) statuimus ꝙ quicunque frater nostri ordinis cōtra obedientiam appellare præsumpserit in futurum, nisi ipsi appellationi īfra duos menses renūciauerit, vel etiam infra annum ꝓsequi non īcœperit, aut ab incepta prosecutione destiterit vel ī ipsa succubuerit, adiudicatus carceri sit ipō facto nec possit cum ipso (nisi ꝑ capitulum generale) añ annos duodecim dispensari.

¶ 5, Appellās autē ab absolutione facta, vel facienda ab officiis prioratus ꝓuincialis vel conuentualis, aut Vicariatus (ēt ꝓtextu grauaminis) ipso facto sit absolutus ab illo officio. Volentes ꝙ ī istis rō grauaminis (tam proprii quàm cōmunis) nō habeat locum quo ad ap-

 pellandū

pellandum. ¶ Item ad nullum iudicem extra ordiné, nisi ad Sedem Apostolicã (cui immediatè ordo subditus est) aliquod membrũ ordinis illique subditum, ꝓ iustitia recurrat, sub pœna absolutionis ipso facto, si é Prælatus, & priuationis vocis actiuæ & passiuæ, etiam ipso facto, quo ad alios.

,c. ¶ Liceat appellare.) Declaramus ꝙ licet appellatio sit de iure naturali, tamẽ vnusquisq; iuri suo potest renunciare. Et idõ eo ipso ꝙ quis sponte obedientiam profitetur secundum constõnes nostras secundum quas non licet appellare; ex hoc etiam renunciat iuri sibi à natura competenti de appellatione sicut & iuri possidendi aliquid vt propriũ, & iuri ducendi vxorem, quibus natura omnes liberos fecit. Vnde in capi. apud Carcassonam. 1312. sic dicitur. Volumus & ordinamus ꝙ quicunq; frater repertus fuerit iudicio eius ad quem spectat sine cã rõnabili à quocũq; superiori suo appellasse, carcerali custodiæ mancipetur. Denunciãtes fratribus vniuersis, ꝙ dᷓ iure cõmuni & ex priuilegio ordinis spãli nulli fratrum licitum est à correctione vel ab officiorum amotiõne appellare, sicut fuit declaratum Cenomanis. 1491. .d. ¶ Cum non venerimus contendere sed potius delicta corrigere.) Declaramus ꝙ appellatio religiosi à correctore iuxta sui ordinis disciplinam videlicet secundum regulam & cõstitutiones & consuetudines approbatas non valet, vt habetur in cap. Cum spãli. extra de offi. ordinarij, nisi forte corrigens modum in corrigẽdo excedat. Et propter hoc Bonifacius. VIII in suis constõnibus sic dicit. Auctoritate apostolica, tenore præsentium, ex certa scientia indulgemus, ꝙ prædictus magister & alij præsidentes in dicto ordine ad quos id pertinuerit ꝓ tẽpore, in correctionibus fratrum eiusdẽ ordinis iuris ordine post posito, secundum consuetudines approbatas & instituta ordinis antedicti procedere libere, & licite possint & valeãt, qđq; nullus ex fratribus & sororibus prædicatorum ordini subiectis aliquem vel aliquam ex fratribus ac sororibus hmõi coram quocũq; iudice qui non sit de dicto ordine ex quacũq; cã conueniri, nec à correctione q̃cũq; seu alias ab aliquo prælato vel fratre dicti ordinis quauis occasione appellare, aut contra eos quærelam proponere valeat, nisi prius

si prius coram conuentuali seu prouinciali priore seu magistro ordinis & successiue in generali capitulo dicti ordinis cãm & querelam suã proposuerit, verbo vel scripto. ¶ Item Iulius secundus cõcessit breue mihi fratri Vincentio Bandello magistro ordinis, īfrascripti tenoris. Iulius papa II. dilecte fili salutē et apostolicam benedictionem. A fide dignis accepimus ꝙ non nulli fratres ordinis tui, & non nulle moniales ordinis S. Augustini sub habitu, & cura fratrū tue cure subiectorum degētes vt debitam correctionē & absolutionē à suis officijs subterfugiant, ad cancellariam Auinionēsem & alias curias seculares vel ecclesiasticas à tuis et aliorū prælatorum ordinationibus & mandatis appellare non erubescunt. Quo circa hmōi subterfugijs obuiare quantum cū deo possumus cupientes, fratribus & monialibus antedictis ne appellationes hactenus interpositas prosequi aut in posterum à mandatis hmōi appellare, iudicibus vero quarūcunq; curiarū ne appellationes hmōi recipere aut illas cognoscere quoquō p̄sumant, sub excommunicationis pena districtius inhibemus, Irritum quoq; & inane decernimus, quicquid secus à quoq̃ q̃uis auctoritate sciēter vel ignoranter contigerit attemptari, cō stōnibus & ordinationibus apostolicis ac dicti ordinis statutis. cæteris in contrarium facientibus non obstantibus gbuscūq;.

,c. ¶ 6. Diffinitores itaq; p̄dicti postquã fuerint accusati, quando eis videbitur expedire, excessum Magistri ordinis seorsum corrigant, & emendent. Qui corã ipsis humiliter se prosternens veniam faciat, & stãs de suis excessibus se accuset & Diffinitores audiant accusantem. Auditis vero accusationibus secedat, vt eo absēte, Diffinitores de eius correctione cōferant & disponant. Quod .e. si preuaricator ordĩs fuerit, aut cōtēptor, aut adeo negligens, & remissus, ꝙ ordinis dissolutionem, & destructionē inducat, moneatur à Diffinitoribus, vt Magistratui cedat, & aliquem locum ad manendū sibi eligat vt possit honeste conuersari. Alioquin amouēdi eum ab officio Magistratus liberã habeant

beant facultatem. ¶ 7. Cessio autẽ Magistri nõ admittatur à Diffinitoribus, nisi propter aliquod prædictorum, aut defectum, aut impotentiam, quæ ipsum ab executione officii Magistratus perpetuo impediret. Perpetuum autẽ dicimus, quod Diffinitores de prudentum consilio perpetuũ iudicabunt. Magister vero ordinis cedẽs vel amotus, post Magistrum ordinis in Diffinitoriis capitulorũ generalium et prouincialium & in absentia Magistri post prouincialem, in cuius prouincia fuerit, & in absentia Prioris ꝑuincialis, post principalem Prælatum, primã vocem primumq; locum vbiq;, & in omnibus obtinebit.

.e. ¶ Quod si preuaricator aut contemptor.) Declaramus ꝙ diffinitores Capituli generalis non habent potestatem remouẽdi magistrum ab officio suo, nisi in casibus expressis in cõstõnibus, videlicet, si fuerit cõtemptor, hoc est, si ita spernit & vilipendit & nihil curat d̃ regula & constõnibus ꝙ pro nihilo reputat transgredi illas, & voluntas sua renuit subijci regule & constõnibus, imo nulla subsistente cã eas quasi continue trãsgreditur, & habet firmum propositum in hmõi transgressionibus perseuerandi. Vel fuerit preuaricator, hoc est si frequenter & quasi ex habitu regulam & constõnes transgreditur. Nã præuaricator dicitur ille q̃ præ alijs plusꝗ̃ debeat legem transgreditur. Similiter si sit adeo negligens, & remissus, ꝙ ordĩs dissolutionem & destructionẽ inducat. Quando vcz nõ hortaretur fratres verbo literis ordinationibus & exẽplis, ad honeste religioseq; viuendũ. Si defectus non corrigeret & nullomodo puniret. Si nunꝗ̃ celebraret nec ad chorum & refectorium iret. Si autem nihil horum haberet ꝗ̃uis quandoq; constõnes transgrederetur, non ex contemptu, nec plusꝗ̃ alij, & esset aliqualiter negligens circa diuina & ea quæ ad communitatẽ pertinent non posset ab ipsis diffinitoribus deponi.

¶ 8. Diffinitores autem capituli generalis Dominica infra octauas ascẽsionis Domini, vel sabbato ꝓcedenti locũ capituli ĩtrare teneantur

& ex

& ex tunc in choro, & alibi ordinate sua loca teneant, quousq; tempus suæ diffinitionis expiret .f. Prouinciales quoq; absoluti, loca in Prouinciis, in quibus p̄fuerũt, sup omnes alios vbiq; habebunt (Romæ. 1558.) & similiter vocẽ, in omnibus electionibus Prouincialiũ, & Diffinitorum, & electo℞ Magistri ordinis, dũmodo Magistri ĩ facra Theologia non magistris, ex hoc minime postponãtur, nec actualium Præsidẽtium locis minime derogetur .g. Magistris vero ĩ sacra Theologia immediate post Priorem, in cuius Conuentu fuerint locum damus .h. Bachalariis qui legitime incorporati in vniuersitate sententias solemniter legerint, aut legunt, post Suppriorẽ, vbiq; ĩ toto ordine locũ damus. .f. ¶ Priores prouinciales absoluti loca in prouincijs in q̄bus præfuerunt super omnes alios vbiq; habebunt.) Declaramus q̄ priores p̄uinciales si sint magistri ĩ theologia postq̄ fuerint absoluti habebũt locum super omnes fratres magistros & priores illius prouincie infra tamẽ priorem illius cõuentus in quo se reperient. Si vero non fuerint magistri habebunt locum ĩmediate post magistros, supra tñ omnes fratres & priores nõ magistros. Et hæc in p̄uincia cui p̄fuerunt, nõ aũt in alia p̄uincia. ✠ ¶ Item in Cap. Rom. 1553. sic dicitur, Declaramus cõformiter ad ea quæ iam à duobus Reuer. Magistris ordinis declarata sunt, si in aliqua Prouincia contingat, inferiorem magistrũ prius fieri prouincialem, & póstea, antigorem, debere vtrũq; completo prouincialatu, tenere locum, secundum ordinem magisterij eorum. Similiter, si duo non magistri prouinciales fiant tenebunt locum suæ professionis post prouincialatum, etiã si iunior ante antiquiorem prouincialis fuerit. .g. ¶ Magistris autem in theologia locum damus &c.) Declaramus q̄ magistri in Theol. vbiq; tã in conuentibus q̃ in capitulis habent locum sup omnes fratres & priores cõuentuales nõ magistros infra tamen priorem duntaxat illius loci in quo se reperient. Priores vero cõuentuales si nõ sint magistri in Theol. vbiq; tenent loca sua secundum antiq̃tatem conuentuum quibus p̄

sunt infra tamen priorem illius loci in quo se reperiunt & infra magistros in Thelo. Cæteri vero fratres tenent loca sua secundum ordinem & antiqtatem ꝓfessionis, ita ꝙ illi q post professionem suam diutius habitū ordinis portauerunt debent pręcedere eos q non tanto tempore post professionem prædictum habitū portauerunt, declarātes ꝙ nullus frāter nostri ordīs magister in Theol. existens, omisso nomine fratris debet pronūciari magister, dicēdo magister talis, sed semper hæc dictio frater præferaꝛ nomini & cognomini, & subsequi poterit in nominatione hæc dictio magister, dicēdo frater Antoninus đ Brixia magister, sicut declaratū fuit Florentiæ. 1321. & apud Tholosam. 1372. ✠ .h. ℭ Baccalarijs q legitime.) Declaramus. iuxta ea quæ ī cap. Rom. 1530. &. 1532. declarata sunt, ꝙ nullꝰ Baccalarius ordinariꝰ incorporatus, teneat locum Baccalarij, nisi actu legat sñias vel Biblia, vel legerit in aliquo studio ordinario, in quo per annū lecturam fecerit solemniter. In capitulo ēt Rom. 1542. dicitur Cōfirmamus, ꝙ inqsitores nō magistri teneāt primum locū post suppriorem & baccalaureos in conuentibus.

✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠

ℭ 9. Itē in virtute Spiritus sancti, & sanctæ obedientiæ præcipimus firmiter obseruari, ne quis causam depositionis Magistri, vel prioris prouincialis, vel eorum excessum, vel correctionem, vel secretū .i. capituli, seu dissensiones Diffinitorum, vel fratrum, vnde ordo noster posiit turbari, vel infamari, audeat scienter extraneis publicare. Si quis aūt ex deliberatione cōtrafecerit, tāquàm excommunicatus & schismaticus, & đstructor nostri ordinis habeaꝛ & (quousq; satisfecerit) à communione omnium sit penitus alienus, et pœne grauiori culpæ debitę subiacebit. Eadem districtione præcipimus .K. ne quis verbo, vel facto ad diuisionē nostri ordinis audeat laborare. Quod si fecerit, pœnæ subiaceat supradictæ.

.i. ℭ Vel secretum capituli.) Declaramus ꝙ secreta capitulorū generalium & prouincialiū reuelare nos intelligimus personis ex-

nis extraneis, per quorum reuelationem ordo noster vel personæ ordinis possent ledi vel infamari. sicut fuit declaratnm apud Tholosam. 1304. & apud Montempesulanum. 1294. Vnde in cap. apud Placentiam. 1310. & apud Carcassonam. 1312. sic fuit ordinatum. Cum ex reuelatione criminum visorum vel auditorū indebita & incauta, sequatur fratrum infamia, contra ordinem charitatis, & nihilominus ex tali reuelatiõe multiplex scãdali et turbationis materia ministretur, volumus ac districtẽ iniungimus, ꝙ qcunq; crimen visum vel auditum de ordine vel de fratribus ordinis scienter & ex proposito cuicunque personæ alias nescienti reuelauerit, ad quam correctio de prædictis non pertinet, vel quæ non creditur probabiliter in illo casu posse prodesse, exprimẽdo fratris nomen, per priorem prouincialem vel eius Vicariũ vel per suum priorem postquã legitime constiterit, pœna criminoso debita imponatur. hæc ibi. K. ℂNe quis verbo vel facto ad diuisionem nostri ordinis audeat laborare.) Declaramus ꝙ ille dicitur ad diuisionẽ nostrj ordinis laborare q verbo vel facto quærit per psonas extra obedientiam nostri ordinis constitutas mutationem gñalis status nostri ordinis, & conuentus ab obedientia magistri ordinis subtrahere, cum vnitas ordinis ex vnitate vnius professiõis dependeat, qua ex solemni voto tenentur oẽs fratres vni magistro in his quæ secundum regulam & constõnes sunt obedire. Vñ in cap. apd Ferrariã. 1290 sic fuit ordinatũ. Volum' & ordinamus & mandamus ne aliquis verbo vel facto ad diuisionem nostri ordinis audeat laborare, vel absolutionẽ cuiuscũq; prælati seu immutationem gñalis status ordinis nostri verbo vel scripto, vel quocunq; alio modo, directe vel indirecte, mediate, vel immediate, per personas extra obedientiam nostri ordinis constitutas præsumat procurare. Quicũq; vero scienter cõtra hoc fecerit, ipsum ex nũc prout extunc priuamus omni voce præterꝗ in sui accusatione, & omni gradu prelatura, doctoratu, & omnib' alijs gratijs ordinis. nec ad predicta restitui valeat, nisi per magistrum ordinis vel diffinitores capituli gñalis. Et nihilominus pœnæ culpe subiaceat grauioris. hæc ibi. ℂItem declaramus ꝙ puinciæ vel conuentus teneantur prioribus prouincialibus vel conuentualibus satisfacere de expensis quas fecerunt pro impngnãdis appellationibus, & malignorũ tur-

turbationibus, & resecandis seditionibus, & scandalis peruersorum fratrum propter ordinis tuitionem, & iustitiam & famã defendendam, sicut fuit declaratum apud Castras. 1352.

¶ 10. Statuimus vt si in anno diffinitionis priorũ prouincialium electio Magistri celebretur, illo anno vnus de fratribus .l. electoribus de qualibet prouincia, qui in prouinciali capitulo, ad hoc electus fuerit, ad diffinitionem, cum eis pariter admittatur. Quod si ad capitulũ nõ venerit, tũc ad diffinitionem elector alius admittat. Si vero in anno diffinitorum celebretur, tunc cum diffinitoribus priores prouinciales conueniant, & vtrorumq; diffinitio sit communis. ¶ 11. Statuimus autẽ, & in virtute Spiritus sancti, & sanctæ obedientiæ, & sub interminatione anathematis, prohibemus districte, ne priores prouinciales fratribus diffinitoribus, vel fratres diffinitores prioribus puincialibus, per suas diffinitiones præiudicium aliquod .m. audeant generare. Quod si facere attentauerint, eadem districtione prohibemus, ne in hoc aliquis præsumat eis obedire. Priori vero puinciali eunti ad capitulum generale detur socius à diffinitoribus capituli puincialis (Romæ 1558.) Qui si priorem prouincialem impediri contigerit, q ad Capitulum generale in anno prouincialium non accedat, loco ipsius cum prioribus puincialibus admittatur, ad omnia tractãda & diffinienda. ¶ 12. Statuimus insup, q omnes priores conuentuales cũ sociis suis, & prędicatores generales illius prouinciæ in qua generale Capitulum celebratur, illo anno veniãt ad capitulum generale, nec eodem anno in illa prouincia ad celebrandum aliud capitulum puinciale teneãtur. Et quod idẽ faciant prouinciæ .n. propinquæ licentiandi & mandandi

dandi Magister ordinis libe ram habeat facultatem,

l . ¶ Vnus de fratribus electoribus.) Declaramus q̄ qñ in anno prouincialium electio magistri est celebranda, tunc vnus ex duobus electoribus q in prouinciali capitulo ad hoc electus fuerit, ad diffinitionẽ cum eis debet admitti. In anno vero diffinitorum priores ꝓuinciales cũ eis diffinient, & quilibet diffinitor cum alio electore ad electionem magistri pariter admittetur Et prædicta intelliguntur qñ mors vel amotio magistri nunciata fuit ante celebrationẽ capituli prouincialis, qa si nunciata fuisset post capitulum ꝓuinciale. tunc & eo casu in ãno diffinitorum diffinitor capituli generalis & ei⁹ socius ad electionem magistri erunt admittendi. In anno vero prouincialium duo ex diffinitoribus capituli ꝓuincialis immediatẽ ꝑcedentis antigores in ordine ad electionem magistri admittentur: quorum antigor in ordine erit illo anno generalis capituli diffinitor. m. ¶ Preiudiciũ audeat generare.) Declaramus q̄ tunc solum diffinitores prioribus prouiucialibus, & priores prouinciales diffinitoribus per suas diffinitiones præiudicium generarent, si in suis diffinitionibus aliqd statuerent ꝑ quod auctoritas prouincialium tolleretur vel minueretur vel limitaretur, & econuerso. Hoc autem fieri non potest. nec per tria capitula, nec per vnum generalissimum. Sed solum auctoritate Papæ. Non autem præiudiciũ aliquod generatur, si quod est ordinatum vel statutum ĩ vno vel in pluribus capitulis ꝑ priores prouinciales, postea in alio vel alijs capitulis per diffinitores ex cã rõnabili reuocetur, & econuerso, sicut quotidie fit. n. ¶ Licentiandi & mandandi magister ordinis liberam habeat potestatem.) Declaramus q̄ illo anno quo capitulum generale celebratur in aliqua ꝓuincia, debent vocales illius ꝓuinciæ venire ad capitulum generale & ibi suum prouinciale capitulum celebrare, & idem debent facere propinquæ prouinciæ. Et pro illo ãno ꝑdicte ꝓuinciæ ad alid capitulum celebrãdum non tenentur. Magister tamen ordinis habebit liberam potestatem mandandi dictis ꝓuincijs vt veniãt ad capitulum, & etiam licentiandi vt possint à tali capitulo remanere & alibi suum prouinciale capitulum facere,



¶ De

De Solemni celebratione Capituli. Cap.IX.

CApitulum .a. generale (quantum ad auctoritatem diffinitorum) incipiat celebrari in vigilia Penthecostes. Quum autem in secunda feria post Penthecostē, vel in ipso eodē festo fratres in capitulū venerint, primo omnium devotè invocetur Spūs sāctus, à quo filii Dei aguntur, & dicatur. Vers. (Emitte Spiritum tuum &c.) cum collecta đ Spiritu sancto. Dein de residentibus fratribus, et loca sua tenentibus omnibus (vt verbo Dei cęli firmentur) verbum Dei ī cōe fiat. Sermoni aūt interesse poterunt q ad ędificationē interesse voluerint. ℭ 2. Finito sermone (qa indigētibus quantocius subuenien dum est) obitus fratrū post præcedēs capitulum defunctorum, in cōmuni reciten tur, et fiat eis cōmunis absolutio, & dicatur pro eis p̄s, (Deprofundis, Kyrie. Pater noster) cum Vers. (A porta) cū oratione (Absolue). Postmodum si literæ legendæ sunt, legantur, & eis suo tempore cū consilio rn̄deatur. Perlectis autem literis & facta recommendatione viuorum, dicatur p̄s. (Ad te leuaui. Kyrie l. Pater noster) cum Vers. Saluos &c. cum oratione (Prætende &c.) Et tunc omnes q non sunt de capitulo egrediant̄ Quibus egressis, qui missi sunt ad excusandum eos q nō ad sunt, ad qd venerint loquantur. Deinde culpæ audiantur, .b. ℭ 3. Si qui vero sine licentia ad capitulum generale vel p̄uinciale venerint, primo culpę eorum audiantur, & recepta pœnitētia à capitulo excludantur. Vt autem modus in eundo seruet̄, nullus exeat sine licentia, & necessitate. Egressus autem nō discurrat, sed expleta necessitate, citius reuertatur. Qui autem in præsenti anno visitare debuerant, & non sicut

oportuit fecerunt, culpam suam dicãt, & dignæ vindictæ subiaceant. Tunc etiã absentibus, q adesse debuerant, & iis qui peccauerunt & non satisfecerunt, pœnitentia scripta mittatur.

CApitulum .a. generale.) Declaramus ꝙ licet capitulum generale quantum ad auctoritatem diffinitorum incipiat in vigilia Penthecostes celebrari, tamen quo ad solemnitatem celebrationis incipit solũ ĩ secunda feria post festum Penthecostes, q̃a tũc capitulum debet habere magistrum antiquũ vel nouum præsentem vel absentem ne acephalum iudicetur. Tunc etiam fratres intrant locũ capituli & inuocatur gratia spiritus sancti, & fit oratio pro viuis & defunctis & verbum Dei per sermonem in communi ꝓponitur. .b. ¶Si qui vero sine licẽtia ad capitulum generale.) Declaramus ꝙ ad magistrũ vel ad priorem prouincialem non possunt ire fratres sine licentia spãli. Et solus magister & prouincialis prouinciẽ ĩ qua fit capitulum generale possunt dare licentiam veniendi ad capitulum generale. Qui autem sine licentia venerint debent grauiter puniri, sicut fuit declaratum apud Treueri. 1289. & apud Tholosam. 1304.

¶.4. Conuentus autem q mittit accusationes ad capitulum generale vel prouinciale, .c. scribat numerum, et nomina accusantium, & si accusant de visu vel auditu. .d. Accusatio aũt vnius tãtum ad capitulum generale vel prouinciale nõ mittatur. Et tractatus eorum q̃ mittenda sunt ad capitulũ, vltra vnam diem non prolongetur. Qui autẽ habent facere proprias quęstiones vel communes, ad ordinẽ, vel prædicationẽ pertinentes, proponant fratribus à Magistro & Diffinitoribus ad hoc statutis, vt pro loco & tempore soluantur, & terminentur.

.c. ¶Scribat numerum & nomina accusantium.) Declaramus ꝙ illi q mittunt accusationes ad capitulum generale vel prouinciale debent exprimere modum per quem sciũt crimẽ illud fuisse commissum vtrum scilicet per auditum vel per visum. Et si per auditum, vtrum ab aliquo q viderít illud sciant

sicut

sicut fuit ordinatum apud Lugduñ. 1274. & nullus debet accusare alium de re criminosa quã audiuit nisi possit ꝓbare ꝙ non solum audiuit, sed ẽt ꝙ ita sit, sicut fuit ordinatnm Tholosæ. 1258. ¶Item declaramus ꝙ qñ contra fratrem habentur testimonia seculariũ, talis frater pōt arctari ad dicendum veritatem & poni ad quæstiones, & potissime qñ infamia contra ipsum laborat, non tñ pōt per sententiam condemnari nisi sit conuictus aut iudicialiter cõfessus, sicut fuit declaratum apud Tholosam. 1304. Similiter si accusetur à pluribus, non contestibus ab vno de vno actu, & ab alio de alio actu eiusdem spẽi, talis non est conuictus nec pōt snialiter condemnari, sed bene ad qõnes poni. sicut fuit declaratum apd Perpinianum. 1327 & apud Ferrariam. 1362. .d.

¶Vnius tantum non mittatur.) Declaramus ꝙ accusatio vnius tm̃ reputaẽ nulla, nec ex ea pōt ad aliquam sniam procedi nisi præter accusantem vel proponẽtem ad minus duo testes idonei aduocentur. sicut fuit declaratum apud Bisuntinm. 1353.

¶Itẽ declaramus ꝙ si aliqs frater accusatur de aliquo crimine occulto quod iuridice probari nõ potest, vel quod nescitur nisi ab accusato & ab accusante, nõ poterit propter hoc prælatus ꝑcipere accusato vt coram accusante dicat veritatem, vel corã alijs siue in capitulo siue extra capitulum vel seorsum sibi soli dicat veritatẽ & si ꝑcipiat peccat grauiter, qa vsurpat sibi auctoritatem quam non habet. Non enim est iudex occultorũ, sed occulta relinquuntur diuino iudicio, manifesta autem humano. Et in tali casu accusatus non tenetur dicere veritatẽ nec seipsum pandere & diffamare. Non tñ debet dicere mendaciũ qa peccaret, sed poterit dicere. ꝓbet accusator quod dicit, aliter peto iustitiam de indebita accusatione, & nihil aliud rñdeat qa in occultis non est homo iudex, vt dictum est supra. Si tñ præter accusantẽ infamia cõtra accusatum laboraret, posset ꝑlatus ei ꝑcipere, & illum ad qõnẽ ponere, & ipse teneretur Veritatem dicere tam de crimine de quo ẽ diffamatus, ꝙ̃ ẽt de alijs et occultis de qbus non est diffamatus. qa non per occultationem pecati sed peccatoris ꝓhibetur homo de occultis iudicare. Vbi ergo per vnum crimen iam ẽ diffamatus esse peccator debet ẽt de alijs criminibus īqsitus dicere veritatem vt dicit Petrus de Palu. ī. 4. sniarũ. ✠Caue ad hoc vltimo dicto pp ea q̃ annotata sunt supra, d. 1. c. 18. g.

¶Itẽ

Item declaramus q̄ si aliqua sint alicui commissa sub secreto ex quarum retentione imminet periculum scandali vel ruinæ vel graue præiudicium alicuius, vel magnū dānum cōmunitatis, cui pōt obuiari p̄ reuelationē secreti p̄lato p̄cipienti in gñe, tenet̄ subditus tale secretū reuelare, qa sicut iuramentū nō ē vinculū iniq̄tatis, sic secretū cōmissum vel p̄missum nō debet eē vinculū aut velamē scandali ruinæ, & maximi dāni p̄ximi vel cōmunitatis. Nō tñ tenetur de illo crimie sibi sub secreto cōmisso illū accusar̄, nisi possit hoc sufficiēter p̄bare. qđ ptinet ad officiū accusatoris, quia nullus tenet̄ ad id qđ neqt pficere. Negociū aūt accusationis nō pficitur nisi accusatus legitimè puniat̄. Nō aūt punit̄ legitime nisi i iudicio fuerit legitima p̄batione cōuictus, vel cōfessus. Si aūt ex obseruatione secreti ñ īminet scandalū vel p̄iculū aliqđ p̄dictorū, nisi p̄cesserit infamia, nō p̄t p̄latus p̄cipe nec subditus tenet̄ tale secretū p̄lato p̄cipienti reuelare, vñ in cap. gña li apđ Parisius. 1279. sic fuit ordinatum, qa sub secreti pallio plerūq; vicia occultant̄, & p cōsequens correctio eneruatur, districte omnibus fratribus iniungimus & mandamus, ꝯ nullus eorum suscipiat aliqđ sub secreto, qđ impedimētum correctionis, seu q̄ quouis mō vergat in preiudicium vel periculum ordinis seu personæ particularis.

¶ 5. Si qua vero dissensio inter fratres nostri ordinis (quod absit) emerserit de libris, vel de aliis (quum p̄ponēda sint spiritualia temporalibus) non inde agat̄ in capitulo, sed dicti fratres extra capitulū (discussa veritate) dissensionē dirimāt, & inter fratres pacē restituant. De solutione autem, & terminatione quæstionum, de correctione fratrū de modo pœnitentiarum, & de prędicatoribus ad predicandum & studendū mittendis, Prælatus maior cū aliis, qui ad hoc statuti sunt tractabunt. c. Et quicquid inde (Spiritu sancto donante) ordinauerit, capitulum vniuersaliter vnanimiter et deuotè suscipiat. Nullus murmuret, nullus reclamet nullus contradicat. In fine fiat cōis cōfessio & absolutio, & p̄seuerātib' bñdictio.

Et hæc

Et hæc eadem forma in capitulo prouinciali similiter obseruetur.

.e. ¶Et quicquid inde Spiritu sancto donante ordinauerint. capitulum vniuersaliter vnanimiter & deuotè recipiat.) Declaramus ꝙ ordinationes capitulorum generalium & precepta magistri ordinis & priorum prouincialium ac ordinationes ipsorum post eorum mortē vel amotionem quousq; fuerint reuocatè in sua remanent roboris firmitate & si quæ gratiæ fuerint factæ per magistrum ordinis, post mortem eius non expirant. Vnde in cap. Coloniæ celebrato. 1245. Sic dicitur. Ordinamus & mandamus ꝙ in quolibet conuentu sit vnus quaternus in quo scribātur singulis annis ordinationes & acta capituli generalis & ꝓuincialis, & quater in āno legantur, nec deleantur nisi fuerint reuocata. Et in capitulo apud Londonas celebrato. 1250. sic dicitur. Volumus & ordinamus ꝙ admonitiones & ordinationes tam gñalium ꝙ prouincialium capitulorum diligētius obseruentur, & si min⁹ seruate fuerint, trāsgressores ꝑ visitatores seuerius corrigantur. Et idem habetur ī sequenti capitulo Metis celebrato. 1251. ¶Item ī capitulo Bononiæ. 1275. sic fuit ordinatum. Cum in bono obedientiæ virt⁹ religionis consistat, volumus & ordinamus ac mandamus ꝙ admonitiones generalium & ꝓuincialium capitulorū fratres diligentius solito studeant obseruare. & qui negligentes fuerint, ꝑ priores & visitatores ad earum obseruantiam compellantur. ¶Item in cap. Oxoniæ 1280. sic dicitur. Declaramus, ꝙ ordinatiōes & admonitiones in actis capitulorum gñaliū vel prouincialiū factæ durent quousq; fuerint reuocate. ¶Item ī cap. Florentiæ. 1281. sic dicitur. Volumus & ordinam⁹ ꝙ admonitiones capitulorum generalium & prouincialium more solito scribantur & diligētius obseruentur. ¶Item in capitulo apud Treuerim. 1289. sic dicit̃. Volumus & mandamus ꝙ admonitiones & ordinationes capitulorum generalium quater in anno ad minus in quolibet conuentu legantur et diligētius obseruentur, & per visitatores transgressores acrius corrigant̃. ¶Item in cap. apud Tholosam. 1304. sic fuit ordinatum. Cum ex ignorantia actorum tam generalium ꝙ prouincialium capitulorum defectus multi proueniant, mandamus districte ꝙ socij priorum diffinitores capituli generalis acta capituli inte

gra ad

gra ad suas prouincias & ad suos conuentus deferant, & ꝙ superiores admonitiones & ordinationes capitulorum generalium & prouincialium scribi faciant in quaterno ad hoc spāliter deputato,& quater in anno illas legi faciant, & diligentius obseruari. Et hoc idem de verbo ad verbum in capitulo Ianue.1305. Et hoc etiam idem habetur in capitulo apud Cesaraugustam.1309. ¶Item apud Argentinam.1296.sic dicitur. Declaramus ꝙ si quæ gratiæ factæ fuerint per magistrum ordinis,ipso mortuo non expirant. ¶Item in capitulo apud Montempesulanum. 1294. sic dicit. Declaramus ꝙ præcepta facta per magistrum ordinis vel per priorem prouincialem durant durante mandatore. ¶Item in capitulo Bononiæ.1547.sic dicitur.Mādamus & imponimus vniuersis prioribus & superioribus ꝙ ordinationes capitulorum generalium & prouincialium legi faciant in suis conuentibus pluries in anno, & eas à suis subditis obseruari. Qui vero contrarium fecerit,à suis officijs absoluantur. ¶Item in capitulo apđ Castras.1352.sic dicitur, ¶Item declaramus ꝙ ordinationes & precepta magistri ordinis & priorum prouincialium m post eorum mortem vel amotionem in sua remaneant roboris firmitate quousq; p successores reuocentur. ¶Idem dicimus de gratijs factis per eosdem exceptis duntaxat exēptorijs. Ex quibus omnibus patet reuocatio cuiuscũq; ordinationis dicentis ꝙ ordinationes & pcepta quæ opponuntur ĩ actis capitulorum generalium vel puincialium nõ obligant fratres, nisi solum vsq;ad receptionem actorum immediate capituli generalis & prouincialis sequētis, cuius oppositum exprimitur in capitulis superius allegatis. Et propter hoc dicimus & declaramus ꝙ ordinatiões & admonitiones capitulorum generalium & prouincialium cum pro cõmuni bono vniuersitatis cõuentuum & fratrum,auctoritate ordinis & constõnum sint factæ,cum ipse ordo & constõnes semper durent,etiam prefate ordinationes secundum intentionem diffinitorum durant quousq; fuerint reuocate,& nõ obligant fratres ad culpam sed ad pœnam taxatam vel per prælatos taxandam,nisi propter preceptum vel cõtemptum,& possunt pro loco & tempore p magistrum ordinis temperari. Et etiam ex causa rationabili totaliter tolli si iudicauerit expedire.

✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻

N .L.¶Porro

¶.6. Porro Magister ordinis, aut priores prouinciales .f. non mutent acta prouincialis capituli, aut generalis, nisi forte in speciali ex causa necessaria & vtili. ¶Item generale statutū ordinis, vel consuetudinē diu obtentam, & communiter approbatam in ordine, nec Magister ordinis, nec priores ꝓuinciales aliquatenus audeant immutare, nisi per tria capitula fuerit approbatum. Ea vero quæ de generali capitulo dicta sunt, in vigilia Penthecostes debent inchoari. ¶ 7. Capitulum autem generale vltra sabbatum infra octauas Pēthecostes non prolonget, nisi ex cā rationabili Magistro & Diffinitoribus videatur ꝙ per vnum diem, vel duos (ad plus) debeat prolongari. Capitula etiam ꝓuincialia .g. eodem modo infra prætaxatum numerū dierum terminentur. Necessitate vero vrgente Magister ordinis, vel eius vices gerens, cum assensu prioris prouincialis, in cuius ꝓuincia capitulum generale celebrandum fuerit, de consilio discretorum ad aliū conuentum eiusdem prouinciæ possit illud transferre. Quod si in eadem prouincia commode celebrari nō valeat eodem anno, Magister ordinis, vel eius vices gerens (ipso mortuo, vel amoto) dictum capitulum ad aliam prouinciam mutare poterit, si expediens iudicauerit de fratrum consilio discretorum.

.f. ¶Porro magister ordinis nō mutet acta capituli.) Declaramus ꝙ magister ordinis ꝙ primum est electus statim plenè, & libere habet curam animarū fratrum totius ordinis ipsosq; fratres auctoritate propria ligare & absoluere potest necnō in ipso ordine ea agere valet quæ ipse & diffinitores generalis capituli iuxta constōnes ordis secundum deum ordini & fratribus viderit expedire ac omnes fratres in his quæ secundum regulam & constōnes sunt tenentur ei deuote & humiliter obedire, sicut habet in marimagno

& quãuis nõ debeat ordinatio-
nes & acta capituli mutare, po
test tamen ex cã necessaria & v-
tili in spãli illa limitare & etiã
tollere. Similiter quãuis statu-
tum generale ordinis vel cõsue
tudinem diu obtentam & com
muniter in ordine approbatam
non possit tollere, põt tamen ex
cã rõnabili necessaria vel vtili
circa omnia pdicta dispensare.
✠ 7 item ex commissione quæ
fit priori prouinciali à diffinito
rio capituli prouincialis, vt pos
sit omnia facere quæ ipsum dif
finitorium poss. t, non potest p
uincialis absoluere fratrem ali-
quem, à pœnis grauioris culpæ
& al js quæ alias prouinciali p
constõnes non conceduntur, si-
cut declaratũ fuit in cap. Rom.
1518. ✠.g. ¶ Capitula ẽt puin
cialia infra ptaxatum numerũ
dierum terminetur.) Declara
mus iuxta declarationem cap.
Bonoñ. 1564. q Diffinitores ca
pituli prouincialis suam autho
ritatem vltra duos dies proro-
gare non possunt, ita q, à die e-
lectionis eorum vsq; ad diem
quo illorum authoritas expirat
nũquam sint nisi decẽ dies, cũ
in constõnibus nostris hic nu-
merus dierum diffinitoribus ca
pituli generalis assignetur, &
ibidem habeatur q capitula p
uincialia intra prætaxatum nu-
merum dierum terminentur.

De capitulo generalissimo
Cap. X,

Capitulum Generalissi-
mum non conuocet,
nisi quando maior pars p-
uinciarum petierit, vel Ma
gistro cum media parte p-
uinciarum visum fuerit ex
pedire. Prouinciæ vero q
petunt, scribãt causas, qua-
re petunt. De his tamen ca
pitulum generale non ha-
bebit iudicare, vtrum suffi
cientes sint vel non. Sed ta-
men scribãtur, vt fratres de
his ante capitulum confer
re valeant. Priores autem
puinciales singuli cũ duo-
bus sociis à capitulo suo p-
uinciali electis à pluribus
medietate omnium eligen
tium, tale capitulum cele-
brabunt, Duobus autem
annis ante pronuncietur,
nisi vrgens fuerit necessitas
¶ 2. Anno ab incarnatio-
ne Domini 1228. conuene
runt Parisius in domo san-
cti Iacobi Priores prouin-
ciales, vna cum venerabili
Patre fratre Iordane, bonæ

me.magistro ordinis nostri singuli cum duobus diffinitoribus à capitulis prouincialibus deputatis, in quos fratres oẽs vota sua vnanimiter transtulerunt. eisdem potestatem plenariam concedẽtes, vt quicquid ab eis fieret, siue in constituendo, siue in destituendo, mutando, addendo, vel minuendo, decætero firmum ac stabile pmaneret, nec liceret alicui (quantæcunq; auctoritatis) capitulo, aliquid eorum immutare, quæ ipsi statuerunt perpetuis temporibus pmansura. ℭ 3. Priores igitur præfati cum suis Diffinitoribus (gratia Spiritus sancti inuocata) quasdã Constitutiones ad vtilitatem & honestatem & conseruationem ordinis (præmissa diligenti examinatione) vnanimiter & concorditer ædiderunt, quas in locis suis inter constitutiones alias inserere procurarunt. Inter alias ãt quasdã voluerũt inuiolabilr̃ & imutabilr̃ i perpetuũ obseruari, vi delicet .a. de possessionibus, & redditibus nullatenus habendis vel recipiendis, d̃ appellationibus remouendis, & ꝙ non possit per fratres Diffinitores prioribus prouincialibus, neque per priores prouinciales fratribus diffinitoribus ĩ suis diffinitionibus in aliquo præiudiciũ generari. ℭ 4. Quasdam vero voluerũt sic immobiles permanere, vt nõ (nisi à consimili capitulo, nouis emergentibus articulis, casibus, vel negociis) de ipsis possit aliquid pro tempore immutari, videlicet d̃ Constitutionibus non faciendis, nisi per tria capitula generalia continua fuerint approbatæ, de nõ æquitando, de expensis nõ portandis, de carnibus (nisi causa infirmitatis) non comedendis, ita tamẽ ꝙ in his pro loco & tempore Prælato liceat dispensare.

Capitulum generalissimum &c. & infra. .a. (Inter illas quasdã

quasdem voluerunt inuiolabiliter & immutabiliter in perpetuũ obseruari. videlicet de possessionibus & redditibus nullatenus recipiẽdis . Declaramus, ꝙ pp istã constonem multa à diuersis uiris doctis & timoratis dicta & scripta sunt q̃ supra recensentur, ex Petro de Palude, & alijs, necnon ex dispensationibus & indultis Apostolicis At in Concilio Trident. omnis scrupulus remouetur, Dum in Sess. 25. tit. de regularibus. C. 3. Sancta Synodus cõcedit, omnibus monasterijs & domibus tam virorum ꝙ mulierum etiã mendicantium, exceptis Domibus Fratrum Sancti Francisci Cappucinorum, & eorum q̃ minorum de obseruantia vocant, ẽt qbus, aut ex cõstõnibus suis erat prohibitum, aut ex priuilegio Apostolico non erat concessum, vt deinceps bona imobilia eis possidere liceat, Quòd si aliqua loca ex prædictis quibus authoritate Apostolica similia bona possidere permissũ erat, eis spoliata sunt eadẽ omnia illis restituenda esse decernit vide supra in hac 2. d. c. 1.

De Visitatoribus Capitulũ XI.

Statuimus. a. vt quatuor fratres ad visitandum p̃uinciam ĩ capitulo prouinciali à priore prouinciali & diffinitoribus assignentur, vel plures, secũdum ꝙ capitulo prouinciali videbitur expedire, b. Qui excessus priorum conuentualium, & fratrum audiãt & emendent, absq; cõstitutione & imutatione status domus. Loca vero sua vbiq; teneant, nisi in capitulo dum ab eis officium suæ correctionis exercetur. Quod. c. in tribus diebus continuis terminet. Si qua autem grauia & periculosa iuenerint emersisse à tempore visitationis vltimo factæ per visitatorem præcedẽtem, licet correcta fuerint, nihilominus cum testimonio partis maioris capituli studeãt denunciare Magistro & diffinitoribus Capituli gñalis, vel priori prouinciali & diffinitoribus capituli prouincialis, si ibi generale capitulum non fuerit celebrandũ

¶ 2. Visitatores præsentes verbo, absentes scripto re-

ferre debent diffinitoribus prouincialis capituli, vel generalis (quum in sua prouincia celebratur) de iis quos visitauerint fratribus, si in pace continui, in studio assidui, in prędicatione feruentes, q̃ de eis fama, quis fructus, si in victu & vestitu, & aliis secundum tenorem Institutionum ordo seruetur. Priores autem seu Lectores, & Suppriores, in Visitatores nullatenus eligantur. Quod si quis Visitator antequàm visitet, vel in ipsa visitatione in priorem fuerit electus & confirmatus, vel mortu9 vel alias ipedit9 prouideat prior prouincialis de alio fratre q visitet loco ei9.

Statuimus .a. q quattuor &c.) Declaramus q ista constitutio facta fuit Bononiæ. 1244. Sed postea et Bononiæ. 1275. fuit alia constõ facta quæ habetur supra de electione prioris prouincialis, q vcz prior prouincialis totam suam prouinciam per se (si poterit) vel p vicarios idoneos teneatur singulis annis visitare &c. Ex qua constõne patet q prior prouincialis per se si ne diffinitoribus potest visitatores constituere, & eis auctoritatem suam secundum q iudicauerit expedire committere.

¶ Item declaramus q visitatores instituti non debent esse iuuenes sed antiqui i ordine, graues, maturi, moribus & vita approbati, qui in suis visitationibus de profectu iuuenum & studentium qualiter in scientia & moribus se habeat, & si fratres caste & sine proprio viuat, & si silentiũ, ieiunia, abstinentiam à carnibus & alia regularia instituta obseruent debent diligenter inquirere, & omnia priori prouinciali vel diffinitoribus prouincialis capituli fideliter exponere, sicut in pluribus capitulis generalibus fuit ordinatum.

✠ ¶ Item Declaramus, q visitatores, & multo magis prouinciales in visitatione debent admonere & dare operam, vt executioni mandetur ordinatio facta in capitulo Bononieñ. 1564. vcz. q omnes ceremoniæ quæ ad altaris ministerium, & ad alia diuina officia in nostris ordinarijs notate sunt diligenter obseruentur, & in eis addiscendis, & exercendis iuuenes instituantur, Et qm̃ ex nostris rubricis dubia multa solent oriri, curet Reuer. Generalis, vt per fratres ab ipso deputandos aptius omnia explicẽtur, quo in sacre

ille

illo altaris ministerio maxima vniformitas inter fratres nostros vbiq; appareat. Vestium quoq; sacrarum & corporaliũ quo ad fieri potest, eadem sit forma & ea puritas, q̃ tñ decet sacrificiũ. ¶Et spãliter ordinatione mãdatũ fuit Vniuersis fratribus in capitulo Genueñ 1513. vt reuerentiam debitam Sacramẽto sanguinis Dñi Nostri Iesu Christi exhibeant in missis, vt s. ante absterfionem oris & ablutionẽ digitorum sumant ablutionẽ calicis cum vino & deinde abluant digitos &c. &, vt hoc seruetur inuiolabiliter, prælati hoc publicent, & per visitatores puniantur grauiter contrafaciẽtes. .b. ¶Qui excessus priorum cõuentualium & fratrum audiãt, & emendent. Declaramus ꝙ visitatores i sua visitatione possunt omnibus fratribus ad suã visitationem pertinentibus pceptum facere & ẽt sniam excommunicationis ferre, qñ per pceptum nõ possunt veritatem extorquere, sicut declaratum fuit apud Perpinianum. 1327. ¶Itẽ declaramus ꝙ omnes fratres suis prælatis & visitatoribus pcipientibus tenentur ẽt secreta sibi commissa quæ in periculum communitatis vergunt, vel etiã aliarum personarum reuelare. Vñ in iuramento fidelitatis continetur ꝙ serui hmõi secreta debeant dñis reuelare. Ad pceptũ ergo prælati tenetur religiosus tale secretum pandere, ẽt si promisisset se non reuelare, dicẽte Augustino & Isidoro i male pmissis rescinde fidem. Vnde in cap. apud Montempesulanum 1283. sic dicit. Inhibemus strictissime ne fratres nostri recipiant aliqd sub secreto qđ sit ipdiciuum correctionis, vel quod vergat in piudicium vel periculum ordinis vel personarum, ꝙ si aliqs tale secretum receperit teneatur illud ad reqsitionẽ sui prælati sibi fideliter reuelare. Et hoc ẽt fuit ordinatum apud Parisius. 1279. Si autem illud secretũ in cõfessione sacramentali audiuisset, non teneretur illud ad pceptũ prælati vllo mõ reuelare. Vnde in capitulo ap. Mediolanũ. 1278. sic dicitur. Prohibemus districte ne fratres secreta i confessione sacramentali accepta, directe, vel idirecte nutu, vel signo. vel quouis alio modo præsumãt alijs reuelare, & q contra hæc iuenti fuerint culpabiles & icauti acri⁹ & grauius puniantur. hæc ibi. Si vero secretum eis commissum nõ vergat i præiudicium communitatis vel alterius personæ, & sit tale quod de se celari potest sine peccato, nullo modo tenẽtur nec debent prelato pcipienti tale secretum fidei suæ com

missum reuelare. Peccaret enī frangendo fidem, si reuelaret. Ex lege enim naturali & ex promissione in baptismo facta obligamur ad seruandum ea q̄ sunt fidei & charitatis, qualia sūt illaquæ sub secreto fidei q̄ nulli nocent committuntur. ¶ Item declaramus, ꝙ Visitatoribus vel ꝑlatis ꝑcipientibus fratribus, vt q̄cūq; crimina per fratres commissa teneantur reuelare si crimen illud sit totaliter occultū, ꝙ nullo modo ad multorū noticiam peruenit & sit tale ꝙ nulli noceat nisi facienti, ille q tale peccatum occultum scit solum ad hoc debet intendere vt fratris peccantis salutem procuret seruato ordine correctionis fraternæ, vt primo corripiat illum secrete inter se & ipsum solum postmodum adhibeat duos vel tres testes, & tandē si se nō correxerit dicat ecclesiæ.i.prelato. Et tale crimen occultū añ correctionem fraternam nō tenet subditus prælato precipiēti reuelare, qa oportet magis deo q̄ hominibus obedire. Si tñ ille q scit hoc crimen firmiter credat ꝙ per suam admonitionem nō corriget, sed magis contra r̄p̄m indignabit, & sibi videat ꝙ correctio melius fiet p admonitionem prælati q est pius, discret⁹ & sp̄ualis, non hñs rancorē seu odium aduersus illum subditū tunc licite posset ēt sine precepto illud crimeu occultum ei tanq̄ patri denunciare, & tunc non dicit ecclesiæ, qa non dicit ei sicut prælato & iudici, sed sicut personæ proficienti ad correctionem & emendationem p ximi, quam semper debet intendere ille q denunciat, aliās denunciando peccaret faciendo contra preceptum euangelij. Si autem peccatum fratris non sit adeo occultum qn per aliquas suspitiones in noticiam multorum venerit, ex qua notitia multi scandalizantur, tale peccatū non solū nocet illi sed ēt multis. Et qa bonum multitudinis præfertur bono vnius, debet p̄larus disqrere veritatem, vt vel per pœnam peccantis, vel per eius purgationem & excusationem, scandalum multitudinis tollatur. Et in tali casu prælato ꝑcipienti tenetur subditus q scit crimē fratris ei obedire, & peccatum illud manifestare.

.c. ¶ Quod i tribus diebus cōtinuis terminetur.) Declaram⁹ ꝙ visitatores debēt primo excessus priorum & fratrum audire & ea quæ sibi dicūtur si fuerint alicuius importantiæ i scriptis redigere, & ad audiendū hm̄ōi defect⁹ ñ p̄t tp̄s limitari, sed sufficit ꝙ cū diligētia & solicitudine fr̄es audiāt & tp̄s ñ amittāt. Auditis āt fr̄ib' debēt fratres in

priuato

priuato vel i cap.corrigere, & hoc officium correctionis i tribus diebus cōtinuis terminare. Ea autem quæ i sua visitatione corrigenda inuenerint debent magistro & diffinitoribus capituli gnālis(si illo anno in sua puincia celebrabitur) verbo vel scripto denunciare. Si vero alibi celebretur, tunc priori puinciali & diffinitoribus capituli prouincialis denunciabunt.

De Prædicatoribus. Cap. XII,

PRouideant, a, diligentissime priores ne committant prædicationis officium, nisi fratribus ad hoc idoneis, & moribus ac sciētia approbatis, ne ex insufficientia prędicantium ordo veniat in contemptum, & vergat in periculum aiarū. Statuimus autem q̄ i qualibet prouincia à præsidente & diffinitoribus instituātur aliqui viri docti, & zelū religionis habentes, examinatores, & approbatores omniū eorum Prædicatorum, & confessorum, quos non constat manifeste esse doctos, ita q̄ nullus talium, nisi approbatus ā duobus eorum in scriptis, vel declaratus à diffinitorio in scriptis sufficiens & idoneus ad prædicandum, vel cōfessiones extraneorum audiendum, prædicet populo, etiā in villulis, aut audiat cōfessiones extraneorum sub pęna carceris. Et nihilominus Præsidentes hoc permittentes ab officiis suis absoluantur. ¶ 2. Statuimus etiam vt nullus fiat prędicator generalis antequàm Theologiam audierit per tres Annos, & nisi sit maturus & discretus ad negocia ordinis pertractāda in capitulis, & nisi in prouincia illa gloriosè prædicet, ita q̄ saltem per tres quadragesimas in aliqua bona Ciuitate seu Terra, vel aliquibus bonis Ciuitatibus, seu Terris prædicauerit .b. Idem dicimus de Inquisitoribus hæreticæ prauitatis non instituendis, qui sufficienter in locis suæ inquisitionis nesciunt prædicare

dicare. Quod si secus factū fuerit, nullius sit roboris vel momenti.

PRouideant .a. diligentissime priores.) Declaramus ꝙ priores nō debēt pdicatiōis vel cōfessionis officium cōmittere nisi fratribus, moribus & scientia approbatis, q ita sint sufficientes, ꝙ sine scandalo & periculo possint hmōi officia exercere. sicut fuit ordinatum apd Valent. anno. 1259. & Lugdun. 1274. Nec debent fieri prædicatores gnāles nisi sint maturi & discreti & sufficientis literaturæ, & q per tres annos ad minus Theologiam audierint & sciant ppo nere competenter verbum dei, vt pluries fuit ordinatum Maxime Metis. 1313. Cum enim officium prædicationis sit præcipuum in ecclesia Dei, & multis priuilegijs dotatum vt habetur in cap. ex iniuncto extra de hæreticis. &. c. j. & . ij . extra de excessibus prælatorum, debet prædicator vt digne prædicet primo interius habere dilectionem ardentem, & salutem animarum in omnibus suis actionibus & studijs principaliter intēdere & desiderare. Secundo debet exterius cōuersationem habere relucentem. vita & honestate morum, & religiosis exemplis populum edificare, Tertio debet sciam & cognitionē scripturarum habere competenter & magis vtilia ꝙ curiosa docere, sicut in multis capitulis fuit ordinatum .b. Idem dicim⁹ de Inqsitoribus.) Declaramus ꝙ officium Inqsitionis non debet committi nisi fratribus maturis, religiosis, discretis, & literatis, & in omnibus idoneis, & sufficiētibus ad tam salubre officium exercendum, sicut fuit ordinatum apud Argentinam. 1358. Inqsitores autem actu nō exercentes. officium Inqsitionis vel non se actu occupantes ī eodem existunt in potestate & obedientia suorum priorum cōuentualium, & eorum obediencias tenentur adimplere cū effectu sicut ceteri fratres, & ad chorum venire & alia officia sicut cæteri fratres facere, nec debēt extra cōuentum exire sine lnia prælatorum. Tenentur tñ præsidentes conuentuum ipsis Inqsitoribus dare socios fratres discretos, prouidos, honestos, & idoneos pro eorum officio exequendo, & tenentur Inqsitores venire ad capitula sicut cæteri fratres, sicut fuit ordinatū. Bononiæ. 1275. & 1285. Ibidem.

Item tenentur de personalib⁹ singulis annis reddere rōnem suo priori conuentuali, de pertinentibus autem ad officium, suo priori prouinciali sicut fuit

ordinatū

ordinatum apud Montempesu lanum 1294. & apud Florentiā 1321. & apud Burdegal. 1324. & apud Venetias. 1325.

¶ 3. Nullus assumatur ad prædicationis officium extra claustrum & fratrum cō sortium infra vigintiquinque annos, nec prędicet populo, nec ,c, confessiones audiat extraneorum sine licētia prioris sui, in capitulo de consilio discretorum sibi data. Illi vero qui apti sunt, quum in prędicationem exire debuerint, eis socii dabuntur à priore secundum quod moribus eorum, & honestati iudicauerit expedire. Qui accepta benedictione exeuntes, vbiq; (tanquam viri, qui suam & aliorum salutem procurare desiderant) religiose & honestè se habeant, sicut viri euangelici, sui sequētes vestigia Saluatoris. Cū Deo, vel de Deo secum, vel cū proximis vtiliter loquēdo, vitabunt suspiciosi comitatus familiaritatem. Placitis & causis (nisi pro fidei negociis) non intersint.

¶ 4. Quum fratres nostri diocesim alicuius Episcopi ad prædicandum intrauerint, primo (si poterunt) visitabunt Episcopum, vt secundum consilium eius in populo faciant fructū quē facere intendunt. Et quandiu in eius Episcopatu fuerint ipsi deuotè obediētes erunt. Prædicare vero nō audeat aliquis in diocesi illius Episcopi, qui ne prædicet interdixerit, ex causa rationabili, nisi literas & mādatum habeat Sum. Pont. Caueant ,e. etiā fratres nostri ne (ponendo os in cælum) in suis prædicationibus religiosos & clericos scandalizent. Sed ea quæ in ipsis emendāda viderint, obiecrando (vt patres) seorsum emēdare procurēt. .f. Socius autem datus prędicatori, ipsi vt priori suo obediat.

.c. ¶ Nec confessiones extraneorum audiat.) Declaramus ad au-


[A]d audientiam confessionum nullus debet exponi nisi sit vita & scīa approbatus, maturus discretus & securus, & sufficienter īstructus de casibus sedi apostolicæ & diocesanis reseruatis, &. de alijs quæ ad salutem pertinent aīarum, sicut ordinatum fuit Bononiæ. 1235. & Parisius 1236. &. 1239. ibidem, nec debent audire confessiones secularium maxime mulierum añ trigesimum annum sicut fuit ordinatum Bononiæ. 1244. & nisi habeant licētiam spālem ą̄ suo prelato & ab epo vel à proprio sacerdote, vt ordinatū fuit Budæ. 1254. Et non debent se à casibus de iure ordinarijs reseruatis & ēt à casibus quos præfati ordinarij ex rōnabili cā duxerit reseruandos vllo modo intromittere, nisi de lnīa & beneplacito ipsorum, sicut fuit ordinatum apud Viennam. 1282.

✠ Et ī cap. Bononieñ. 1564. pp Concilium Trid. Sic statutū fuit, Diligenter attendant p̄lati nostri ordinis, & qcūq; alij fratres, oīa quæ circa Reuerendissimorum Epōrum obseruantiā, à sancta Synodo fuerunt statuta, & si examinare velint expositos ad confessiones audiendas. aut promouendos ad ordines, humiliter pareant, neq; ip̄is cō tradicentibus, ēt ī nostris ecclesijs prædicare præsumant. Et si ī aliquo horum durius aliqñ cum fratribus nostris agere videantur, æquo aīo sustineant, nec super ea re qōnes habeant, aut lites intendant. Cæterum si non ferenda grauamina interim occurrant, consulatur. Reuereñ. Cñalis, vel illius prouinciæ superior p̄latus, vt secundū eorum consilium de opportuno remedio p̄uideat. .d. ℭ Placitis & causis nisi pro fidei negocijs) Declaramus ꝙ nullus frater pōt siue nō debet ī curia vel ī palatijs ea quæ sibi annuatim ex aliquo legato relinquūtur repetere, potest tñ Iudici oñdere iura sua & chartā siue cautelam sibi factam & ēt extra iudicium illa petere. .e. ℭ Caueāt aūt fratres.) Declaramus, ꝙ oēs fratres nostri tam priores q̄ȝ p̄dicatores q̄ȝ ēt alij ad dños & p̄latos ecclesiarum ī verbis & factis debent se reuerenter & honestè habere, & quātum pñt litigia vitare clericorum, nec qōnes aut cās de qbus scandalum vel p̄turbatio posset oriri cōtra eos mouere. sicut fuit ordinatū ī cap. Bononiæ. 1252. & apud Viterbium. 1268. & apud Florētiam 1272. & apud Palentiam. 1291. & Parisius. 1306. Et cum qñq; ī obseruando vel non obseruando interdictum cōtingat inter fratres & clericos discordia & dissonantia oriri, debent

[F]ratres oēs quātum secundum Deum poterunt i hmōi obseruatione matrici ecclesiæ se conformare, sicut fuit ordinatū ap. Cæsaraugustam. 1309. .f. ℂSocius aūt datus p̄dicatori ipsi vt priori suo obediat.) Declaramus ꝙ p hanc constōnem non intelligit ꝙ p̄dicatori aliqua iurisdictio supra socium det sed solum ꝙ socius debeat ei tanꝗ superiori seruire, & in his quæ ad psonā & officium suum ptinent spontanee parere seu obedire, sicut fuit declaratum apd' Victoriam. 1331.

ℂ.5. Statuimus etiā ne fratres nostri in prædicationibus suis dari .g. vel colligi pecuniam admoneant, p domo, vel aliqua persona speciali. Nullus frater audeat q̄stus facere aut bullas aliquas prædicare, nisi de licentia Magistri ordinis sub pœna excōm. lat. sent. quā (sedētes p tribunali) pferimus i his scriptis, & sub pena priuationis omnium bonorum eis ab ordine cōcessorum, & communitati applicandorum.

.g. ℂDari vel colligi pecuniā) Declaramus ꝙ cum p̄dicatores debeant se tanꝗ veros religiosos & viros apostolicos i oibus exhibere & nulli materiam scādali p̄bere & ab oī specie mali abstinere, icciro nullo mō debent pmittere ꝙ dum actu p̄dicant colligant pecuniæ siue p domo, siue pro quacūq; alia psona, ne notam cupiditatis & auaritiæ incurrant, & p̄dicationis officium in vilipendium veniat. ¶Item fuit ordinatum Parisius. 1239. pp hoc in multis capitulis, p̄sertim apud Saulianū 1439. sub pœna excōis fuit inhibitum oibus fratribus ne d' cætero p̄textu cuiuscūq; extranei quæstus & indulgentiæ prædicandæ quouismodo discurrāt, vel p̄cium aut salariū p hmōi p̄dicationibus accipiant vel ad hoc fratrem alium inducant. Et nihilominus tales diuini verbi corruptores q labe cupiditatis & q̄stuaria illusione splēdorem nostræ religionis offuscāt, officio p̄dicationis & bonis ad vsū concessis sint ipso facto priuati, & per annum ad carceres deputentur. Poterunt tamen prædicatores conuentus & fratres populo commendare & illi paupertatem, & necessitates ipsorum exponere, & vt suo tēpore eis det eleemósynas adhortari.



ℂDe

De Itinerantibus. Cap. XIII,

EVntes ad prędicationis officium exercendum, vel alias itinerantes .a. aurum & argentum pecuniā aut munera (excepto victu & necessariis indumentis, & libris) nec accipient, nec portabunt. Si quis autem aliquid acceperit de prædictis, teneat prelato suo quū redierit libere præsentare. Fratres autem non recipiāt à mulieribus munuscula, nec dent, maxime Cōfessores .b. ¶Item fratres non sint dispensatores alienarū rerum, nec pecuniarū, nec extraneorum deposita recipiant, nisi librorum aut paramentorum ecclesiasticorum.

EVntes ad pdicationis offm̄) ✠.a. Aurū, argentū pecuniam, & munera, excepto victu & necessarijs indumentis & libris, nec accipient, nec portabunt.) Declaramus, ꝙ subintelligi debet (sine lnīa suorum p̄latorum) vt sit cōforme capitulo de grauiori culpa: sicut decla ratum fuit Rom. 1558. .b. Fratres nō sint dispēsatores alienarum rerum &c.) Declaramus ꝙ fratres non possunt suscipere cōmissiones cārum, arbitria, siue iudicia, siue executiones testamentorum, neq; dispensationes aliarum rerum, nisi p̄dicta sint sibi cōmissa auctoritate sui ordinis vel alicuius superioris, vt dicit S.Tho. quolibeto.3.q.6 ar.j. pro quo facit glo.in cap.nō dicatis.18.q.j. Vbi dicitur ꝙ religiosus non habet velle neq; nolle, nisi qñ actus aliqs sibi ꝑmittitur à lege vel à superiori. Et hoc exp̄sse. fuit prohibitum fratribus nostris in ca.Parisius. 1234.& Bononiæ.1252.& apd̄ Coloniā.1301.& in multis alijs capitulis. Et hoc ideo qa ex talibus solent seq odia dāna & scā dala ordini & fratribus. Hoc ēt de iure cōi prohibet oibus religiosis.16.q.j c. Monachi. & capitulo de presentium. vbi dicit glo. ꝙ religiosus nō pōt nisi de superioris lnīa eē Iudex vel arbiter vel aduocatus. Abbas vero siue prælatus bene hoc pōt sine lnīa vt sentit gl.j. in Clemētina, Religiosus. Et Bonifacius. VIII. i priuilegio dicit, ꝙ magister ordinis & priores prouinciales & ēt ipsorum inferiores fratres dicti ordinis de ipsorū licentia, vltimas voluntates & testamenta quorumcūq; qui cor

ad hæc reqſierint & deputauerint, exeq & executioni debite mandare valeant. ¶ Item cùm ex cauſis litigioſis & arduis ac de ſe odioſis frequenter turbationes & ſcandala oriantur, volumus ac diſtrictè prohibemus ne aliqs frater decætero hmõi cās aſſumere præſumat nec de matrimonijs conſiliandis ſeu ēt de magnis & arduis negocijs ꝑ tractandis ſe vllo mõ intromittat, ſine prioris prouincialis licentia ſpāli. Contrarium autē facientes per priores prouinciales acrius & ſeuerius puniātur, ſicut fuit ordinatum apd̄ Viterbium. 1263. & Argentinā. 1307 & Metis. 1313.

¶ 1. Prædicatores vel itinerantes (quum ī via exiſtūt) officium ſuum dicant, prout ſciunt & poſſunt, & ſint contenti officio Eccleſiarū, ad quas quādoq; declināt. .b. Fratres etiam viatores literas teſtimoniales ſecum deferant, & in Conuentib. ad quos declinauerint, .c. de exceſſibus ſuis corrigantur. In quacūq; .d. autem prouincia fratres itinerantes deliquerint, Prior ꝓuincialis, vel conuentualis, ſeu eorum vicarij, ſupprior, & viſitator, & cæteri in quorū terminis inuēti fuerint, corrigēdi ipſos ſicut fratres ſuos, liberam habeāt poteſtatem. .e. Prior in ordine ſit prior in via, niſi forte Prędicatori edi[...]ungatur, vel quū egrediuntur prior aliter ordinauerit de eis.

.c. ¶ Fratres autem viatores literas teſtimoniales ſecū ferāt.) Declaramus, ꝙ cùm ex nimio & inordinato diſcurſu fratrum diſpendia & turbationes ac diſtractiones plurimæ ſubſequantur, ac regularis obſeruātia plurimum relaxetur, ad ſubtrahendos & compeſcendos hmõi diſcurſus [...]utiles, atq; vagos patres noſtri in diuerſis capitulis voluerunt, & ordinauerunt inuiolabiliter debere obſeruari, ꝙ priores conuentuales ac eorū vicarij fratres ſuis conuentibus deputatos extra terminos ſuorum conuentuum licētiare nō præſumant, niſi pro graui infirmitate ipſorum, vel ſuorum parentum, vel ad euitandum graue ordīs ſcādalum, vel pro euidenti neceſſitate & vtilitate cō[...]uentuum, ſeu ēt fratrum ſingularium, & tunc de conſilio diſcretorū licentientur. Licentiati

vero constõnem de literis testimonialibus portandis & p̄sentandis diligenter obseruent, in q̄bus cū ipsi⁹ lniæ ḡnaliter vel sp̄aliter et terminus exprimant. Quicūq; aūt prior vel eius Vicarius præmissa inuētus fuerit non seruasse, teneatur infra qn- denam in pane & aqua per triduum abstinere, ita q̄ talis poenitentia sit conuentui manifesta, quam si cessante infirmitate non impleuerint per prouincialem vel eius Vicariū statim cū ad ipsū de excessu legitime constiterit, à suis officijs obsoluantur. Fratres vero q̄ absq; hm̄oi literis testimonialibus ad conuētus quoscūq; declinauerint, per priores vel suppriores conuentuum ad quos peruenerint auctoritate nostra voce ad vnū annum priuentur, & p[oe]na grauis culpæ eis imponatur, & cōuentui de quo sunt hanc poenitentiam eis impositam per sp̄ales literas significare teneātur, q̄ si hoc facere neglexerint à suis officijs absoluant, & post absolutionem sint ipso facto voce ad vnum annum priuati, sicut fuit ordinatum apud Placentiā 1310. & apud Montempessulanum. 1316. & apud Carcassonā. 1312. ☙ Et in cap. Rom. 1558. ordinatum est, q̄ nullus prior prouincialis aut conuentualis, nullusue præsidens, sub poena grauioris culpe, recipiat fratres fugitiuos, aut vagabundos alterius prouinciæ sine lnīa p̄uincialis illorum, nisi inquantum charitas religiose hospitalitatis exigit, quosq; (si deliquerint) capi faciant, & vinctos ad ipsorum prouincias, earundem prouinciarum sumptibus mittant, Addentes & mandantes oībus fratribus nostri ordinis sub poena grauioris culpæ, neq; extra terminos suæ p̄uinciæ aut conuentus prædicet in nostris vel alienis ecclesijs, aut questum faciat, nisi de lnīa Magistri ordinis, aut Reuerendi Prouincialis, aut Prioris, in quorum terminis prædicare aut quæstuare contigerit, quæ ordinatio i capitulo Auinioñ. 1561. et Bonoñ 1564. confirmata fuit .c. ☙ De excessibus suis corrigantur.) Declaramus q̄ priores conuentuales & ipsis absentibus supriores & eorum vicarij possūt vniuersos fratres ad eorum conuētū declinantes ab omni peccato & ab omni snīa excōis à iure vel ab homine generaliter p̄ lata absoluere, nisi excessus fuerit adeo grauis q̄ merito sedes apostolica sit cōsulēda. Possunt ēt fratribus prædictis sacramenta extremę vnctionis & eucharistiæ ministrare, sicut fuit d̄clatatum apud Perpinianū. 1327. & apud Valentiam. 1337,

.d. Clh

.d. ¶In quacunq; autem puin
cia fratres itinerantes delique-
rint.) Declaramus q fratres via
tores & hospites subijciuntur
præsidentibus ordinis ad quos
declinant rõne iurisdictionis, et
de excessibus suis non solū ibi
sed ēt alibi commissis pñt & de
bent corrigi ac castigari, qa de
crimine punitur qs vbi inueni
tur. Codice. vbi de crimine agi
oportet. l. j. vbi glo. allegat illd.
Vbi te inuenero ibi te iudicabo
Et de hoc habetur glo. 3. q. 6. c.
j. sicut fuit declaratum apd Cla
ramontem. 1339. ✠ Et in Cap.
Ro. 1330. declaratū fuit, q exi-
stētes in pœna grauioris culpæ,
in vna prouincia, non possunt
absolui in alia, ēt si fuerint assi
gnati in illa. .e. ¶Prior in or-
dine prior sit in via.) Declara
mus q per hanc constõnem pri
ori i ordine nisi sit prælatus nul
la iurisdictio in via supra sociū
datur, sicut declaratum fuit a-
pud Tholosam. 1418. & apud
Victoriam. 1331.

.c. ¶ Nullus frater vadat
ad curiam, nisi de licentia
Magistri ordinis, vel capitu
li generalis. Sed mittatur
nuncius ad fratres qui sunt
ibi, vel per aliquem alium
(put melius fieri poterit)
negocium pcuret. .g. Pri-
or priorem superuenientē
honoret, sed & hospes per
Ciuitatem sine cōsilio eius
non discurrat, nec moram
faciat.

.f. ¶Nullus frater vadat ad cu
riam.) Declaramus q procura
tor ordinis ptātem nō habet vo
candi fratres ad curiam vel li-
centiādi fratres ad eandem seu
retinendi in eadem, nisi p exe-
quendis negocijs. Ad magistrū
vero ordinis vel priorem puin
cialem non pñt fratres ire sine
spāli lnia sui prælati, sicut dcla
ratum fuit in ca. Tholosæ. 1328
Vnde in capitulo Parisius. 1265
sic fuit ordinatum. Caueant
diligentissime fratres nostri ne
aliqs eorum vadat ad Curiam
sine licentia Magistri. Qui au-
tem de licētia ipsius iuerint va
dant pedites, & secundum for
mam ordinis, & literas secū de-
ferant, cās & negocia pro qbus
vadunt plenariē continentes.
Et in cap. apud Placentiā. 1310
sic dicit. Præcipit magister or
dinis in virtute sanctæ obedien
tiæ de diffinitorum cōsilio &
assensu q nullus frater ad Cu
riam Romanā vadat vel de cō-
uentu suo cum intentione eun
di ad Curiam iter arripiat ēt p
negocijs ordis pcurādis, absq
ipsius magistri ordinis licentia
spāli. Similiter q nullus frater

accedat ad Curias regũ seu dominorum legatorum vel prælatorum seu principum vel baronum pro causis litigiosis, seu p quibuscũq; negocijs de se odiosis secularium procurandis. Qui aũt cõtrarium fecisse dep̃hensus fuerit omni voce priuetur, & nihilominus alijs pœnis grauioribus puniat. Et hoc idem fuit ordinatum apud Carcassonam. 1312. & Bononiæ 1285. .g, ¶ Prior priorem superuenientem honoret, sed hospes per ciuitatem sine consilio eius non discurrat nec moram faciat.) Declaramus ꝙ tam prior hospes ꝙ̃ alij fratres hospites & peregrini sunt sub iurisdictione & obedientia prioris illius cõuentus in quo sunt hospites, & per consequens sunt eius ordinationibus & mãdatis subiecti, nec debet sine eius licentia conuentum exire, seu per villã aut Ciuitatem discurrere. Debet tñ p̃latus priorem superuenientem præ cæteris honorare, & humaniter ac gratiosè suscipere, qa q bñ p̃sunt duplici honore sunt digni. ✠ Sed & si cõtingeret alienæ prouinciæ prouincialem priorem I refectorio comedere absente præsidẽte p̃uinciæ, Prior conuentus debet ei dare locum Nolæ, cum ille non sit locus iudicij, sed dignitatis, Vnde & abbatibus, & episcopis datur, sicut fuit declaratũ in capitulo Genueñ. 1513. ¶ Item in cap. apud Viennam 1282. sic fuit ordinatum. Cum ex inuasione terminorum & limitum aliorum cõuentuum & prouinciarũ turbationes & scãdala soleant gñari, magister ordinis de diffinitorum consensu districtè iniungit prioribus p̃uincialibus & conuentualibus ac cæteris fratribus, vt limitationes factas inter prouinciam & p̃uinciã & inter cõuentũ & conuentum studeãt exacta diligentia obseruare, & fratres qui contrarium fecerint, pro qualibet vice, pœnæ grauioris culpæ subijciatur. Et qcqd acqsierint infra limites alterius prouinciæ, vel alterius conuentus, teneant conuentibus in quorum præiudicium hoc fecerint absq; dilatione restituere. Et Bononiæ. 1248. sic dicitur. Prohibemus districtè ne fratres de vna p̃uincia præsumant infra terminos alterius prouinciæ quæstũm facere, aut ibidẽ prædicare, nisi in transitu absq; licentia prioris prouincialis vel conuentualis ad quos pertinent prædicti termini. Quod si aliq contrarium fecerint grauius puniant, & qcqd acqsierint teneant priori cõuentuali in cuius terminis illud acqsierũt restituere. hæc ibi. & apud Treuerim. 1249.

¶ Item apud Perpinianū. 1327. & apud Claramontem, 1339. fuit declaratum ꝙ qlibet frater vadens ad prouincialem sine licentia sui prioris vel ad Magistrum sine licentia sui prouincialis si non vadat recto tramite sed solus vagādo & hinc inde discurrendo tanꝗ apostata ē iudicandus, & carceri includendus.

h. ¶ Fratres minores sicut & nostri charitatiue, & hilariter recipiantur, & secundum facultatē domus, piè, & honeste procurentur,

.i. Quicūq; autem prior ꝓuincialis sine licentia Magistri ordinis, vel frater alius quicunq; sine licentia prioris prouincialis, Archiepiscopatum vel Episcopatum receperit (nisi per talem obedientiam cogatur quam trāsgrediēdo peccaret mortaliter) ipsum præsenti statuto suffragiis, societate, ac omnibus bn̄ficiis ordinis, tam in morte quàm ī vita) priuamus.

.h. ¶ Fratres minores sicut & nostri charitatiue & hilariter recipiantur.) Declaramus ꝙ priores & fratres nostri debent diligentissime attendere vt fratres minores vbiq; diligant corde, ore & opere, & illos humaniter suscipiant ac benignissime, & hylariter pertractent, & solicitudinem adhibeant quātum in eis est, vt cum ipsis pacem habeant. Qui autem cōtrarium attentare præsumpserint grauiter puniantur. Et caueant fratres ꝙ nec inter se nec ēt coram alijs quantūcunq; familiaribus de ipsis obloquantur. Et si de prædictis fratribus aliq sub ꝓtextu familiaritatis & amicitiæ mala retulerint, non sint fratres faciles ad credendum, sed illos quantum possunt excusare conentur. Et si dicti fratres forsitan de nostris obloquēdo illos prouocauerint, nullo tū mō in publico fratres nostri cum eis contendant sicut fuit ordinatū Parisius. 1236. ¶ Item in capitulo apud Mediolanum. 1255. & apud Parisius. 1256. sic fuit ordinatum. sint soliciti fratres hospites humaniter suscipere, & charitatiue pertractare, & maxime venientes de extraneis ꝓuincijs & secundum exigentiā, & necessitatem vie prouideant eis ī suis necessitatibus, & dent eis consilium & auxilium ad transeundum vsque ad alios cōuētus maxīe in locis in qb' difficultas transeundi occurrit.

I. ¶ Archiepiscopatum vel episcopatum receperit.) Declaramus ꝙ solus magister ordis, & prior prouincialis & non eorũ vicarij possunt dare licentiã recipiendi ep̃atum sicut declaratum fuit apud Treuerim, 1289. ¶ item Innocẽtius. IIII. Clemẽs. IIII. & Nicolaus. IIII. in priuilegio ordini nostro cõcesso sic dicunt. Prohibemus ne qs frater ordinis vestri sine spãli licentia magistri ordinis aut prouincialis aut mãdato sedis apostolicæ electioni seu postulationi ad ꝗ cũq; dignitatem extra ordinem de se factæ audeat consentire decernẽtes irritũ & inane qcqd secus contigerit attemptari.

K. ¶ Fratres nostri ordinis Episcopis, vel aliis quibuscunq; personis extra ordinem assignatos, qui in ieiuniis & abstinentiis, victu & vestitu, statuta ordinis non seruant, suffragiis, & beneficiis ordinis (tam in morte quàm in vita) priuamus, quousq; super huiusmodi excessu adeo digne satisfecerit, ꝙ p Magĩm ordis, vel puincialẽ suũ ad hmõi suffragia restitui mereantur.

K. ¶ Fratres nostri ordinis ep̃is &c.) Declaramus ꝙ priores p uinciales debent admonere episcopos ordinis nostri in prouincijs suis vt in vestibus & calciamentis, & in ieiunijs, & abstinẽtijs, & i alijs i qbus officio ep̃ali impedimentum non præstat, ordini se conforment. Alioqn fratres eis in socios non concedant, & concessi reuocentur, sicut fuit ordinatum in cap. ap. Montempesulanum. 1247. & i cap. Metis. 1313. sic fuit ordinatum. Cu n ex promotione fratrum nostri ordinis ad titulos vagos ep̃atuum ordo noster veniat in contemptũ, caueãt priores prouinciales diligẽter ne ad cuiuscunq; reqsitionem vel p̃ces cuicũq; fratri licentiã hmõi dare p̃sumant, magistro ordinis vel gñali cap. inconsulto, nec talibus ep̃is seu alijs qbuscũq; de ordine nostro socios vllos cõcedant nisi discretos & maturos, & moribus approbatos. Si qui autem ep̃i ordinis nostri inuenti fuerint minus honestè in grauamen & scãdalum ordinis cõuersari, socios eis deputatos studeant ad ordinem quantocius reuocare. ¶ Item apud Bisuntium. 1353. sic habetur.) Declaramus & denunciamus vniuersis fratribus nostri ordinis ꝙ dominus Papa noster publicè & manifestè denũciauit ꝙ capellani honoris dñi Papæ, & aliorum prælatorum nullam exemptionẽ

ptionem hñt à suis superiorib⁹, sed magister ordinis & alij ꝑlati pñt cõtra tales capellanos ꝓcedere & illos corrigere & ad claustrum reducere, & si opus fuerit arrestare. Idem dicimus de fratribus q sunt regibus, ꝑlatis, baronibus & alijs spũalibus ꝑsonis deputati, quos cum delinquerint & minus honestè se habuerint eorum ꝑlati puniant, & eos ad disciplinã ordinis reducant, dictis ꝑsonis spũalibus fratres alios honestos & maturos deputando. Et Bonifacius. IX. in priuilegio ordini concesso sic dicit. Statuimus & ordinamus ꝙ oẽs & singuli fratres ꝓdicatorũ apostolicæ sedis Capellani pñtes & futuri perinde eorum superiorib⁹ & correctioni ipsorum i omnibus & p oia sint subiecti ac si ꝓdictæ Sedis Capellani non essent, non obstantibus exẽptionibus & alijs qbuscũq; priuilegijs, Indulgentijs, & gratijs, & literis Apostolicis Capellanis dictæ Sedis coniunctim vel diuisim sub quauis forma vel expressione verborũ à dicta Sede concessis vel in posterum concedendis. hæc ille.

* Et in cap. Bononieñ. pp cõcilium Trideñ. sic statutum fuit. Nullus Fratrum nostrorum, se alicui⁹ principis, vel epi, aut Cõmunitatis, siue cuiusuis alterius obseqo subijciat, vel ad legẽdũ aut ꝓdicandum, absq; sui ꝑlati lnia suas opas locet, Alioqn tãꝗ inobediens & ꝓprietarius puniatur, Neq; à nostris conuentibus cuiquam absq; præsidentis lnia recedere liceat, ẽt pretextu adeundi supiorem, nisi cũ ab eo fuerit euocatus. Quòd si cõtrafecerit, tanto tempore pœnę grauioris culpæ subiaceat, ꝗto extra conuẽtum absq; lnia fuerit commoratus. Illi vero q studiorum cã ad vniuersitates mittuntur in qbus sunt nostri ordinis conuentus, in ipsis dũtaxat habitẽt, alioq oi gradu acgrẽdo habeant idigni, & isup, à puinciali siue à ꝑlato dicti cõuentus iusta aiaduersione puniantur.

.l. ¶ 5. Fratres vero nostri quũ fuerint ad aliquã ecclesiã, vel dignitatẽ extra ordinẽ ad sui instãtiã à sede apostolica pnũciati, ipso facto, m. sint ab omni Præsidentia & officio intra nostrum ordinem sibi commissis, absoluti. à quibus eosdem, tenore ꝑsentium, absolutos esse denunciamus. Alii vero qui sine sui instãtia sunt similiter pronũciati (nisi infra quatuor dies à notitia dictæ pronunciationis sibi

 facta

factæ, ipsi promotioni & p nunciationi publice renunciauerint, & per publicum instrumentum) simili modo, vt pfertur, absoluti existant. Præcipientes omnibus & singulis fratribus psentib' & futuris, quatenus nulli prædictorum obedire psumant vel audeant quoquomodo. ¶ 6. Fratres nostros beneficiatos, vel ét habilitatos solūmodo ad bñficia, inhabiles reddimus ad prælationem seu Superioritatem in ordine nostro. Nec aliquis illorum actiuā vel pasiiuam vocem, quomodolibet in ordine habere posiit, nisi ante beneficio & habilitationi legitime renunciauerit, ita q renunciatio sit legitime acceptata instrumento testante. Renunciatio autē cum regressu, aut quacūq; reseruatione fructuum (nisi huiusmodi fructus mere & integraliter proueniant ad communē vtilitatē cōuentus, & nō tm̄ alicuius pticularis psonæ) nō acceptetur, nec alicuius momē ti habeatur.

.1. ¶ Sint ipso facto ab omni psidentia & officio absoluti.) Declaramus q non solum illi q ad aliquam dignitatem extra ordinem siue ad sui instantiam siue aliorum sunt pronunciati ipso facto sunt ab omni præsidentia & officio ordinis absoluti, verū ét & qui per literas apostolicas quodcūq; beneficium ecclesiasticum vel capellaniam aliquā fuerint adepti, sūt ipso facto ab omni officio ordinis absoluti. Nec pñt habere vocem actiuā vel passiuam, nec residentiam in conuentibus, nec retentionem camerarum in dictis conuentibus, sine licentia Magistri ordinis. Et idem dicimus de alijs promotis ad ecclesias titulares, vel ad quascunq; ecclesiasticas dignitates, sicut Sixtus Papa IIII. in bulla aurea declauit. Item in alio breui eiusdem Papæ Sixti acceptato in capitulo Perusino. 1478. sic habetur. Nos q & scandala amputare & qetem dicti ordinis prædicatorum præseruare desideramus, declaramus q fratres prædicti ordinis ad beneficia, habilitati donec beneficia sint consecuti, actiuam tm̄ vocē in dicto ordine habeant. Quam primum vero aliqd bñficiū obtinuerint

ét

& vocem actiuam amittant, & neutra in dicto ordine vti possint. Nō obstantibus qbuscūq; contrarijs. hæc ille. Et in pfato capitulo sic dicitur. Statuimus & ordinamus ꝙ fratres q licentiam hñt officiādi extra ordinem ꝗdiu sic extra ordinem officiauerint, nec cellam nec vocem actiuam vel passiuā in conuentib' ordinis habere possint, nec conuentus eis teneatur nisi ad suffragia in morte & hoc idē fuit confirmatum Venetijs. 1357. ✠ Itē in cap. Ro. 1525. statutū fuit sic. Ordinamus, ꝙ fratres manētes extra ordinem sine licentia superiorum postea si redierint ad ordinem et cum licentia superiorum nō possint habere aliquod prælationis officium aut Vicariatus intra Decennium sine expressa licentia Reuerendissimi Magistri ordinis in scriptis obtenta & in capitulo Rom. 1508. additum est ꝙ fratres aliarum prouinciarū, nisi p triennium fuerint in puincia, aut aliàs notorij habeātur, non præficiantur conuentibus aut locis, nec fiant Magistri nouitiorum aut sacristæ, aut similes administrationes habeant.

,n. ¶ 7. Præcipimus autem in virtute Spiritus sancti, & sanctæ obedientiæ Prioribus prouincialibus & cōuentualibus, ac eorum Vicariis, ꝙ nulli fratri electo, seu postulato extra ordinē ad quācūq; dignitatem, psonatum; vel gradum (infra dignitatem Episcopalē) licentiam concedant huiusmodi electiones, seu postulationes acceptādi, vel alio quolibet modo prosequēdi. Eodem præcepto prohibentes, ne fratres aliq ꝑpter licentiam sibi datā cōtra prohibitionē huiusmodi, pręmissas electiones, seu postulationes aliquatenus per se vel per alium prosequantur. Si quis autem in præmissis secus fecerit, incurrat excōicationis sñiam ipso facto, quam sentētiam ferimus præsenti statuto, & nihilominus .m. oībus gratiis ordinis sit priuatus. Ad quas restitui non valeat, nisi p Magistrum ordinis vel capitulum generale. ¶ 8. Si quis frater nostri ordinis, p se vel p aliū, pro se, vel p alio ordinationē de se, vel de alio factam, vel obedié-

tiam sibi, vel alii fratri iniũctam, per quãcũq; personã extra obediẽtiam nostri ordinis constitutam quocũq; modo procurauerit reuocari, vel i aliqua prouincia vel conuentu, aut officio, siue etiam studio generali poni, vel remanere, vel inde amoueri, vel cum personis extraneis commorari, ipso facto, ex vi prẹsentis statuti, in pœnam incidat grauioris culpæ; inqua seu à qua cum tali dispensari non possit, nisi per magistrum ordinis, vel capitulum gñale.

:m. ¶ Omnibus gratijs ordinis sit priuatus.) Declaramus quòd priuare fratrẽ omnibus gratijs ordinis, est ipsum priuare prioratu, supprioratu, lectoratu, prædicatione gñali & omni gradu et promotione in nostro ordine possibili adipisci. Et volumus & ordinamus ꝙ talis frater omnibus gratijs ordinis sic priuatus, sit et omnivoce priuatus, et omnibus bonis sibi appropriatis, conuentui suo applicando, sicut fuit declaratum apd̃ Narbonam. 1354. & apd̃ Rothomagum. 1361. ad quas restitui non valeat nisi per magistrum ordinis vel capitulum generale.

:n. ¶ Si qs frater ordinis nostri per se vel per alium.) Declaramus ꝙ si qs frater ordinis nostri per se vel ꝑ alium pro se vel ꝑ alio ordinationem de se vel de alio factam vel obedientiam sibi vel alteri fratri iniunctam ꝑ quãcũq; personam extra obediẽntiam nostri ordinis constitutam quocũq; mõ procurauerit reuocari, vel in aliqua prouincia seu conuentu aut officio siue ẽt studio gñali poni, vel remanere, vel inde amoueri, vel cum personis extraneis commorari, ipso facto ex vi p̃ntis statuti in pœnam incidat grauioris culpæ, i qua seu à qua cum tali dispensari non possit, nisi ꝑ magistrum ordinis vel capitulum gñale. Talis autem q̃diu erit in hac pœnitẽtia, si prædicator est officium prædicationis nõ exerceat, nec ad aliquod officiũ ecclesiæ debet notari, nec illi aliqua obedientia cõmitatur, nec vocem habeat nisi in sui accusatione, & si sacerdos fuerit vel diaconus his officijs non fungatur. Et sic celebrare & confessiones audire & alia sacerdotis officia exercere non poterit, sicut fuit declaratum apud Ferrariam. 1362. Et est aduertendum ꝙ p̃fata cõstitõ fuit correcta apud Virdunum, 1356. sicut superius iacet. ¶ Item in cap.

apud

apud Lugdunum. 1318. sic dicitur. Cum aliq fratres in confusionem ordinis & damnationẽ animarum suarum correctionẽ de se vel alijs faciendam vel iã factam impedire & grauamina inferre alijs fratribus per personas extra ordinis obedientiam procurant, volumus & ordinamus q̃ qcunq; talis inuẽtus fuerit, pœnæ culpæ subiaceat grauioris, & omnibus gratijs ordinis sit priuatus, ad quas restitui non valeat nisi per Magistrum ordinis, aut per diffinitores capituli generalis.

De Studentibus.
Cap. XIIII.

QVoniam, a. circa studentes diligens est adhibenda cautela, aliquem specialem fratrem habeant sine cuius licentia non scribant quaternos, nec audiãt lectiones, & quæ circa eos in studio corrigenda viderit corrigat, & si vires eius excedãt prælato proponat. In libris gentilium & philosophorum non studeant, & si ad horam inspiciant. Seculares scientias non addiscant, neq; artes quas liberales vocant, nisi aliquãdo circa aliquos Magister ordinis vel capitulũ generale, vel prior prouincialis, vel capitulum prouinciale voluerit aliter dispensare, sed tantum libros. b. theologicos, tam iuuenes, quàm alij legant, Ipsi vero in studio taliter sint intẽti, vt de die, de nocte i domo in itinere legant aliqd, vel meditẽtur, & quicquid poterunt retinere cordetenus nitantur.

QVoniam. a. circa studentes diligens est adhibenda cautela.) Declaramus q̃ studium maxime competit religioni nostræ. Et primo q̃tum ad id quod est proprie contemplatiuæ vitæ. Ordinatur enim cõtemplatio ad considerationem diuinorum in qua directe p̃ studium dirigitur. Remouet et studium contemplationis pericula, sc. errores q sepe in contemplatione accidunt his q scripturas ignorant. Vnde Gregorius in vj. moralium dicit q̃ nonnulli dum plus exqrunt contẽplando q̃ capiant, vsq; ad peruersa dogmata erũpunt. ¶Secundo est necessarium studium nostræ religioni que instituta est ad cõmunicandum contemplata per doctrinam & contemplationẽ,

quod fieri nō potest sine studio scripturarum. Vnde Hieronymus 16.q.j.dicit. Multo tempore discas quod postea possis docere, ne sis miles anteq̄ tyro. & magister anteq̄ discipulus. Et apostolus de epō ad quē huiusmodi actus pertinent dicit. Vt potens sit exhortari i doctrina sana, & eos q contradicunt arguere. Vnde d.38. dicitur. Ignorantia quæ mater est cunctorum errorum à cunctis vitanda est, & maxime ab his q officium docendi in populo susceperunt. ¶Tertio studiū literatum cōgruit religioni nostræ quantum ad id quod est cōmune omni religioni. Valet enim primo ad vitandum carnis lasciuiam. Vnde Hieronymus. Ama studia literarum, & carnis vicia non amabis. de conse. dis. 5.c.nunquā. ¶Secundo valet ad auferendum cupiditatem diuitiarū qa vt dicit philosoph⁹. Melius est philosophari q̄ ditari. Vnde Hieronymus. Socrates ille thebanus cum ad philosophandum pergeret, magnum auri pondus abiecit 12. q.2.c. Gloria. ¶Tertio valet ad obediētiā documentum. Vnde Augustinus. Quæ peruersitas est illi lectioni nolle obtemperare qui vult ei continuè vacare. Docet enim in scriptura de mō et ordine obediendi, vt habetur.8.q.j.

c.Sciēdū. Et quis liceat fratrib⁹ nr̄is i sciētijs sæcularib⁹ studere ñ tñ debēt i illis qescere, & p totū tps vite sue hisvacare, sed potius i studio scripturarū et i his ex qbus pñt saluti animarū consulere se debēt sollicite exercere, cauendo sibi semper à curiositate & inani gloria. Et ex his non solum alijs sed ēt sibiipsis documenta bene recteq; viuendi sumere, vt in pluribus capitulis fuit ordinatum. ¶Itē declaramus q cum secundum cōstōnes circa studētes & eorum studia diligēs sit adhibēda cautela, nullus ad legendum logicalia admittatur nisi prius audierit logicam nouam duobus annis, & duobus alijs annis naturalia, & per lectorē principalem, & lectorem naturaliū fuerit approbatus. Ad legēdum vero naturalia nullus admittatur, nisi saltē duobus ānis theologiam audierit & in qōnū rñsionibus & obiectionibus testimōio principal.s lectoris & magistri studentium ad hoc fuerit sufficiens iudicatus. Ad legendum vero sententias nullus exponatur, nisi per quatuor ānos i aliquo studio theologiam audierit, & supradictorū testimonio verbo vel scripto idone⁹ fuerit reputatus. ¶Item nullus mittat ad studium logicale nisi saltem duobus annis in ordine

bene & religiose fuerit conuersatus, nisi forte sit etate prouectus & in grammaticalibus sufficienter instructus. Ad naturalium vero studiū, nullus mittatẽ nisi logicalia saltem tribus ānis in sæculo vel in ordine audierit & in eis testimonio Magistri sui fuerit sufficienter instrūctus. Ad sñias vero audiendas non mittatur. nisi naturalia per duos ānos ad minus audierit. In studijs aūt logicalibus & naturalibus repetantur diebus singulis lectiones & ipsas semel in septimana studentes ipsi magistris suis recitare teneātur, & eorum magister sit ad audiendum eos obligatus. Omnes autem studentes singulis diebus ad scholas veniāt & ibi dem lectiones audiant. Et si eos sine cā rōnabili & spāli lnia prioris vel eius vicarij deesse cōtingat, illa die à vino vel à pitātia sine dispensatione abstineāt. Studentes insuper q in actibus scholasticis inuēti fuerint notabiliter negligentes seu insufficientes p priorem prouincialem à studio absoluātur, & in alijs officijs occupentur. Et hæc omnia supradicta fuerunt ordinata in cap. Januæ. 1305. .b. ¶ Sed tantum libros theologicos tam iuuenes ꝙ alij legant.) Declaramus & districte iniungimus lectoribus & sublectoribus vniuersis ꝙ doctrinam S. Thomæ de Aquino ꝙ cæteris sanior est & communior, & toti mundo ac ordini nostro vtilis, proficua, & honorabilis, legant & secūdum ipsam determinent, & in eadem scholares suos informent & studentes in ea diligenter studeant. Lectores aūt et cursores ipsam doctrinam ĩ suis lectionibus & dispu tationibus pertractent & declarent, & conclusiones eiusdẽ doctoris finaliter teneant, & rōnes contrarias teneantur ꝙtū pñt efficaciter soluere & annullare. Prohibentes districte ꝙ nullus frater legendo, determinando, rñdendo, audeat assertiue tenere contrarium eius quod cōmuniter creditur de opinione prædicti doctoris fuisse, nec recitare aut confirmare aliquam singularem opinionem contra cōmunem doctorum sñiam ĩ his quæ ad fidem vel bonos mores pertinere noscuntur, nisi reprobando & statim obiectionibus rñdendo. Qui autem in hoc deliquerint, per prouincialem vel eius vicarium ĩ pœnam à lectoratus officio et studio absoluāẽ, sicut ordinatum fuit apud Cæsaraugustā. 1309. & Metis. 1313 & apud Cistericum. 1329. Itẽ in cap. apud Carcassonā. 1342. sic fuit ordinatum. Cum doctrina venerabilis doctoris S. Thomæ de Aquino per totum orbẽ resplēdeat

resplendeat & tanq̃ sana firma clara & solida inter doctrinas omnium aliorum per sedẽ apostolicam & per principales Ecclesie doctores cum testimonio epi & vniuersitatis Parisieñ. fuerit solẽniter commẽdata & approbata, imponimus lectorib', & studẽtibus vniuersis, vt spretis & postpositis vanis curiosis & friuolis doctrinis, quarũ plures à veritate abducunt, in præfata doctrina instanter & diligẽter studeant & informent. & secundum illam q̃ones & dubia determinent. ✱ ❡Item in cap. Salmãtin. 1551. ordinatum fuit ꝙ in Theologia legatur tot' articulus S. Thomæ, & ex ipomet declaret & elucidet, & Rom. 1553. & 1558. & Auinioni 1561 & Bonoñ. 1564. additum fuit, ꝙ qcũq; à solida doctrina Sancti Thomæ recesserint, vel verbo vel scripto cõtrarium aliqd dixerint, officio lectoratus, & quocunq; alio officio, gradu, & dignitate perpetuo sint priuati.

❡ 2. Curet prior prouincialis. c. si habuerit aliquos vtiles ad studendũ, q possint ĩ breui apti eẽ ad regẽdũ mittere ad studẽdũ ad loca vbi viget studiũ. d. extra suas ꝓuincias, de Diffinitorũ capituli prouincialis, vel maioris partis eorum consilio & assensu. Si vero aliquẽ missorum studẽtium infra sex menses, à tempore celebrati capituli mori contigerit, vel aliàs legitime impediri, Prior ꝓuincialis, loco illius, possit alium subrogare, Et in aliis illi ad quos mittuntur eos nõ audeant occupare, neq; ad prouinciã suam remittere, nisi fuerint reuocati. Postquàm autẽ in aliquo studio. e. per tres annos, ad plus, fuerint commorati, ipso facto sint ab ipso studio absoluti, nisi de Magistri ordinis licẽtia speciali. Et hoc idem circa studentes eiusdem prouinciæ obseruetur.

.c. ❡Si habuerit aliquos vtiles ad studendũ.) Declaramus, ꝙ priores prouinciales debent diligenter inqrere de iuuenibus aptis ad studium qui in breui ꝓficere possint, & eos ad conuentus vbi sunt studia deputare. Et ad studia gñalia non mittantur fratres, nisi qui bene sunt morigerati & apti ad proficiendũ.

Et iuuenibus aptis ad studium parcat à discursibus & ab alijs occupationibus ne à studio retrahantur. Nullo autem modo mittant ad studia fratres discolos vel ineptos. Et si quos tales miserint, sine dilatione studeāt reuocare, nec fratres insufficiētes in literis pro studentibus in aliquo conuentu assignent, ne alijs præstent impedimentum, sicut fuit ordinatum apud Metim. 1251. & apud Valentenas. 1259. & apud Pestes. 1273.

.d. ¶ Extra suas prouincias.) Declaramus ꝙ fratres missi ad studium generale extra prouincias suas sunt de illis conuentibus de quibus erant antequàm recederent. Fratres vero assignati i societate peregrinorū ꝑtinent ad conuentus & ad prouincias de quibus assumpti fuerunt & ibi habent vocem sicut declaratum fuit apud Perpinianum. 1327. & apud Ferrariam. 1362. .e. ¶ Postquàm per tres annos in aliquo studio generale &c.) Declaramus, ꝙ studēs intraneus q scz est de illa ꝓuincia in qua est studium, completo termino trium ānorum, q ei est taxatus per constōnes remanet conuentualis in ipso cōuentu in quo studens fuit, sed studens extraneus, q scz est de aliena prouincia, completo suo triennio, remanet conuentualis illius conuentus in quo erat primo. quando fuit studio assignatus, sicut fuit declaratum apud Perpinianum. 1327. & apud Perusiam. 1478.

¶ 3. Tres fratres tantū mittūtur Parisius ad studendū de prouincia, exceptis prouinciis Hispaniæ, Tholosanæ, Prouinciæ S. Dominici Theutoniæ, Lombardię, Saxoniæ, Dalmatiæ, Franciæ, Poloniæ, Græciæ, Terrę sanctæ, Aragonię, Boemię, Prouinciæ, de quarū qualibet duo tantum mittantur. Quęlibet autem Prouincia (exceptis Græciæ, Daciæ, Terræ sanctæ) prouideat, vt semper in Cōuentu aliquo idoneo sit generale studiū, & solemne, & ad illum locum quilibet Prior prouincialis potestatē habeat mittendi duos fratres idoneos ad studendum, Quod si in aliqua dictarum .s. Prouinciarum Lector sufficiens ꝓ tali studio non fuerit, Magister ordinis de Lectore prouideat cōpetenti. ¶ 4. Statuimus autem vt quælibet

ꝓuincia

prouincia fratribus suis missis ad studium, ad minus, in tribus libris Theologiæ teneatur prouidere, uidelicet in Biblia Historiis & Sententiis. Et ipsi in his (tam in textu quam in glossis) p̄cipue studeant dilige̅ter & intendant. ¶ Item nullus faciat scribi libros d̄ rebus domus, nisi ad co̅munem vtilitatem. .g. Nulli etiã certus vsus librorum concedatur, nec dedignetur à quocunq; auferantur, vel in cuiuscunq; custodia dimittantur. In diebus Dominicis, & festis præcipuis à quaternis scribendis se contineant.

.f. ¶ Quod si in aliqua dictarũ prouinciarum lector sufficiens non fuerit.) Declaramus q̃ cũ ex profectu studij sequatur promotio ordinis & vtilitas animarum, debent priores prouinciales & conuentuales pro viribus operam dare, vt studium p̄mouatur & studentes ad audientiam lectionum sint solliciti & diligentes, nec se à scholis subtrahant nisi ex cã & lnia spãli, & lectores legant textum & sententias, & disputent, & continuent lectiones. Et q in ijs inuenti fuerint negligentes per visitatores acrius puniantur, nec pp studium artiũ fratres à theologiæ studio retrahantur. Bachalarij autem q legũt extra ordinarie non ascendant cathedram pp reuerentiam magistrorum. Lectores autem ordinarij continuent lectiones suas, & se̅per lectio bibliæ alijs lectionibus præmittatur. Et si in aliqua prouincia nõ possint haberi lectores, prouideatur saltem q̃ fratres & maxime iuuenes morigerati & apti ad literas mittantur ad loca vbi sunt lectores sufficientes. Nec occupentur lectores in officijs & negocijs per q̃ à lectionibus retrahantur. Et si inueniri nõ possunt lectores sufficientes ad publice legendũ, saltem prouideatur de aliq̃bus q legant priuatas lectiones vel in sacra scriptura, vel summam de casibus, vel aliquid hmõi, ne fratres sint ociosi & te̅pus amittant. Et volumus, q̃ in studijs Theologiæ gñalibus & particularibus ponantur aliqui de magis sufficientibus sententiarum cursores. Dictus autem cursor teneatur integraliter snias legere infra annum, & semel in qualibet septimana disputare ac e̅t legere de Philosophia morali vel de aliquo tractatu S. Tho-

mæ

mæ, & fratres q̄ sunt apti & sufficientes ad legēdum nullo pacto ĩ officio regiminis occupentur donec aliquibus annis officium lectoris exercuerint, Lectores autem inquantum lectores nullam habeant libertatem remanendi à choro vel à refectorio, sed volumus ꝙ priores pensatis eorum laboribus in continuatione lectionū possint q̄nq; cum eis in abstinentijs & vigilijs dispensare. Omnia autem supradicta ordinata fuerunt in multis capitulis, vcz Bononiæ. 1250. & apud Valentenas. 1259 & apud Montempesulanum. 1265. & apud Burdegalā. 1277. & Mediolani. 1273. & Parisius. 1279. & apud Lōdonas. 1314.

.g. ℭ Nulli ēt certus vsus librorum concedatur.) Declaramus ꝙ cum duplex sit vsus librorū vcz certus & incertus, vsus certus est ille qui non pōt auferri. Et circa hunc vsum dispensari non potest, q̄a voluntas religiosi semper debet esse subiecta ꝓlato, vt resignet omnia q̄ habet q̄n prælatus voluerit. Et ideo malefaciunt qui concedunt alicui vsum libri vel alteri⁹ rei ad vitam. Vsus autem incertus est q̄ ĩ voluntate superioris dependet, & circa talem vsum ex causa rōnabili pōt dispensari. Causa autem rōnabilis ē vtilitas priuata vel communis, vel necessitas, vñ à principio ordinis vsus librorū incertus vsq; ad ista tēpora semper fuit fratribus concessus. sicut patet ex multis capitulis gñalibus. vcz Bononiæ. 1262. vbi sic dicitur Frater q ad aliam prouinciā mittitur ad legendum, oēs libros suos glosatos postillas bibliam & quaternos secum deferat, alij vero fratres non portent nisi bibliā breuiarium & quaternos.

ℭ 5. Bona fratris defuncti, quo ad illa quæ ab aliqua prouincia vel cōuentu habuit sint illius, quæ vero aliter acquisiuit sint Conuentus cuius est filius, si in alio Conuentu non est assignatus simpliciter, sed ad tēpus propter studium, vel officium aliquod. Quæ vero hæreditario iure obuenerint vel obueniunt, erunt conuentus sui originalis, etiam si alterius Cōuentus factus est filius .h. Si vero est assignatus in aliquo Conuētu simpliciter, ac pro tali ibidē præsentialiter receptus, & conuentus ille cōlueuit (prout tenetur) prouidere tali-

bus ...

bus de toto victu, vestitu, & aliis huiusmodi, tam tẽpore sanitatis, quàm infirmitatis, diuidẽt hæc aliter acquisita mobilia, æquis portionibus inter conuentum, in quo est assignatus, & Conuentum cuius est filius. Alioquin quarta pars tantum erit conuentus, in quo simpliciter est assignatus. Immobilia vero non hæreditario iure obuenientia, semper erunt conuẽtus cuius est filius. ¶ 6. In vtroque autem casu (siue assignetur simpliciter, siue ad tempus) Conuentus cui assignatus fuerit, & ipse eidẽ cõuẽtui ad suffragia teneaẗ Si ãt ex quo alii ꝓuinciȩ assignatus fuerit, ipsum mori cõtingat. i. antequã certo cõuentui deputetur, Prior eiusdem prouinciæ prouideat eidem de conuentu, qui sibi ad suffragia teneatur, ne consuetis defunctorum subsidiis deufraudeẗ, h. ¶ Si vero est assignatus.) Declaramus, ꝙ ex hac constitutione moderna seruatur hæc practica quòd si aliquis frater simpliciter sit assignatus in aliquo conuẽtu bona omnia quæ post mortem apud ipsum reperiuntur quæ nõ habuit ab alio conuentu diuiduntur inter cõuentum originalem, & conuentum in quo moritur assignatus. Declarantes quòd si aliquis ꝓfessus in vno conuentu fiat postea per magistrum ordinis filius alterius conuentus, bona immobilia ratione talis fratris ad ordinem prouenientia spectabunt ad primum conuentum. Alia vero bona mobilia ad secundum conuentum cui incorporatus est si in eo moriatur assignatus, sicut fuit ordinatũ Perusij. 1478. Si quis autem frater alicuius prouinciæ moriaẗ extra ordinem in alia prouincia, medietas bonorum quæ ibi acquisiuit pertinebunt ad ꝓuinciam in qua moritur, & alia medietas ad suum conuentum originalem, nisi magister ordinis aliter ordinauerit, sicut fuit declaratum Venetijs. 1387.

✠ In capitulo Rom. 1530. facta est huiusmodi declaratio. Declaramus circa successiones bonorum relictorum ꝑ fratres, quòd seruentur constitutiones in his, in quibus constitutiones sunt claræ. Sicut de his ꝙ sunt assignati in conuentibus & prouincijs,

uincijs. De illis autem qui manent extra conuentus, & nõ habẽt aliquam assignationem à prouinciali, aut sũt extra ordinem declaramus, medietatem bonorum suorum post mortem pertinere ad generalem, & medietatem ad prouincialem. i. ¶ Antequã m certo conuentui deputetur.) Declaramus quòd si frater aliquis vel verbo vel scripto simpliciter alicui Conuentui assignetur dicendo, exnunc prout extunc tam præsentem quàm absentem assigno in tali conuentu, statim currit assignatio, & ille frater sic assignatus & bona illius ad illum conuentum pertinent in quo est sic assignatus, & non ad conuẽtum in quo prius erat conuentualis, siue moriatur antequam recedat, siue ĩ via, siue intra, siue extra prouinciam. Si vero conuentui alteri assignetur secundum formam communem videlicet dicẽdo, tenore præsentium vel per præsentes vos deputo pariter & assigno in tali conuentu, tunc nõ currit assignatio donec literæ exhibitæ fuerint assignato. Ideò si morte præuentus fuerit antequam literæ ad eum peruenerint res ipsius pertinebunt ad conuentum vbi prius erat conuentualis, & non ad alium in quo fuit postea assignatus, sicut fuit declaratum apud Tholosã 1428 .K. Circa eos autem, qui student taliter dispensetur à prælato, ne propter officium, vel aliud de facili à studio retrahantur, vel impediantur. .l. ¶ 7. Locus vero proprius (secundum quòd Magistro Studẽtium videbitur) statuatur, in quo, pòst disputationem, vel vesperas, vel etiã alio tempore (prout vacauerit) ad dubitationes vel quæstiones proponendas, vel collationes faciendas (ipso præsente) conueniant. Et vno quærente siue proponente alii taceant, ne loquentem impediant. Si quis autem inhoneste, vel confuse, vel clamose, vel proterue quærẽs, vel proponens, vel respondens offenderit, statim ab eo, qui tunc inter eos præest corripiatur. Cellæ quibus Magistro Studentium expedire videbit assignentur, m. Quod si aliquis infructuosus i studio inueniatur, cella eius detur alteri, et ipse in aliis officiis occupetur.

P

tur. In cellis vero scribere, legere, orare, dormire, & etiam de nocte vigilare ad lumen possunt, qui volũt propter studium.

.i. ¶Circa eos autem qui studẽt taliter dispensetur à prælato.) Declaramus, quòd præsidentes conuentuum in quibus est studium omnes studẽtes ad se missos debent benigne humaniter & charitatiue suscipere & omnes gratias imunitates & libertates à cõstitutionibus vel à magistris seu à capitulis generalibus vel prouinctalibus eis concessas, vel in posterum cõcedendas, eisdem cum omni integritate conseruare. Alioquin p prouinciales vel visitatores graui° puniantur, sicut ordinatum fuit apud Cæsaraugustam. 1309. & Metis 1314. & Viennæ. 1292 Declaramus etiam q studentes in studijs generalibus in omni festo simplici & supra tenẽtur venire ad chorum, ad omnes horas & missas cõuentuales, nisi tunc in scholis actus scholasticos exercerent, & ad completorium & ad missam omni die. ¶Item poterũt etiam notari ad ebdomadariam, & ad lectionẽ mensæ semel in anno. Et vt studentes à studio non distrahantur non poterunt psidentes conuentuum fratres studio deputatos extra terminos suorum conuentuum licẽtiare sine prioris puincialis vel eius vicarij licẽtia spãli, sicut fuit declaratum apud Bisuntium. 1303. & apud Argẽtinam. 1307. & apud Paduam. 1308. & apud Cæsaraugustam. 1309. .l ¶Locus vero proprius secũdum quòd magistro studẽtium videbitur statuat.) Declaramus quòd magister studẽtiũ debet frequenter studentes conuocare, maxime iuniores, & eos saltem semel in septimana examinare de lectionibus, & qõnibus quas per ebdomadã audierunt, & teneantur studentes in omni facultate continue sequi scholas disputationes, collationes in sextis ferijs, repetitiones conferentias, & in alijs quæ ad studium pertinent solicite se occupare. Et qui in prædictis fuerint negligẽtes, per magistrũ studentium proclamentur & accusentur, & per platos puniant. Debẽt etiã visitatores diligẽter inquirere in suis visitationibus de lectoribus quid & quantum legerint in anno, quoties disputauerint, qualiter priores studiũ promouerint, & quomodo fratres pcesserint, vel studio intenti fuerit, & hæc priori puinciali referre, qui negligentes habeat grauiter punire, sicut ordinatum fuit apud Montempesulanum. 1265. & Ianuæ. 1305. &

Metis.

Metis.1313. .m.¶ Quod si aliquis infructuosus inueniatur in studio, cella eius alteri detur.) Declaramus quod priores prouinciales non debent fratres brigosos discolos & insolẽtes ad studium mittere, sed tantum religiosos & modestos. Eos autem quos inuenerint prædictos defectus habere vel in studio non proficere teneantur à studio reuocare, sicut fuit ordinatũ apud Carcassonam. 1342. & Parisius. 1256. & apud Pestes. 1273. & Cadurcium. 1319.

¶ 8, Nullus fiat publicus Doctor .n. nec disputet, nisi de licentia prioris prouincialis, & Diffinitorum capituli prouincialis. Nec aliqs habilitetur, aut assignetur i aliqua vniuersitate ad legẽdum pro forma, & gradu Magisterii in Theologia, nisi sit sufficiens ad lecturam huiusmodi solemniter perficiendam. Nec aliquis fiat magister i Theologia (Rom 1542. qui non sit ætatis ad minus triginta ãnorum | & nisi sit sufficiẽs ad hoc vt sit Regẽs in aliquo studio generali, vbi viget in veritate studium Theologiæ. Iudicetur autẽ sufficientia hæc (nisi sit manifesta) per examinatores, Qui absolute referant. Est vel non est iudicio nostro sufficiens ad legendum solemniter sententias, vel vt sit Regens in studio, vbi i veritate viget studium Theologiæ, & nihilominus per suæ Prouinciæ prouinciale capitulum, vel illius diffinitorium sit expositus .o, Et à Magistro ordinis vel capitulo generali tantummodo assignari, vel licentiari possit. ¶ 9. Si qs autem absq; dictæ sufficientiæ iudicio Bachalariatus vel magisterii i Theologia gradum, (etiam cum licentia Magistri ordinis, vel capituli generalis) assecutus fuerit, pro non Bachalario vel magistro habeatur i nostro ordine in omnibus & per omnia. Dantes facultatem cuilibet diffinitorio, constito notorie de insufficientia promoti sibi subditi, absq; iudicio vel exami-

ne suæ sufficientiæ hic statu tuto, ꝙ declarent ipsum ꝑ non promoto in nostro ordine habendum. Poterit tamen Magister ordinis, si aliquem talem assignatum legitime impediri contigerit, loco eius alium deputare, cuius actus valeant pro forma & gradu magisterii, dummodo per sequens capitulũ generale fuerint approbati.

.n. Nullus autem fiat publicus doctor nec disputet nisi per licentiam prioris prouincialis.) Declaramus ꝙ per publicũ doctorem intendit constõ publicũm & principalem lectorem. Hmõi autem principales lectores non debent ad lecturam cuiuscunq; facultatis promoueri, nisi per priorem prouincialem & diffinitores capituli prouincialis fuerint sufficiẽtes iudicati. Et debent quotidie vel saltem quatuor vicibus i septimana legere, legitimo impedimento cessante, alias omnibus gratijs lectorum sint ipso facto priuati, sicut fuit ordinatum apud Narbonam. 1394. .o. Et à magistro ordinis vel à capitulo gñali tantummodo assignari vel licentiari possit.) Declaramus, ꝙ licet prior prouincialis vel capitulum prouinciale possit aliquem fratrem assignare & habilitare fratres ad legendũ ĩ theologia & illos principales lectores instituere in cõuentibus nostris vbi non viget studium gñale, dummodo non vt magister solemniter doceat vel legat, nõ tamẽ possunt habilitare aliquẽ fratrem ad gradum bachalariatus aũt ad legendum in Theologia pro forma & gradu magisterij, sed hæc habilitatio pertinet ad diffinitores capituli gñalis. Et talis habilitatio ad bachalariatum non debet fieri de aliquo nisi per tres ãnos ad minus in Theologia in aliqua vniuersitate studuerit et per capitulum prouinciale capitulo gñali expositus fuerit. Postquam autem sentẽtias legerit & actus bachalariatus pro gradu & forma magisterij perfecerit, nõ poterit habilitari ad gradum magisterij nec magisterium suscipere, nisi lecturam eius & actus scholasticos quos per quatuor ãnos fecit, gñale capitulum vel magister ordinis approbauerit. Oppositum autem faciẽs eo ipso est excommunicatus, atque gratijs & officijs ordinis & omnibus exemptionibus est perpetuo priuatus. Nec secum dispẽsari valeat nisi per Capitulum generale, non obstantibus priui

legijs

legiſs, gratijs, & conſtõnibus apoſtolicis in genere vel in ſpẽ quibuſuis fratribus, prouincijs ſeu locis conceſſis aut concedẽdis ſub quauis forma & expreſſione verborum vt dicit Bonifacius IX. in bulla. Sicut ẽt fuit ordinatum apud Londonas. 1263 & apud Tholoſam. 1422. & apud Coloniam. 1428. & apud Venetias. 1437 & apud Sauilianum. 1439. & apud Montempeſulanum. 1456. & Peruſij. 1478 & Romæ. 1481. & Cenomanis. 1491. in quibus locis ſic habet. Ordinamus quod nullus frater promoueat vel habilitet ad bachalariatum ſiue ad legendum pro forma & gradu magiſterij, niſi prius fuerit per diffinitores capituli prouincialis ſuæ prouinciæ vt ſufficiens capitulo gñali præſentatus. Et poſtq̃ compleuerit lecturã ſuam & alios actus vt ſupra nõ poſſit magiſterium ſuſcipere, niſi de licentia magiſtri ordinis qui eius lectionem approbauerit. Declarantes irritum & inane quicquid in cõtrarium fuerit attentatum.

¶ 10. Nec aliquis magiſtretur in Theologia, niſi prius actus exercuerit pro forma, & gradu prædicti magiſterii per quatuor annos, ad minus .p. in aliqua vniuerſitate. Oppoſitum autem faciens eo ipſo ſit excõmunicatus, atq; omnibus gratiis, et officiis ordinis, & excẽptionibus, perpetuo ſit priuatus, nec ſecum diſpenſari valeat, niſi per capitulum generale. Nullus fratrum noſtrorum legat in prophetis, vel in pſalmis alium ſenſum literalem, niſi quem Sancti approbant & confirmant. q, Libri ordinis, ſeu fratrum non vendantur; niſi precium eorum in alios libros, ſeu ſcripta cõuertatur.

.p. ✱ In aliqua vniuerſitate, Declaramus, quod in cap. Salmant. 1551. & ſubinde Rom. 1553. & 1558. & Auinioni 1561. determinatæ fuerunt vniuerſitates, in quibus hmõi actus exerceri deberent & poſſent & extra quas, actus ſcholaſticos exercẽtes nõ admitterentur ad gradus, & ſunt infraſcriptæ videlicet.

In primis Conuentum noſtrum Pariſienſem.

Item ĩ prouincia Hiſpaniæ, Cõuentum Salmantinũ, Valleoletanum, Segobienſem & de Trianos.

In Prouincia Tholosana Conuentum Burdegalensem.
In Prouincia Franciæ Conuentum Bituricēsem, & Remensem.
In Prouincia vtriusq; Lombardiæ, Conuentum Bononień.
In Prouincia Romana Conuentum Perusinum.
In Prouincia Regni Conuentum Neapolitanum S. Dominici.
In Prouincia Prouinciæ Conuentum Aquensem.
In Prouincia Aragoniæ Conuentus Barchinonensem, & Valentinum, & Cæsaraugustanum.
In Prouincia Dalmatiæ Conuentum Iadrensem.
In Prouincia Trinacriæ Conuentum S.Dñici de Panormo.
In Prouincia Portugalliæ Conuentum Vlixbonensem & de Bello.
In Prouincia Bethicæ Conuentum Cordubensem, & Hispalensem, & Giennensem.
In Prouincia inferioris Germaniæ, Conuentum Louaniensem, & Duacensem.
In Prouincia S. Thomæ Conuentum Andriensem.
In Prouincia Calabriæ Conuentum Consentinum.
In Cōgregatione Gallicana Cōuentum Nanetensem.
In Congregatione Franciæ Conuentum Tholosanum, et Auinioneń. & Cadurcensem.
In Prouincia sanctæ Crucis Indiarum Conuentum Ciuitatis sancti Dominici
In Prouincia sancti Ioannis Baptistæ del Perú Conuentum Ciuitatis Regum.
In Vicaria sancti Dominici Cōuentum Patauinum.
In Vicaria Romana Conuētum sancti Dominici Ciuitatis castelli.
In Vicaria Sancti Petri martiris Conuentum sancti Eustorgij Mediolanensis.

Protestamur autem actus Scholasticos siue lecturas, sententiarum extra hos Conuentus supradictos nullatenus in posterum debere cuiquam pro suscipiendo magisterio suffragari, salua tamen concessione apostolica, facta aliis vniuersitatibus Prouinciæ Franciæ.

.q. ¶ Libri ordinis seu fratrum non vendantur nisi pcium eorum in alios libros seu scripta conuertatur.) Declaramus q cum ordo noster ob predicationis officium & proximorum salutem sit ab initio principaliter institutus, illa debemus diligenter & solicite procurare, quæ noscuntur ad promotionē studij & profectum sacræ scientiæ pertinere. Et cum librorū copia ad hoc plurimum conferat & ad profectum promoueat

studiosos, iccirco quondam magister aymericus generalis ordinis Magister in Capitulo gñali Paduæ celebrato: 1308. de voluntate & assensu diffinitorum ꝑcepit prioribus supprioribus, ac eorũ vicarijs & fratribus vniuersis, ꝙ libros qui per mortem decedentium fratrum vel titulo donatiõis aut legati, seu quocũq; alio modo ad conuentum ꝑuenerint, vendere distrahere, pignori obligare, donare, vel cõcedere alicui simpliciter vel ad vitam nullo modo ꝑsumãt, sed ad librariam communem ꝑtineant, nisi forsitan conuentus tales libros duplicatos haberẽt vel iudicio prioris supprioris Vel eorum vicarij ac lectoris & librarij pro communi fratrum cõmodo minus vtiles viderent, in quibus casibus poterunt qdẽ vendi, sed eadem districtione ꝑcepti teneantur illorum ꝑcium in libros pro diuino officio vel pro communi libraria meliores & magis necessarios et vtiles cõmutare. Verum si essent aliqui libelli vel quaterni vel sermones nõ magne reputationis vel ꝑcij poterit prior de cõsilio discretorũ aliquibus fratribus magis indigentibus illos ad vsum concedere, & eadem districtione prohibuit fratribus vniuersis ne libros Theologicos personis extra ordinem constitutis si ne cã ronabili, ac prioris prouincialis lnĩa vẽdere præsumant. Qui autem contrarium fecerint semel in septimana teneatur ieiunare in pane & i aqua, donec prædictorum librorum ꝑcium integre & absque fraude restituerint conuentibus ad quos ꝑdicti fratres & libri pertinent.

¶ 11. Nulla scripta .s. facta vel compilata à fratribus aliquatenus publicentur, nisi p fratres peritos, quibus Magister ordinis, vel prior prouincialis commiserit, diligenter fuerint examinata Fratres extra Cõuẽtus, quorum sunt filii assignati ad tẽpus (idest ad exercitium, seu officium certo & determinato tempore durans) completo illo certo tempore (ex quo sunt absoluti à tali assignatione) intelligãtur assignati in Conuentibus quorum sunt filii, nisi Superior eos alibi assignauerit. Assignati autem simpliciter, nũquàm intelligantur assignati in cõuentibus quorum sunt filii, nisi reassignentur .s. Nullus ordine

tur in Subdiaconum, nisi sciat grāmaticam, ita ꝙ sciat latine loq; & scribere, absq; falsa latinitate. Et si est Subdiaconus nō fiat diaconus, si est Diaconus non fiat Sacerdos. Prælatus autem q libet exponēs aliter aliquē, absoluatur in pœnam ab officio; & per trienniū omni officio ordinis priuet.

.r. ¶ Nulla scripta facta vel cōpilata à fratribus aliquatenus publicentur.) Declaramus ꝙ in capitulo Metis celebrato. 1313 sic fuit ordinatum. Inhibemus strictissime ne scripta, tractatus compilationes, reportationes qōnum quarūcunq; à fratribus nostris ædita vel edēda quousque per magistrum ordinis vel per eos quibus commiserit diligēter examinata fuerint & correcta, vllo modo extra ordinem publicentur. Qui autem contrariū fecerint grauius puniantur. Hoc etiam fuit ordinatum apud Treuerim. 1266.

✻ .s. Nullus ordinetur in Subdiaconum &c) Declaramus, In capitulo Lugduñ. 1536. Innouatum fuisse, ꝙ nullus frater in nostro ordine promoueatur ad ordines sacros (iuxta nostrarum seriem constōnum) nisi de consensu. R. Prouincialis. Qui neminem habeat promouere, nisi fuerit certificatus de ætate, moribus, & grammatica sufficienti, & nisi præsentetur à Priore, & consilio patrum. ¶ In cap. quoq; Genueñ. 1513. fuisse ordinatum, ꝙ quilibet ordinatus habeat literas testimoniales. vel ab Episcopo ordinante, vel à p̄sidente loci vbi est ordinatus, cum subscriptis testibus, qui ordinationi interfuerunt, ꝙ si non fecerint, non permittantur exe qui in susceptis ordinibus.

De Conuersis. XV. Capitulum.

EOdem tempore surgāt Conuersi, quo & alii fratres, & eodem modo inclinent. Quum surrexerint ad Matutinas dicant (Pater noster, et Credo in Deum.) Quod faciendum est ante Primam, & post Completorium, In Matutinis dicto (Pater noster, & Credo in Deum) erigant se dicendo, Domine labia &c. Pro Matutinis in profestis diebus, dicāt vigintiocto Pater noster, & in fine omnium dicant Kyrieel. Christeel. Kyrieel.

rieel. Pater noster. Quo dicto addant. Per dominum nostrum &c. deinde, Benedicamus Domino &c. In Vesperis vero quatuordecim Pater noster. In aliis horis septem Pater noster dicant. ¶ 2. In Festis autem nouem Lectionum in Matutinis Quadraginta Pater noster dicant. Et hoc sub silentio, in Ecclesia, & vbicunq; fuerint. Loco (Praeciosa) tria Pater noster dicant. Pro benedictione mēsę, Pater noster, Gloria patri &c. Post mensam pro gratiis, tria Pater noster, Gloria patri &c. vel (Miserere mei Deus) qui sciunt. Indumenta tot habeant quot cæteri fratres præter cappas, loco quarum habeant scapularia longa et lata vsq; ad iuncturam inter pugnū & brachium, quæ etiam non sint alba, sicut & tunicę, sed similis coloris cappis clericorū. ¶ 3. Possunt & breuia grisei coloris habere scapularia, ad mensuram scapulariorum nostrorum, De ieiuniis cibis abstinentiis culpis, & aliis omnibus, sic se habeant, sicut & Clerici. In labore tamen cum eis Prælatus poterit dispensare. Soli non vadant, sed cum socio Clerico, vel Conuerso, Psalteria non habeant, nec etiā aliquos alios libellos.

Eodem .a. tempore surgant cõuersi quo & alijs fratres. Declaramus quod fratres conuersi quoties dicūt Pater noster pro omnib9 horis, toties Aue Maria dicere teneant, sicut fuit declaratum apud Treuerim. Nō tenentur autem fratres conuersi dicere horas canonicas quāuis sint professi, & ex eleemosynis viuant, quia pro temporalibus, & corporalibus exercitijs assumuntur vt in sudore vultus sui vescantur pane suo. Ideo sufficit eis breuiter dicere sua Pater noster & audire Missā sine nota. Ad Completorium tñ vel saltem ad Salutationem Virginis nisi magna necessitas excuset, debent quotidie venire. Sūt ēt corrigendi quando propter suas deuotiones dimittunt opa sua & exercitia corporalia. Vide in cap. apud Florentiā 1281. fuit sic ordinatum. Ne cõuersi torpescant ocio moiemus gre

res & eorum vicarios, vt curam habeāt ꝙ in coqna & alijs exercitijs occupentur, & cogantur addiscere aliquam artem practicam vtilem conuentibus, sicut fuit ordinatum apud Tholosā. 1372. .b. ¶ Indumēta tot habeant quot cæteri fratres.) Declaramus ꝙ fratres conuersi debēt habere tunicas albas & scapularia nigra, & nullo modo alba, sicut in pluribus capitulis fuit ordinatum & maxime apud Montempesulanum. 1294. Debēt ēt fratres conuersi recipi in capitulo clericorum, & ibi debet dici in verbis Veni creator spūs, nec possūt fieri clerici sine lnīa magistri ordis. Factus autem clericus debet stare infra oēs q habitum clericalē ante ipsum susceperunt. Si autem esset aliquis nobilis laycus ignarus literarū q pp eius nobilitatem reciperetur ad habitum clericorum, talis nō teneretur ad horas canonicas sed tm̄ ad Pater noster. Nec posset eligere, nec eligi, nec vti alijs gratijs clericorum ꝑcipue si sit facta protestatio ꝙ ad officia clericorū non teneat. Si autem aliqs frater clericus esset defectuosus & ineptus ad officia clericorum, posset per ꝓlatum suum exigente culpa priuari habitu & gratijs clericorum, & fieri cōuersus, dummodo ad sacros ordines non fuerit ꝓmotus, sicut fuit ordinatum apud Bisuntium. 1303. & apud Narbonam. 1394.

¶ Ordinationes & admonitiones factæ in Capitulo generali apud Perpinianū celebrato anno Dñi. 1327. De certis detractionibus & singularitatibus vitādis Capitulū. XVI.

Q Vicūq; .a. in publica prædicatione, vel ī cōmuni coram sæculariū multitudine vllo tempore summum Pontificem diffamauerit, vel ipsius processus. & facta, vel irreuerentiam notabilem fecerit, carcerali custodiæ mancipetur, nec inde liberetur, nisi per capitulum generale, & cogatur (si commodè fieri pòterit) in publico reuocare. Qui autem in priuato, postquā per testes legitimos constiterit, vel iudicialiter confessus fuerit, pœna grauioris culpæ puniatur, & (nisi per Prouinciale capitulum, vel per Priorem prouincialem de maturo consilio discretorū

torum) cum eo minime dispenſetur. ℂ 2. Eandem pęnam incurrat quicunq; pſidens, vel frater conuentus vel prouinciæ, qui renūciauerit alicui priuilegio noſtro ordini conceſſo, abſq; generalis capituli aſſenſu. Sine cuius aſſenſu omnem huiuſmodi renunciationē (qualitercunq; factam) nullius volumus eſſe roboris vel momenti. In quo ſimiliter caſu ſimilem pœnam incurrant, quicunq; Pręſidentes, aut fratres, ſiue conuentus, qui ſine cauſa legitima & vrgenti litigauerint, aut appellauerint contra Dioceſanos quoſcunq;. Idem fiat de falſo accuſatore, vel teſte legitime conuicto, vel iudicialiter confeſſo, in materia prædicta. Prælati vero, qui in corrigendo huiuſmodi, tranſgreſſores, inuēti fuerint negligentes, per generale vel puinciale capitulum, à ſuis officiis abſoluantur in pœnam, & præter hoc pęnis aliis grauius puniantur.

Q. Vicunq; in .a. publicā pdicatione.) Declaram⁹ φ cum ex fauore & gratia prælatorum ordo noſter plurimū pmoueatur, debemus illos in reuerentia & magna veneratione habere & nullo modo eis detrahere, aut lites ſeu diſcordias cū eis habere, ſed eorum famā defenſare, & populos ad eorū obedientiam & reuerentiam inducere, nec vllo modo laicos ab eccleſiarum ſuarum frequentia vel acceſſu auertere, ſicut i pluribus capitulis fuit ordinatum. Qui autē oppoſitum fecerint, debent pœna grauioris culpæ puniri. Et ſi ſummo Pontifici publice detraxerit debēt carceri mancipari.

ℂ 3. Item quicūnq; in noſtro ordine inuenti fuerint, b. ſingularem vitam quocunq; modo vitioſam ducentes, & contra communem modum viuendi diu ab ordine approbatum, pſimo moneātur, & ſi admoniti correcti non fuerint, ſeparentur, & in diuerſis conuentibus ponantur. Et ſi in eadem perſiſtant, per priore in prouincialem vel pro

uinciale capitulum carcerali custodię mancipentur.

¶Item quicunque crimen commiserit, pro quo in sæculo pœna mortis deberet plecti, in carcerem retrudatur, pœnis aliis macerādus ibidē, plus & minus secundum delicti, et personę qualitatem, & circunstantias alias alleuiantes, vel etiā aggrauantes, &(nisi per generale capitulum) non possit ab ipso carcere liberari. Quod si secūdo recidiuauerit, carceri perpetuo mancipetur.

.b. ¶Singularem vitā quoquo modo viciosam ducentes.) Declaramus ꝙ illi dicuntur singularem & viciosam vitam ducere, q mercantias exercent vel ꝙ i arte alchimiæ student & operantur. Ad chartas & taxillos ludunt, sine socio per Ciuitatē discurrunt. Concubinas tenēt. monasteria sine līa intrant, habitum nostræ religionis non deferunt vel occultant. Venationibus & alijs exercitijs religiosis prohibitis frequētissime vacāt. Tales enim sunt carceri mancipandi. Sicut in multis capitulis fuit ordinatum.

¶I 2. Item volumus, ꝙ ordinatio capituli Burdegalēsis de mutationibus fratrū seruetur, quæ est infrascripti tenoris. Quum electiones nostræ maxime liberæ esse debeant, & omni nota coactionis carere, districtè iniungimus Prioribus prouincialibus, & quibuscūq; Vicariis, ꝙ infra mensem.c. ante electiones quascunq;, nouas assignationes & mutationes fratrum non faciant in conuentibus, in quibus electiones huiusmodi fuerint celebrādæ, nisi pro officio Lectorię, vel prioratus, vel pro graui scandalo euitando vel nisi in prouinciali capitulo,.d. vel in loco ipsius prouincialis capituli, sicut i aliquibus prouinciis est consuetum. Quod si cōtrarium factum fuerit, huiusmodi assignationes, seu mutationes (quo ad priuationē vocis in conuentu, de quo fiunt ipse mutatioēnes, & quo ad ipsam voc, in conuentu, vbi fiunt assignationes)

gnationes) suum non sortiantur effectum. Priores autem prouinciales, qui in hoc inuenti fuerint excessisse, per magistrum ordinis, vel Diffinitores Generalis capituli (quum legitime cõstiterit) à suis officiis, in pœnam absoluantur. Vicarii vero omni officio ordinis, vsque ad tres annos sint priuati. Nec fratres possint priuari vocibus eodem tempore, nisi ob causás in capitulo de grauiori culpa contentas.

.c. ¶ Infra mensem ante electiones quascunque nouas assignationes vel mutationes non faciant.) Declaramus ꝙ statutum tẽpus eligendi priores conuentuales in ordine nostro ẽ vnus mẽsis, infra quod fratres in cõuentibus non habentibus priorem eligere possunt. Et si infra mensem à noticia carentie prioris ñ elegerint potestas eligẽdi deuoluitur ad prouincialem. Et qa infra istum mensem electionis anteꝗ electio sit facta & confirmata non debent voces augeri, nec diminui non est licitum ꝓuincialibus infra tale tp̃s nouas facere in conuentibus assignationes, nec ẽt mutationes, vt electiones fiant libere. Nec ẽt debet facere nouas assignationes, aut mutationes post celebratã electionem, donec ipsa electio habuerit cõfirmationis effectũ, cum semper medio isto tempore electio maneat ĩ suspenso, & posset cassari & infirmari. Sed anteꝗ incipiat tp̃s electionis, bene possũt fieri nouæ assignationes fratrum & mutationes fratrum in illis conuentibus, cum dicta constõ dicat ꝙ infra mensem añ electiones faciendas, sed electiones non sunt faciẽdæ añ mensem electionis sed tm̃ infra mensem pro electione deputatum, quod tp̃s incipit currere à die noticiæ absolutionis prioris & nonã die reuocationis officij. Ab illa ergo die vsque ad completum mensem quod est tp̃s electionis non possunt fieri nouæ mutatiões, nec nouæ fratrum assignationes, sicut fuit ordinatum apud Viennam. 1282. & apud Burdegalam. 1287. & Bononiæ. 1315. In ꝗbus locis ẽt prohibetur ne instãte electione prioris prouincialis ante confirmationem eiusdem fiant mutationes. ✠ ¶ Item Declaramus ꝙ ab anno. 1504. quo per Bullã Iulij Papæ II. priores tam ꝓuinciales quàm conuentuales facti sunt temporales, & iam per totum fere ordinem hæc bulla acce-

cepta

cepta est,& consequenter, sciri potest determinate tps absolutionis seu vacationis prioris, idō nō deberēt fieri nouæ mutatiōnes,nec nouæ fratrum assignationes intra mēsem dictæ absolutionis seu vacationis, & de hoc admoniti fuerunt R. Prouinciales in.cap. Bonoñ.1564. sicut supra d.2.c.2.q.in fine notatum est. .d.;. ℂVel nisi i prouinciali cap.) Declaramus ꝙ ꝑ dicta clausula sic itelligit quòd īfra decem dies quos constōjcō cedit pro celebratione capituli pñt fieri tales mutatiōes fratrū & assignationes. Ante vero principiū capituli,vel post eius terminationem talis mutatio fieri non potest, Vnde si prouincialis vel eius vicarius gñalis vltra illos dies post publicationem actorum faciat quācūque mutatiōnē nō habebit vigorem nec vllum sortietur effectū, sicut fuit declaratū apud Bruges.1369. & apud Venetias.1357.

ℂ 5.Item ordinamus,& districtè prohibemus, ne fiat aliquis Prædicator generalis,.e. nisi maturus & discretus,& sufficiētis literaturæ, & qui conuenieter sciat ꝓponere verbum Dei,& qui sit idoneus ad negocia ordinis pertractanda, nec numerum Conuentuum prouinciarum excedant. Et nō fiant aliqui in aliqua ꝓuincia habēte numerum excessiuū,donec ad dictū numerum sint redacti, Magistris in Theologia,& illis .f.duntaxat exceptis, qui ratione antiquitatis vel infirmitatis ad capitula prouincialia venire non possunt. Quod si secus factum fuerit, totū sit irritum & inane.

.c. ℂNe aliqs fiat prædicator generalis.) Declaramus ꝙ cū ex insufficientia prædicantium ordo noster veniat in contēptū & vergat i periculum aīarum, i pluribus capitulis fuit inhibitum ne aliqs fieret prædicator gñalis nisi esset maturus,discretus,moribus vita & scia approbatus,& ad tractandum negocia ordinis idoneus. Et nisi ad minus ꝑ tres ānos Theologiam audierit,nec debent prædicatores īstituti in aliqua ꝓuincia numerum cōuentuum illius excedere,sicut fuit ordinatum apd Argentinam.1307.& apud Cæsaraugustam,1309.& apd Neapolim. 1311. & apud Carcassonam.1312. Et si de facto fiant plures prædicatores ꝙ sint conuentus non erunt vt prædicatores

res generales ad capitulum ad mittendi, sicut fuit declaratum apud Tholosam. 1328. . f. ¶ Illis dūtaxat exceptis q rōne infirmitatis vel antiqtatis ad capitulū venire non possunt.) Declaramus ꝙ illi reputandi sunt non posse venire ad capitulum gñale vel prouinciale rōne infirmitatis vel antiqtatis quos prior ꝓuincialis, & diffinitores iudicauerint non esse potētes, sicut fuit declaratum apud Valentiam 1337.

¶ 6. Item ꝙ arceātur priores qui male combināt fratres, & quòd saltē vna pars copulæ sit claræ famæ, & sufficientis ætatis, & quòd saltem vnus illorum sit de lingua Patriæ, vbi hoc cōmodè poterit obseruari. Item ꝙ fratres .g. quando recedunt de capitulis per Superiores combinentur, ne vagando discurrant, sed directe ad suos vadāt cōuētus. Sciāt oēs fratres ordis nñi, ꝙ oēs ordinatiōes ꝑdictę vim Cōstitutionum nostrarum habent, auctoritate Summi Pontificis, non obstante ꝙ non habeāt, nisi præsens capitulum generale, & oēs in fine Cōstitutionū nostrarū integre conscribantur.

.g. ¶ Quando fratres recedunt à capitulis per superiores combinentur ne vagādo discurrāt.) Declaramus ꝙ cum discursus inutilis & vagus fratrum in ordinis turbationem & proximorū scandalum cedat, & ex defectu indiscrete combinatiois fratrū, dissolutiones & insolentiæ crescant, declaramus ꝙ fratres sine lnia magistri ordis non possunt ad capitulum generale venire, nec ad prouinciale Capitulum sine lnia prouincialis sub pena priuationis vocis actiuæ & passiuæ per vnum annum. Quādo vero de capitulis vel de cōuentibus redeunt. debent per superiores discrete combinari & fratres cōbinati nullo modo se separent ab inuicem, qn se videre non valeant & sibi possint mutuo testimoniū perhibere ī quocūque sint loco vel negocio. Et si quos transgredientes inuenerint, dūt acrius & seuerius corrigere & punire. Debent autem ipsi viatores literas testimoniales secum ferre, & præsidentes conuētuum ad quos declinauerint debēt ipsas literas exigere, diligēter inspicere & legere, qs si nō habuerit grauiter puniant & per vnū annū voce priuent,

Sicut

Sicut fuit ordinatum Parisius. 1286. & Treueris. 1299. & apud Montempesulanú. 1294. & Placentiæ. 1310. & apud Montem pesulanum. 1316.

Constitutiones. D. Bonifacii Papæ Noni. Cap. XVII.

DEnunciamus fœ. me. D. Bonifacium Papã Nonum, Anno Dómini. 1402. Quinto Calen. Maii, Pontificatus sui Anno xiii. Cõstitutiones edidisse, quæ per nostrum ordinem neq; unt immutari, tenoris infra scripti. Auctoritate. a. apostolica, tenore præsentium, perpetua & irrefragabili cõstitutione sancimus statuimus, & ordinamus, q̄ de cętero perpetuis futuris tẽporibus nullus ex fratribus ordinis Prædicatorum absq; licentia, seu assignatione capituli generalis (secundum morem eiusdem ordinis) ad legendum pro forma, seu ad honorem magisterii in Theologia promoueri, nec gradu huiusmodi Magisterii fungi possit, aut debeat, nisi per dictum capitulum fuerit approbatus, vel promotus. ¶ 2. Contrariũ vero faciẽs eo ipso excõm. sententiam incurrat. Et si per Capitulum prædictum reprobatus extiterit, p̄ non Magistro habeatur. Constitutiõibus apostolicis, ac statutis, consuetudinibus prouinciarum, & locorum dicti ordinis, nec non priuilegiis & concessionibus apostolicis, in genere vel in specie, quibusuis fratribus prouinciis, seu locis concessis, seu factis, aut concedendis, vel faciẽdis, sub quauis forma, & expressione verborum (etiam si de eis de verbo ad verbum habenda esset in præsentibus mentio specialis) & aliis contrariis nõ obstãtibus quibuscũq;. Nos enim exnunc irritum decernimus, & inane, si secus super his à quoquàm, quauis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

AVctoritate .a. Apostolica perpetua & irrefragabili cōstōne statuimus) Declaram⁹, ꝙ per sedē apostolicā fuit statutū & ordinatum, ꝙ nullus fratri ordinis nostri possit gradu bachalariatus assumere, nisi ad illum per generale capitulum fuerit promotus & assignatus. Nō possit ēt gradū magisterij assumere nisi per dictum Capitulū eius lectura super sentētias fuerit approbata, & ipse ad magisterium assumendum fuerit licentiatus & promotus. Et si secus factum fuerit, assumptio talium graduum irrita erit & inanis & assumentes ipso facto sententiam excommunicationis īcurrunt. Et ista constō fuit per multa capitula generalia approbata & renouata. vcz Venetijs. 1437. Perusij. 1477. Romæ. 1481. & Cenomanis. 1491.

℃ 3. Item statuimus & ordinamus .b. quòd quorun cūq; mendicantium ordinum, fratres huiusmodi p̄dicatorum ordinis fratres aut sorores subiectas eisdē in ipsorum aut dictorū aliorum ordinū fratres aut sorores (etiam vigore quarū cunque literarum apostolicarum sup hoc hactenus (forsan) concessarum, vel in posterum concedendarum, etiam quod ad parē vel arctiorē transire possint ordinem continentium, nisi in eisdē de ordinibus ex quibus recedūt, & ad quos accedunt, & ad quos transferendi se licētiam obtinuerint, necnō de præsentibus & earum toto tenore specialis, & expressa mētio habeatur) recipere non possint aut debeāt. ℃ 4. Qđ'q; nullus ex fratribus ac sororibus prædicatorum ordini subiectis, aliquem vel aliquam ex fratribus ac sororibus huiusmodi coram quocunq; iudice, qui non sit de dicto ordine (ex quacunq; causa) cōuenire seu facere conueniri, nec à correctione quacunq;, seu aliàs ab aliquo prelato, seu fratre dicti ordinis, quauis occasione appellare, aut contra eas quærelam proponere (nisi prius coram cōuentuali seu prouinciali priore seu Magistro, & successiue

i generali capitulo dicti ordinis causam, vel querelam suam propo'uerit, verbo vel in scriptis) possit aut debeat. ℭ 5. Quodq; ordinis Prædicatorum cõtra ordinis minorum, nec eiusdem ordinis minorum fratres Inquisitores hæreticæ prauitatis (pro tẽpore existentes) contra hmõi ordinis Prædicatorũ fratres, aut etiã dicti ord. p̃dicatorũ fratres Inquisitores, sine licentia Magistri, aut prouincialium Priorum contra ipsorum confratres eiusdem ordinis inquirere nequaquã possint aut debeant. Sed si quid Prædicatores contra Prædicatorum, seu minorũ & minores fratres Inquisitores huiusmodi contra p̃dicatorũ ordinis fratres prędictos de prauitate huiusmodi p̃senserint, id ad Sed. Apost, vel præfatorum fratrum Superiores deferre teneantur. ℭ 6. Item quòd prædictus magister, & alii p̃sidentes in dicto ordine ad quos id pertinuerit pro tẽpore, in correctionibus fratrum eiusdem ordinis, iuris ordine postposito, secundũ consuetudines approbatas & instituta ordinis antedicti, procedere libere, & licite possint & valeant, eis auctoritate apostolica tenore præsentium ex certa scientia indulgemus,

.b. ℭ Quorumcũq; mendicantium ordinum fratrum,) Declaramus quod ista constõ per mendicantes, intelligit illos religiosos q & si possessiones habeant, nõ tamen possunt sine mendicitate sibi sufficiẽtem victum & vestitum & alia necessaria ad sustentationem vitæ procurare. Vnde in capitulo apud Valentiam. 1337. sic dicitur. Declaramus quod per religiosos mendicantes constõ nostra nõ solum intelligit illos q possessiones non habent sed ẽt eos qui & si possessiones habeãt, propter tamẽ earum exiguitatem consueuerunt cõmuniter mendicare.

ℭ Item nullus sęcularis vel regularis aliquod Monasterium sororum prædicatorũ ordini subiectarum (nisi in quantum earum Constitu

ctiones & statuta id patiant vel de Sedis Apost.aut Magistri dicti ordinis lnia (p̄ali) intrare, aut aliquæ sorores huiusmodi inde exire quo quomodo præsumant. Cõtrarium vero facientes, excommunicationis sentẽtiæ (à qua præterquam per Se. vel Magistrũ memoratos, aut àliquem ex dicti ordinis fratribus cui Magister p̄dictus id commiserit .c, absolui nõ possint) volumus subiacere. ¶ 7. Item statuimus volumus & ordinamus, q̄ omnes & singuli religiosi quorũcũque (ẽt mẽdicantium) ordinum dictæ Sed. capellani q sũt, & inantea erunt, perinde eorum superioribus, & correctioni ipsorum (in omnibus & per omnia) sint subiecti, ac si prædictæ Sed. Capellani non essent. Non obstantibus exemptionibus & aliis quibuscunq; priuilegiis indulgentiis, gratiis, & literis apostolicis capellanis dictæ Sed. vel aliis, cõiunctim vel diuisim, sub quauis forma, vel expressione verborum à dicta Sed. concessis vel in posterum concedendis, ẽt si de illis d̄ verbo ad verbũ & de ipsorum capellanorũ nominibus & cognominibus propriis plena & exp̄ssa mẽtio p̄ntibus sit hñda, quæ (quo ad hoc) ipsis in nullo volumus suffragari.

.c. ¶ Absolui non possint.) Declaramus q̄ quicunque habentes generalem licentiam à sede apostolica absoluẽdi quoscunque in quibuscunq; casibus prætextu talis facultatis fratres ordinis nostri nequaquam absoluere possunt, sicut idem Bonifacius in bulla declarauit. Et si quis intra clausurã alicius monasterij cure, & regimini ordinis commissi repertus fuerit, poterit per præsidentes dicti ordinis seu de eorum mandato capi & incarcerari, & secundum eorum arbitriũ & delicti quantitatem puniri. Sicut idem Bonifacius in præfata bulla declarauit. Et si aliqua persona sæcularis vel regularis aliqd̄ monasteriũ p̄dictarũ sororum intrare vel aliquę sorores inde exire sine licentia magistri ordinis p̄sumpserint ipso facto sentẽtiam

excommunicationis incurrunt, a qua non nisi per Papam vel magistrum ordinis vel per aliquē fratrē cui pdictus magister concesserit absolui n onpossin..

Cōstō D. Alex. Pp. 6. de electione mag. ord. Cap. xvii.

DEnunciamus quòd D. Alexander Papa Sextus, i capitulo generali Romæ celebrato, anno Domini 1501. Statutum & constitutionem fecit infrascripti tenoris, quæ tunc & acceptata & seruata fuit. Volumus & auctoritate apostolica per præsentes perpetuis futus temporibus statuimus & ordinamus, ꝙ modernus Vicarius vestri ordinis per nos institutus, & qlibet alius in simili casu futuris tēporibus per Sed. apost. instituendus, sicut primum locum in ipso capitulo, & vbiq; tenet, ita & inelectione ipsius generalis magistri primam vocem habeat, & cum duobus Prouincialibus i dicto capitulo existentibus, qui diutius post exp̄ssam professionem habitū vestri ordinis portauerūt, ad inquirendum & conscribēdum vota electorum ad banchum scrutinii electionis prædictæ sedere debeat. Et hoc idem in quolibet vicario gñali vestri ordis quē futuris tpibus continget secūdū Constōnes vestri ordinis īstitui, volumus & ordinam⁹ deberē obseruari: Nō obstañ. Cōstōnibus prędicti ordinis, & ordinationibus apostolicis, & quibuscunq; aliis in cōtrariū faciētibus.

Denunciamus .a. ✠ Declaramus, hāc constōnem D. Alexandri Papæ VI. in cap. gñali Rom 1539. auctoritate D. Pauli III. non habuisse locum, & ab illo tempore & deinceps in electione magistri ordinis nunꝙ fuisse admissam neq; seruatam, ꝙꝙ d̄ hoc nullæ extent authēticæ Apostolicæ literæ.

Expliciūt cōstōnes, fratrū ordis p̄dicatorū cū suis declaratiōib⁹ sup obscuros & dubios passus cōstōnū correctæ, emēdatæ, & ordinatæ p R.P.F. Vincētiū Bādellū, & Vincentiū Iustinianū sacræ theologiæ doctores & ordis p̄fati gñales magistros quorū memoriæ i bñdictione erit.

Index


N

FINIS.

Vsum huius Indicis accipe lector, his breuibus.
Litera d. significat distinctionē, c e vestigio positum denotat capitulum, distinctiones due sunt prima & secunda.
Cum numerum capitulorum inueneris notam arithmeticā, puta. 1.2.3.&c. intextu require, cum vero adnotatur litera alphabetica, puta. a. b.c. &c. declarationes pete, & qđ notatur inuenies.



INCIPIVNT CONSTITVTIONES SORORVM ORDINIS PREDICATORVM.




PROLOGVS.




VONIAM ex pcepto regulę jubētur sorores habere cor vnum & aīam vnā in dño: Iustū ē vt q̄ sub vna regula & vnius professiōis voto viuūt vniformes in obseruantia canonicę religionis inueniantur: quatenus vnitatem quæ interius seruāda est in cordibus, foueat & repsentet vniformitas exterius seruata in moribus, Quod profecto eo competentius & plenius poterit obseruari: si ea quæ agenda sunt scripto fuerint commendata: si omnibus qualiter sit viuendum scriptura teste innotescat: si mutare vel addere vel minuere nulli quicquàm propria voluntate liceat: ne si minima negligāt, paulatim defluaut, Ad hoc tamen in conuentu suo quæ præest dispensandi cum sororibus habeat potestatem: cum sibi aliquando videbitur expedire: nisi in his in quibus magister ordinis vel prior prouincialis vel eorum vicarij ex causa aliter ordinarent, Priorissa etiam vtatur dispensationibus, sicut & alie sorores, Vt igitur vnitati & paci

ſororum prouideremus,librum iſtum quem conſtitutionum appellamus,diligentet conſcripſimus , per certa capitula infraſcripta diſtinctum : vt quod quæretur facilius inueniatur . Declaramus autem ꝙ conſtitutiones nõ obligent ſorores ad culpã: ſed ad pœnam tantum,niſi propter præceptũ vel contemptum.



DE OFFICIO ECCLESIAE CAPITVLVM PRIMVM





VDITO Primo ſigno ſurgant ſorores cum matura feſtinatione religioſè & honeſtè ſe pręparando. Matutinas autem & omnes horas canonicas ſimul audiãt ſorores, niſi cum aliquibus ex cauſa fuerit diſpenſatũ. Horæ canonicæ omnes in Eccleſia tractim & diſtinctè taliter dicantur, ne ſorores deuotionem amittãt, & alia quæ facere habent minime impediãtur. Quod ita dicimus eſſe faciẽdum, vt in medio verſus metrũ cum pauſa ſeruetur, non protrahendo vocem in pauſa vel in fine verſus. Hoc tamen magis & minus pro tempore obſeruetur. Horę vero de Beata Virgine poſt horas canonicas dicantur in Eccleſia. Tempore quo bis reficiuntur ſorores legatur ante Completorium in Eccleſia, Sorores ſobrię &c. Poſtea dicto ab ea quæ præeſt adiutorium noſtrum in nomine domini, & facta confeſſione dictoq; completorio, ebdomadaria aquam aſpergat benedictam, poſtea dicatur pater noſter, & credo in deum. Poſt Completorium autem receptis pro tempore diſciplinis, concedatur aliquod ſpacium competens ſororibus ad vacãdum ſacris meditationibus & orationibus priuatis, vſque

ad signum, similiter & post matutinas, facto autem signo omnes egrediantur Ecclesiam, & intret locum dormitionis. Aliquis autem locus statuatur, in quo ad puidendum officium diuinum sorores conueniant præsente Priorissa vel alia cui commiserit tempore opportuno.

¶De inclinationibus. Capitulum II.

FInitis Matutinis de Beata Virgine cum sorores in chorum venerint, inclinent ante altare profunde, & cum ad sedes suas venerint facto signo ab ea quæ præest, flexis genibus vel inclinate profunde pro tempore, dicat Pater noster, & Credo in deum: & iterum facto signo ab ea quæ pest surgant. Hora itaq; deuote incepta, versę ad altare, muniant se signo crucis, & ad Gloria patri inclinet chorus contra chorum ꝓfunde vel ꝓsternāt se pro tempore, vsq; ad sicut erat. Hoc etiam faciendū est quotiens Pater noster, & Credo in deum dicuntur, nisi in Missa, & ante lectiones, & gratiarum actiones, in quibus inclinandum est solum ad Pater noster, & ad Orationem Retribuere. Idem etiam faciendum est ad primam collectam in Missa, & ad post cōmunionem, & similiter ad orationem pro Ecclesia, & in singulis horis ad collectam, & ad Gloria patri quotienscunq; in inchoatione horæ dicitur, Ad omnia autem alia Gloria patri, & ad extremos versus himnorum, & ad penultimum versum cantici Benedicite, inclinent vsq; ad genua, & quādo cantatur Gloria in excelsis ad Suscipe depcationem nostram, & item in benedictione lectionis, & in capitulo ad orationem Sancta Maria. ¶Item quando no-

£. £. men

men Iesu in collecta & in præphatione vel in Antiphona Salue,vel in Gloria in excelsis nominatur. Quando autem nomen Iesu alias nominatur in choro, sorores eidem reuerentiam faciant capite deuotius inclinato. ¶Item in omni oratione quando nomē domini nostri Iesu Christi,& Beatę Virginis,& beati Dominici nominatur,& etiam quando nomē Beatę Virginis nominatur ad Antiphonam Salue, & in Missa in præphatione,& ad Gratias agamus &c.& similiter ad versum. O Crux aue &c.sorores in choro reuerēter inclinent, sicut fieri debet quando nomen Iesu, et Mariæ matris eius in collecta nominat̄. Hora itaque prædicto modo deuotè incepta,postquàm ad Gloria, post Venite inclinauerint,stet chorus contra chorū, deinde ad primum Psalmum sedeat vnus chorus, et ad secundum similiter stet et sedeat alter chorus, et sic alternent vsq; ad Laudate dn̄m de cęlis,et sic faciant ad omnes horas. Finita autem lectione in Matutinis nisi fiat officium de mortuis illa quę legit, inter pulpitum quod est in medio chori, & gradus altaris inclinationem faciat vel prosternat se pro tempore. In inclinationibus vero conformentur moribus earum ad quas declinant. Porrò ad Salue sancta parēs, & ad Salue post Colpletorium,et Veni sanctę Spiritus et ad Veni Creator spiritus in die Penthecostes, et per totam ebdomadā,et ad Credo in Missa ad ex Maria virgine,et homo factus est,flectant genua. ¶In ferialibus quoq; diebus iaceant prostratę a Sanctus vsque ad Agnus. ¶In festis vero trium vel nouem Lectionum iaceant ꝓstratę ab eleuatione corporis Xp̄i

vſq: ad Pater noſter. ¶In proſtrationibus idem ſerue in feſto trium vel nouem lectionum. Quando prelatus vel quę pręeſt iniunxerit aliquam cõmunem orationem inclinent omnes. Similiter oẽs faciant qbus aliquid facere vel dicere iniunxerit. Si autem aliquã obedientiã vel officium vel miniſterium aliquod cuiuis iniunxerit,humiliter ſe proſternẽs ſuſcipiat quod ei iniunctum fuerit. Quando etiam ſororibus quippiam veſtimenti tribuitur,inclinantes benedictus deus in donis ſuis dicant.

¶De ſuffragijs mortuorum, Cap. III.

A Feſto ſancti Dionſij vſq; ad aduentum pro anniuerſario fratrum et ſororum familiarium, receptorum per literas ad beneficia ordinis, literatę ſorores pſalterium, non litteratę quingenta Pater noſter dicant. ¶Idẽ faciat quęlibet ſoror pro ſorore defuncta ſui cõuentus, Et idem fiat pro magiſtro ordinis et pro Priore prouinciali defunctis. ¶Idem etiam fiat pro viſitatore earũ ſi in viſitatione moriatur. ¶Idem etiam fiat pro procuratore ordinis ſi in curia Romana in procurationis officio decedat. Quælibet literata pro fratribus et ſororibus noſtris defunctis triginta vicibus ſeptẽ pſalmos pęnitentiales dicat in anno. Non literata triginta vicibus centum Pater noſter. Anniuerſarium patrum et matrũ tertia die poſt purificationem Beatæ Mariæ. Anniuerſarium benefactorum et familiariũ die craſtina poſt octauas beati Auguſtini. Anniuerſarium vero fratrum et ſororũ in craſtino beati Dioniſij. Anniuerſarium vero omnium ſepultorum in cimiterijs noſtris vbique fiat

prima die vacante poſt octauas Viſitationis Beatæ Mariæ.

¶De Ieiunijs. Cap. IIII.

A Paſcha vſq; ad feſtum ſanctę Crucis reficiãtur bis ſorores exceptis diebus rogationum et ſextis ferijs, et vigilia Penthecoſtes, et ieiunijs quatuor tẽporum, vigilia ſancti Ioannis Baptiſtæ. Petri et Pauli: Iacobi: et beati Dominici patris noſtri, Laurẽtij, Aſſumptionis Beatæ Mariæ, et Bartholomæi, ac Natiuitatis Beatæ Virginis. A feſto autem ſanctæ Crucis vſq, ad Paſcha continuum teneant ieiunium, et Nona dicta comedant, exceptis diebus dominicis, niſi diſpenſatio fiat interdum et ex cauſa. In toto autem aduentu et Quadrageſima, et ieiunijs quatuor temporum, et in vigilia Aſcenſionis, et Penthecoſtes, ſancti Ioannis Baptiſtæ, Petri et Pauli, Iacobi, et beati Dominici patris noſtri, in vigilia ſancti Laurẽtij, Aſſumptionis Beatæ Mariæ, et Bartholomæi, et Natiuitatis Beatæ Virginis. Mathęi, Simonis, et Iudæ, et omnium Sanctorum. Andreæ apoſtoli, et omnibus ſextis ferijs quadrageſimali vtantur cibo, niſi in locis quibus in dictis ſextis ferijs aliter comederetur, vel niſi precipuum feſtũ fuerit, vel niſi cum aliqua ex cauſa diſpẽſetur. Quando autem feſtum habens vigiliam in qua ſecundum ordinem ieiunandũ eſt euenerit in ſecũda feria, eius vigilia in precedenti ſabbato ieiunetur contraria conſuetudine non obſtante. Feria.ij.et.iij. poſt quinquageſimam quadrageſimali vtantur cibo et ieiunent. In Paraſceue vero ꝓ totũ diẽ ĩ pane et aqua abſtinebũt. Precipuũ feſtũ dicimus ſemiduplex, et dup. et ſupra.

¶De cibo, Cap. V.

HOra competenti ante prandium vel cęnam à Sacriſtiſſa paucis ictibus campana pulſetur vt ſorores venire ad refectionem non tardent. Poſtmodum pulſetur cimbalum ſi cibus ſit paratus, alioquin non pulſetur donec paratus ſit. Ablutis vero manibus no lam refectorij quę præeſt pulſet, et tunc ſorores ingrediātur, quibus ingreſſis dicat (Benedicite) quæ dicit verſiculos, et conuentus proſequatur benedictionē. Seruitrices autem incipiant ab inferioribus vſque ad menſam Prioriſſę aſcendentes. Nulla ſoror à prima menſa remaneat, niſi ſeruitrices, niſi de licentia et ex cauſa, Quotquot autē remāſerint comedāt in ſecunda, ita ꝙ tertiam facere nō oporteat. Nulla fiat pitantia ſeruitricibus vel miniſtris quæ nō ſit cōuentui, niſi ſint infirmę vel minutę. Soror nō mittat ſorori pitantiam excepta Prioriſſa, ſed ſibi datam dare pōt à dextris et à ſiniſtris tantum. Prioriſſa comedat in refectorio, et cibarijs cōuentus ſit cōtenta. Similiter et infirmariæ, et alię quę miniſtrāt in officio quocūq;, niſi cū aliquibus Prioriſſa diſpēſauerit ob aliquam cauſam. Pulmenta ſint in conuentu ſine carnibus pręterquàm in infirmarijs. Singulis diebus ſi fieri pōt et expedierit duo cocta pulmenta habeant ſorores. Poterit aūt Prioriſſa ſuper addere ꝓut opus eē iudicauerit et facultas permiſerit. Si qua iuxta ſe ſedēti viderit aliq̄d deeſſe, de cōmuni req̄rat à miniſtra. Si qua de ſororibus ſeruiendo vel comedendo in aliquo offenderit, ſurgētibus ſororibus veniam petat, et facto ſigno ab ea quæ præeſt redeat ad locum ſuum.

De

¶De collatione, Cap. VI.

TEmpore ieiunij hora competēti Sacristissa ad collationem signū faciat: postea refectoraria cimbalum pulset. Deinde sororibus veniētibus in refectorium ad signum illius quæ præest legat lectrix pręmisso (Iubæ dn̄e bn̄dicere) & sequatur benedictio. Noctem quietam &c. Infra lectionem vero poterunt bibere quę voluerint facto signo ab ea quæ præest. Et dicto (Benedicite) à lectrice dataq; benedictione ab ebdomadaria Largitor omniū &c. Finita lectione dicat quæ præest adiutorium &c. Et tunc cum silentio intrent sorores Ecclesiam. Quæcunq; extra horam bibere voluerit licentiam petat, & vnam sociā accipiat.

¶De infirmis, Cap. VII.

CIrca infirmas caueat ne sit negligens Priorissa. Sic enim procurandæ sunt infirmę vt citius releuentur sicut dicit in regula beatus Augustinus. Poterunt autem quædam vesci carnibus prout earum grauior exigit infirmitas vel debilitas, secundum ꝙ Priorissæ visum fuerit. Si qua vero talem infirmitatem habuerit quę nec eam debilitet multum, nec comedēdi turbet appetitum, talis nec supra culcitram iaceat, nec consuetudinaria frangat ieiunia, nec cibos refectorij mutet. In domo non sint nisi duo loca in quibus comedant debiles & infirmę: vnus carnium & alius aliorum ciborū: nisi sit euidens necessitas vel vrgens infirmitas. Si autem Priorissam infirmari contigerit: in infirmaria cum alijs procuretur.

¶De minutione. Cap. VIII.

MInutio quater in anno fiat. Prima in mense septembris

tembris: secunda post Natale, tertia post Pascha: quarta circa festum beati Ioannis Baptistę. Præter has minutiones nulla sibi minuat, nisi discretio Priorissę propter aliquam causam iudicauerit alicui aliter esse faciendum. Minutę vero extra refectorium comedant cum silentio: & secundum quòd facultas permiserit commodius procurentur. Causa vero minutionis non comedant carnes.

[De lectis. Cap. IX.

SVper culcitras non dormiant sorores nisi in infirmaria: super stramina & laneos & saccones dormire licebit. Quę autem culcitras petierint ieiunēt vna die in pane & aqua. Cum tunica & velo & capitegio & cinctæ dormiant: & etiam cum caligis in regionibus in quibus mulieres portare caligas consueuerunt. Nulla quæ in communi tollerari possit habeat specialem locum ad iacendum: nisi forte propter rerum custodiam cū necessitas hoc requirat. In quo casu non minus quàm tres iaceant in loco prædicto.

[De vestitu. Cap. X.

VEstes laneas honestas & non notabiliter preciosas deferant sorores: & in mantellis vilitas potius obseruetur. Lineis non vtantur ad carnes. Pelliceum vero inter duas tunicas habere possunt: quod aliquantulum breuius sit tunicis. Linteamina autem non habeantur, nisi forte Priorissa in infirmitorio cū aliqua propter grauem infirmitatem iudicauerit dispensandum. Pelliceis & coopertorijs siluestribus sorores non vtantur. Tunicę vsq; ad talos scapularia vero sine quibus non vadant sint tunicis breuiora.

Soccos

Soccos pepla & capitegia & vela habebāt vt necesse fuerit & facultas ꝑmiserit. Cirothecas aūt nō habeāt.

[De commutatione rerum. Cap. XI.

OMnes sorores singulis annjs vel pluries si eis dictum fuerit omnia sibi commissa Priorissę suę exponant pariter & exhibeant, eius dispositioni omnia relinquendo. Nulla etiam ciphū vel vas aliquod vel aliquid huiusmodi sibi appropriet. [Item nulla habeat archam vel aliquid quod cum claue firmetur exceptis illis quæ propter officium suum necesse habent habere. [Item nulla mittat vel recipiat sine licentia literas vel cedulam scriptam etiam sine sigillo, nec ēt scriptum aliquod in tabulis vel in cera, nisi magistro vel Priori prouinciali vel Vicario ostendat. Priorissa etiam cum duabus sororibus quas elegerit cū sibi expedire videbitur sororibus absentibus scrutet̄ singulos lectos sororum. Et si inueniat ibi aliquod ꝙ soror sine licētia Priorissę habeat, illud accipiat: & eā condigne puniat. Itē m sine licentia & expressione personarum quibuscūq; hominibus nec dent, nec ab ipsis recipiant. Quæcunque aūt contra fecerit furti iudicio condemnetur.

[De Communione & lauatura capitum & tonsura. Cap. XII.

COmmunio poterit fieri in anno quindecim vicibꝰ in terminis de quibus visum fuerit fratribus curā de sororibus gerētibus, dummodo ad pręparādum se possint habere copiā cōfessorū. In septē aūt de illis terminis poterūt lauari capita et tōderi capilli earū. Sit āt tōsura nō modica vt decet religiosas ꝑsonas.

[De silentio

[De ſilentio, Cap. XIII.

Silentium teneãt ſorores in oratorio,in clauſtro,in dormitorio,in refectorio. Alibi vero loqui poterũt de licẽtia ſpeciali prout et quãdo fuerit eis cõceſſum. Siqua tamẽ ſubmiſsè aliquid et breuiter de neceſſarijs protulerit, nõ teneatur de ſilẽtij fractione. Omnes autẽ ſorores vbiq; in menſa ſilẽtium teneant tam Prioriſſa quàm aliȩ, excepta vna quæ maior fuerit inter eas,vel alia cui pro ſe loqui commiſerit, et tũc taceat. Nulla autẽ aliarum ibidem loquatur niſi de neceſſarijs mẽſȩ, et hoc ꝑ vnicam orationẽ vel dictionem breuiter et ſubmiſſe. Si qua vero hoc ſilentium fregerit ex propoſito,vel licẽtiam loquẽdi dederit,in vno prãdio aquam tãtum bibat, et vnam diſciplinam in capitulo accipiat coram omnibus ſine diſpẽſatione,exceptis infirmis decumbẽtibus. Caueat aũt Prioriſſa ne ſit facilis ad dãdas licentias loquendi ſine cã rõnabili. Quatuor de ſororibus magis religioſis,et diſcretis aſſignẽtur ſine quarũ vna vel duabus vel Prioriſſa vel Supprioriſſa nulla licẽtiet ire ad feneſtrã locutorij ſecularium. Nec aliquid loquatur ibi ſoror niſi in auditu ſocię vel ſociarum. Iſta autem ſocia vel ſocię debent accuſare eã cum qua mittitur ſi in verbo vel geſtu vel aliter in aliquo notauerit reprẽſibilem. Prioriſſa autem et Supprioriſſa cum aliq̃bus in prædicto locutorio nõ loquãtur niſi in præſentia alicuius quatuor prædictarum vel alicuius ãtiquarum ſororum. Nulli detur licẽtia loquẽdi in locutorio ſecularium cum extraneis, aut intrãdi locutoriũ illud quãmdiu horę vel miſſa dicũtur,vel quãdo conuẽtus dormit

uétus dormit uel comedit, nisi ex causa valde necessaria. Ad fenestras cõfessionum nulla loquatur cũ alijs quàm de cõfessione sciẽter et ex ꝓposito, nisi forte de ptinẽtibus ad officium Ecclesiæ cum exterioribus, & hoc de licentia et submissè. Nulla cõfiteatur alicui sęculari uel alicui cuiuscũq; alterius religionis ẽt fratri,nisi de licẽtia Magistri ordinis uel Prioris ꝓuincialis uel illius cui sup hoc secũdum certã formã aliqs horum commiserit potestatem. [Itẽ ad rotam nulla loquatur nisi illa uel ille quæ ꝓpter aliquod officium sunt ipsi rotę deputatę, et ille ẽt nõ loquantur ibi nisi de ptinẽtibus ad officium pdictum. Pro prima fractione silentij ex deliberatione commissa extra mensam,dicat soror psalmum Miserere mei deus, et ꝓ secunda recipiat in capitulo disciplinam corã omnibus, ꝓ tertia sedeat semel in terra,et hoc in prãdio non in cęna. Computatio tñ ista inter duo capitula fiat. Priorissa tñ potest dare aliquas licẽtias gñales loquẽdi cellarię coquinarijs siue alijs officialibus,put ratione officiorum visum fuerit expedire.

[De recipiendis. Cap. XIIII.

NVlla notabiliter iuuenis recipiat in sororẽ.Non recipiat etiam aliqua nisi cum diligenti examinatione facta seorsum de moribus & uita et uiribus corporalibus et industria animi,et utrum sit coniugata et non p Ecclesiam separata â uiro. Examinetur etiam diligentius utrum sit grauida,et si nõ possit de hoc certitudo haberi expectandum est donec certitudo habeatur. [Item inquiratur vtrum sit serua vel ratiocinijs obligata vel alterius professionis

vel occul-

vel occultam habeat infirmitatem uel alia impedimē ta propter quæ non expediat eam recipi. Hæc autem examinatio â Priorissa,& â duabus sororibus discretis de cōsensu capituli ad hoc electis fieri debet. Cum autem recipienda adducta fuerit in capitulum ꝓster nat se in medio. Interrogata vero ab ea quæ præest quid quærat, respondeat (misericordiam dei & vestram) Qua ad iussum illius quæ præest erecta, exponat ei austeritatem ordinis ꝓpositum eius requirēs. Quod si respondeat se proponere cuncta seruare, dicat post cętera (Dominus qui incępit ipse perficiat) & cōuentus respondeat, Amen. Tūc depositis sęcularibus vestibus & religiosis indutis, in societatem sororum in capitulo recipiatur. Verūtñ antequā stabilitatem & cōmunem vitā promittat, & obedientiam & professionem faciat, tp̄s probati ōis assignetur. Probationis vero tempus statuim⁹ vnius Anni vel eo amplius prout illi qui præest de prudentum cōsilio videbitur expedire, vt & ipsa austeritates ordinis & sorores mores ipsius experiantur. Magister ordinis vel Prior prouincialis pensatis facultatibus domus quæ pro tempore fuerint aliquem certum numerum sororum statuāt, vltra quem non recipiatur aliqua in sororem, nisi talis esset ꝑsona quæ sine graui damno vel scādalo recusari nō posset. Et tunc nō nisi de cōsilio Magistri ordinis vel Prioris ꝓuincialis recipiatur. Nulla etiam fiat ꝓmissio de sorore aliqua recipienda antequàm locus vacauerit. Licebit quoq; aliquas recipe intus ī sorores cōuersas vbi hoc expediens videbitur in numero moderato, ꝓut earum officijs, &

adiutorijs aliæ sorores indigebunt,Hę autem dicāt ī profestis diebus ꝓ Matutinis.28.Pater noster in Festis autem nouem lectionum.40. Pro Vespis.14.pro qualibet aliarum horarum septem, loco ꝑciosa tria pro benedictione mensę unum,post mensam pro gratijs tria. In ieiunijs,& vigilijs, & alijs quæ earum statui competunt se alijs conformabunt.

[De Nouitiabus & earum instructione.

Cap. XV.

PRiorissa nouiciabus magistram, diligentem in ipsarum instructione ꝑponat,quæ eas de ordine doceat,in Ecclesia,& vbicūq; negligenter se habuerint verbo uel signo quantum poterit studeat emendare necessaria ꝓut potest debet eis procurare. De apertis negligentijs cum ante eam petierint veniam pœnitentiam dare,uel eas in capitulo proclamare. Humilitatem cordis,& corporis doceat eas habere,frequenter pure & discrete confiteri, sine proprio uiuere,propriam uoluntatem deserere,pro uoluntate maiorum,obedientiam in omnibus uoluntariè obseruare. Quomodo ubiq;,& in omnibus se habere debeant ipsas debet instruere, quòd locum ubi fuerint positę ubiq; teneant. Qualiter se ad cameras contineant,ut oculos sublimes non habeant. Quomodo uel quid orent,& quam silenter ut alijs rugitum non faciant. Quomodo in capitulo uel ubicūq; reꝑhensę fuerint ab ea quę ꝑest,uenia sit facienda,& ꝙ siqua sororem suam aliquo modo scādalizauerit ad pedes eius prostrata ueniam petat. Instruendæ etiam sunt nouicię ut cum nemine cōtendere ꝑsumant,& quòd

in oībus

in omnibus magistrę suę obediant. In processione sociam sibi collateralem attendant, nec loquant locis & tpibus interdictis, nec aliàs sine licentia, & ꝙ neminem pęnitus iudicent, sed siqua ab aliqua fieri uiderint (licet mala uideant) bona suspicent uel bona intentione facta. Sępe enim humanũ fallitur iudicium. Et quòd nõ loquãtur de absente nisi quæ bona sũt, quòd disciplinas frequenter suscipiãt, & cũ duabus manibus bibãt, & sedendo, quòd libros & uestes & res alias monasterij custodiãt diligenter. Et quòd si quid petitum fuerit ab una earum q̃ p̃est & negauerit nõ petatur ab alia, nisi negatione priore exposita, sed nec si à maiore petierint & negauerit nõ uadãt ad minorem. [Item cõfessiones nouiciarum añ professionem recipiãtur, & diligenter de modo cõfessionis, & ĩ alijs instruãtur. [Item nouitię añ professionem de debitis se expediant, & omnia alia ad pedes Priorissę ponãt. [Item nouitię, & alię sorores quæ aptę sunt in psalmodia, & officio diuino studeãt diligenter p̃ter cõuersas quib⁹ sufficiat ut sciãt uel addiscãt ea quæ debent pro horis dicere, Omnes uero ĩ aliquo laborę addiscendo uel exercendo occupentur. [Item nouitiæ ñ ĩtersint capitulo de culpis sed ĩ principio sę accusent uel Magistra earum extra capitulum culpas earum audiat & ipsas quantum poterit diligenter in moribus ĩstruat & charitatiue corripiat.

[De modo faciendi professionem.

Cap. XVI.

MOdus faciendi professionem talis est. Ego soror N. facio professionem & promitto obedientiam

deo &

deo & beatę Mariæ, & beato Dominico, & tibi sorori N. Priorissæ talis conuẽtus vice fratris. N. Magistri ordinis fratrum prædicatorum, & successorum eius secundum regulam beati Augustini, & institutiones sororum, quarum cura prædicto ordini est commissa: quod ero tibi obediẽs alijsq; Priorissis meis vsq; ad mortẽ. Nouiciarum autem vestes in earum professione benedicantur hoc modo. Ostende nobis domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat. Oremus. Domine Iesu Christe qui tegimen nostræ mortalitatis induere dignatus es, obsecram⁹ immense largitatis tuæ abundantiam, ut hoc genus uestimentorum quod sancti Patres ad innocentiæ, & humilitatis indicium ferre sanxerunt, ita benedicere digneris, ut quæ hoc usa fuerit te induere mereat Christum dominum nostrum. Postmodum aspergatur aqua benedicta. Ad professionem nulla recipiatur ĩfra. 14. annos. Nolumus etiam quod alique sorores benedicãtur, cum beatus Dñicus pater noster hoc ordinasse dicatur, circa illas quæ fuerunt tempore suo. Et huiusmodi benedictio soleat esse aliquibus occasio ut super alias se extollant.

¶De leui culpa, Cap. XVII.

Leuis culpa ẽ si qua mox vt signũ factũ fuerit nõ relictis oĩbus cũ matura festinatione se ꝓparauerit, ut ad locũ pro quo fit signũ ueniat tempestiue. Si qua designatum sibi legendi uel cantandi officium nõ attente compleuerit, uel responsorium, uel antiphonã, uel aliud inceptura chorũ turbauerit. Siqua male le-

gendo uel cantando offendens non ſtatim ſe coram omnibus humiliauerit. Si liber in quo legendum eſt in collatione vel in capitulo, uel in Eccleſia cuiuſquã negligentia defuerit. Similis culpa eſt ſi qua ad menſam vel ad collationem uel ſermonem uel capitulum uel ad horas in Eccleſia uel ad laborerium commune cito non uenerit, uel ad lectionem menſe notata ad benedictionem ſe tarde obtulerit. Si qua in dormitorio, uel alibi in conuentu aliquem tumultum fecerit, uel orantes uel legentes uel laborãtes in aliquo inquietauerit. Si pannus ad inuoluendum calicẽ vel patenam, uel corporale, uel ſtola, uel manipulus, uel ſimilia per negligentiam cuiuſquam in terram ceciderit, uel ſi ueſtes ſuas ſuo tempore, & loco ſtatuto honeſtè, & ordinatè aliqua non repoſuerit. ¶Item leuis culpa eſt ſiqua cereum, uel aliquod utenſilium perdiderit, uel fregerit, vel aliquod veſtimẽtorum ſuorum deteriorauerit, uel amiſerit. Si qua in officio uel ſermone, uel laborerio dormitauerit, uel oculos uagos habens per clauſtrum uel domum ad uanitates ſepæ direxerit. Si qua ociosis uacauerit, uel diſſolutè riſerit, uel alias ad ridendum concitauerit, uel in aliquo geſtu, uel motu, uel ſtatu, uel habitu, uel uerbo reprehenſibilis apparuerit. Pro his culpis unus Pſalmus, uel plures ſecundum quantitatem exceſſuũ prout videbitur tenenti capitulum iniungatur.

¶De media culpa. Cap. XVIII.

MEdia culpa ẽ ſi qua ad Gloriam primi Pſalmi nõ affuerit, & in medio chori nõ ſatisfecerit, uel in vigilia Annunciationis, uel Natiuitatis Dñi in principio

pio capituli non affuerit, ut pronũciatis exordijs nostrę salutis & redemptionis, gratias agat corde, & corpore Redemptori nostro. Similis culpa est. siqua in choro non intenta diuino officio, uagis oculis, & motu irreligioso, leuitatem mentis ostenderit. Siqua lectionem tempore statuto non prȩuiderit, uel aliud legere, uel cantare præsumpserit quâm quod ordinatũ est. Siqua in choro riserit, uel alias ridere fecerit, uel in conuentu dissolutionem aliquam fecerit. ¶Item media culpa est. Siqua â capitulo, uel sermone, uel collatione, uel refectione communi, vel laborerio, vel hora aliqua ex causa minus rationabili remanserit. Siqua commune mandatum dimiserit, siquid cibi vel potus absq; benedictione aliqua sumpserit. Similis culpa est siqua eam â qua proclamata est eadem die quasi uendicando se ꝓclamauerit uel clamans in ꝓclamatione sua iurgium fecerit. Siqua ut in loquendo fieri solet cum iuramẽto aliquid affirmauerit, vel negauerit; uel uaniloquium dixerit. Siqua sororem proprio nomine uocare omisso hoc nomine soror in usu habuerit. Pro huiusmodi culpis Psalmi, disciplinæ, & ueniȩ secundum discretionẽ tenentis capitulũ imponãtur quantitate culparum pensata.

¶De graui culpa. Cap. XIX:

GRauis culpa est, si qua cum aliqua lites habuerit uel inhonestȩ contenderit. Siqua alicui opprobrium dixerit, uel culpam pro qua satisfecerit improperauerit. Siqua in proclamatione iurgium fecerit, uel in illam â qua proclamata est uel quãlibet aliã maledicta seu uerba inordinata uel irreligiosa maliciose

inuexerit, Similis culpa eſt ſi qua diſcordias inter ſo rores ſeminauerit vel detraxerit,ſeu ſuſurratrix inuẽ ta fuerit. Siqua mala de ſororibus uel domo malicioſè euomuerit,uel culpam ſuam, uel alterius ꝓter uè defenderit. Siqua mendacium ſcienter dixerit,ſi qua pro victu, uel ueſtitu, uel qualibet alia re murmurauerit. Siqua ſilentium non tenere in conſuetu dinem duxerit. ¶Item grauis culpa eſt ſiqua carnes abſq; licentia & neceſſitate comederit,uel ieiunia ſta tuta fregerit. Siqua in aliquem oculũ fixerit uel tur pem ſermonem protulerit. Siqua res aliquas alij deputatas quãuis non animo retinẽdi ſine licentia acceperit uel à capitulo,uel ſermone,vel communi dor mitione ſine cauſa aliqua,& licentia remanſerit. Pro huiuſmodi culpis & ſimilibus iniungantur tres dies in pane & aqua,& tres diſciplinę in capitulo corã om nibus recipiendæ,vel plures,& Pſalmi,& veniæ prout ſecũdum exceſſus maiores vel minores videbitur iuſtum eſſe.

¶De grauiori culpa. Cap. XX.

GRauior culpa eſt ſiqua per contumaciam vel manifeſtam rebellionem ſuis maioribus inobediẽs extiterit, vel cum eis proteruè contendere auſa fuerit. Siqua aliam malicioſè percuſſerit. Siqua res aliquas alij cõceſſas vel de communi(animo celãdi)acceperit uel propriũ habuerit. Similis culpa eſt ſi qua munuſcula vel alias res ſine licentia dederit uel rece perit,uel receptas celauerit. Siqua literas uel aliqua in ſcripto aliquo ſine licẽtia miſerit nel receperit,uel legerit,uel ſibi legi fecerit. Siqua aliquid inhoneſtũ

domus vel ſororum,vel ſecretum aliquod extraneo cuiquám reuelauerit,uel aliquod quodcunq; crimen capitale commiſerit. Pro huiuſmodi culpis quæ rea fuetit veniam petēs,ſceleris ſui immanitatem lamentabiliter proferat,& denudata vſq; ad cingulum vapulet ad pedes ſingularum,primo Prioriſſæ deinde vtriuſq; lateris ſedētium,& ſit omnium nouiſſima in cōuentu. ¶In refectorio quoq; ad communem mēſam non comedat cum alijs, ſed in medio refectorij ſup nudam terram,& prouideatur ei groſſior panis, & aqua,niſi quæ præeſt ei per miſericordiam aliquid impendat,nec reliquiæ prandij ſui cum alijs miſceātur. Ad canonicas horas,& ad gratias poſt commeſtionē ante hoſtium Eccleſiæ tranſeuntibus ſororibus pſtrata iaceat dum intrant & exeunt. Nulla vero audeat ſe coniungere ei,uel aliquid mandare. Talis quādiu erit in hac pœnitētia non communicet nec veniat ad oſculum pacis,nec notetur ad aliquod officium in eccleſia,nec vlla ei committatur obedientia. Prioriſſa vero ne ī deſperationē labi poſſit, mittat ad eā quę ē in tali pœnitentia ſorores,quę moneant eam ad pœnitentiam,prouocent ad patientiam,foueant per cōpaſſionem,hortentur ad ſatisfactionem, adiuuēt per ſuam interceſſionem. Quibus & ſuffragetur tot' cōuētus ſi apparuerit in ea debita humilitas,nec renuat quæ pręeſt cum ea facere miſericordiā,& ſi videbitur ei,denuo uapulet modo ſupradicto. Eodem modo debet penitere ſiqua,quod abſit in peccatum carnis lapſa fuerit,quod grauius cęteris puniri cenſemus,& pluſquam omnia alia abhominamur. Poterit autē ei

quæ talis fuerit uelum nigrum auferri.quādiu fuerit in hac pœnitētia. Si uero huiusmodi peccatum occul tum fuerit,disquisitione secreta secundum tempus & personam,condignam agat pœnitentiam. Si uero alique ꝑ conspirationem,uel coniurationem, uel maliciosam concordiam aduersus Priorissam uel Supriores suos manifestè se erexerint supradicto modo pęniteant, & de cętero in tota uita sua extremum locū sui ordinis teneāt,& uocem in capitulo nisi in sui accusatione non habeāt,neq; eis aliqua obedientia iniungatur. Siqua tamen non maliciosę, sed in ueritate aduersus Priorissam aliquid habuerit quod tolerari non debeat nec deceat,prius eam inter se cū omni humilitate & charitate de sua correctione admoneant. Quod si frequēter admonita se corrigere neglexerit, aut cōtempserit, Priori prouinciali uel eius Vicario significetur.

¶De grauissima culpa, Cap. XXI.

GRauissima culpa ē incorrigibilitas illius quæ nec culpas timet admittere & pęnam recusat ferre. Si qua igitur talis inuēta fuerit,exuta habitu sororum, & earum societate priuata, recludatur in locū sequęstrum & utatur cibis qui ꝑ grauiori culpa supius sūt exp̄ssi. Ad correctionē aūt talium habeantur aliqua loca apta in quibus non solum p̄dictę incorrigibiles sed ēt contagiosę & suspectę probabiliter de nocumē to inferēdo in ꝑsonis uel rebus,uel de fuga poterunt recludi. Pro culpis uero aliqb⁹ minorib⁹ istis poterit interdū iniūgi aliquib⁹ ut ī eisdē locis morētur ad tēpus sęquęstratę sęcundum ꝙ uidebitur ęxpediens.

¶De apostatis. Cap. XXII.

SIqua in apostasia vel fuga deprehensa reducta fuerit inuita, pœnam quæ supra determinata est de incorrigibili sustinebit. Siqua vero fugitiua voluntariè redierit, petens misericordiam nullatenus recipiatur in ꝑpetuum maxime si de lapsu carnis commisso suspecta fuerit, nisi Magistro vel Priore prouinciali suꝑ hoc consultis, & expresso casu aliud ex causa iudicet interdum. Cum autem fuerit recipienda, denudata vsq; ad cingulum cum virgis in capitulum veniat, & prostrata veniam petat, & pęnis omnibus supradictis de grauiori culpa vel lapsu carnis, vel conspiratione subijciatur, receptura tamen de misericordijs ibi taxatis plus vel minus, citius vel tardius secundum exigentiam excessus precedentis, & signorum pœnitentiæ subsequentis.

¶De creatione Priorissę. Cap. XXIII.

MAgister vel Prior prouincialis ꝓuideat de Priorissa. Vbi talis consuetudo fuerit vsq; nunc. vt Priorissa à conuentu secundum formam canonicam vcz per scrutinium vel compromissionem vel cõmunem inspirationem eligatur: omnibus iuris subtilitatibus vel cauillationibus relegatis, & â Magistro uel Priore prouinciali vel Vicario ad hoc spāliter assignato (si ei vsum fuerit) confirmetur. Conuentus autem qui petit electę confirmationem in Priorissam numerũ scribat eligẽtium & noĩa. Si vero infra mẽsem non elegerint Magister vel Prior prouincialis conuẽtui ꝓuideat de Priorissa. Sorores ãt post ꝓfessionẽ suã, & nõ ante ad electionem Priorisse admittantur.

¶De mō eligēdi Priorissas tenore D.Bonifacij. Cap. XXIIII.

MOdus eligendi Canonicè Priorissas iuxta tenorē constitutionis D.Bonifacij in sexto, est iste. Conuentus debet compromittere in fratres qui audiunt scrutinium ad eligendum illam quam maior pars notauerit. Quo facto & auditis vocibus omnium sororum non debent publicare vota sororum sigillatim, sed dicere simplr̄ talis habet tot voces & talis tot. Cum ille frater qui est Prior interrogat si in aliam volunt consentire, stans debet formare decretum sic. Ego frater.N.vice mea & fratrū.N.&.N. Cōpromissariorum & sororum electricum consentientium si nō omnes consentiant eligo sororem talem.N.in Priorissam Monasterij talis.

¶De institutione Suppriorissę. Cap. X V V.

PRiorissa de consilio discretarum sororum & Prioris prouincialis vel vicarij eius instituat Suppriorissam. Cuius officium erit habere diligētiam & curam circa conuentum, & in alijs quantum Priorissa assignauerit ei, vel permiserit. [In quotidianis vero capitulis non proclametur nisi aliquādo pro magno excessu sęcundum ꝙ Priorissæ visum fuerit. Eadem autē Suppriorissa, mortua, Priorissa vel āmota vices eius plenariè obtineat quousq; Priorissa sit electa & cōfirmata, & in domo præsens extiterit, nisi Magister vel Prior prouincialis vel Vicarius aliter ordinauerit.

¶De Circatricibus, Cap. X X V I.

PRiorissa duas sorores discretas assignet, & ordinet ordinis zelatrices, quæ sint solicitę, & intentę

circa geſtus & facta ſororum. Et poſt Completoriū, & de die etiam interdum clauſtrum & alias officinas circueant. Et ſi quam in aliquo ſe habentem minus religioſè inuenerint, debebunt in capitulo proclamare. Viſitatorem quoq; tempore viſitationis de ſtatu religionis quomodo ſeruetur uel non ſeruetur plenè informare.

¶De Cellaria. Cap. XXVII.

CEllariam ſorores habeant vnam de maioribus & diſcretioribus domus, quæ per ſe & ſocias ſibi aſſignatas conſilio Prioriſſę & Supprioriſſę fideliter & deuotę bona temporalia procuret, quæ pecunias pannos, frumentum, uinum, uel aliquid huiuſmodi ſine licentia generali uel ſpeciali dare non præſumat. Cellaria coram Prioriſſa & Supprioriſſa, & tribus de maturioribus ſororibus ad hoc aſſignatis à cōuentu, cōputationem faciat quolibet menſe receptorum & expenſarum. Semel autē in anno uel amplius ſi viſum fuerit coram Priore prouinciali uel eius vicario, computatio fiat & ſtatus domus exponatur. Poſſeſſiones ſine cōſenſu cōuentus alienari vel minui ñ poſſunt.

¶De labore, Cap. XXVIII.

QVia ocioſitas inimica eſt animæ, & mater, & nutrix viciorum, nulla ſit ocioſa, ſed diligēter obſeruetur vt exceptis illis horis & tpibus quibus orōni uel officio, uel alię occupationi neceſſariæ debēt ītendere, operibus manuum ad utilitatem communē

oēs

omnes attente insistant prout fuerit ordinatum. Cũ sororibus aũt quãdiu sunt in labore Priorissa uel suppriorissa, uel aliqua alia ad hoc â Priorissa assignata sit præsens. Laborent aũt cum silentio. Nulla recedat â communi laborerio sine licentia & necessitate. Quæ aũt sic exierit expleta necessitate redeat.

¶De Edificijs. Cap. XXIX,

EDificia sororum sint humilia, curiositate vel superfluitate non notanda, & apponatur cura diligens, quòd ordinentur officinę prout melius fieri poterit pro religione seruanda. Ante omnia detur opera ꝙ clausura sit valde alta & fortis, ita vt, vel egrediendi, vel ingrediẽdi per clausuram opportunitas nulla detur. Non sit aũt in clausura sororum nisi vnum ostiũ forte & bonum quod cum duabus clauibus vel pluribus quantitate, & forma differẽtibus claudatur cum vna intus, & cum alia exterius. [Interior aũt custodiatur exterius vel intus secundum dispositionẽ prioris prouincialis vel Vicarij eius, exterior vero intꝰ secundum dispositionem Priorissę & conuentus. Aptetur aũt in aliquo loco conuenienti ipsius clausurę in ipso muro inseparabilr̃ adhærens ipsi aliquod instrumentum rotundum quod rotam vocamus per quod ita possint res necessariæ dari & accipi ꝙ dãtes & accipientes possint nullatenus se videre. [In Ecclesia vero in aliquo loco intermedio inter sorores & exteriores aptetur aliqua fenestra ferrata competẽtis magnitudinis in qua fiant sermones, & aliquo loco apto

duę fenestræ paruulæ ferratę ad confessiones audiendas. Poterit haberi aliquod locutorium ad loquendum cũ extraneis in aliquo loco conuenienti vbi aptetur fenestra ferrata simili modo sicut dictum est de fenestra maiore, in Ecclesia vel in ipsa Ecclesia ad pdictam fenestram maiorem fieri poterunt locutiones cum extraneis vbi huiusmodi locutorium non habetur. Porrò omnes supradictę fenestrę vel fenestrulę ferratę sic disponi debent vel per duplicationem ferraturæ, vel per acutos clauos q inter exteriores & interiores nullus possit interuenire contactus. ¶Item omnes fenestræ vel fenestrulę, & etiam rotę debẽt interius habere hostia lignea bona cum clauibus diligenter firmanda. Præter supradictas fenestras nulla alia habeatur nisi forte causa loquendi vna alia similis fenestrulę confessionum in loco competenti de licentia Magistri vel Prioris prouincialis concedatur.

¶De ingressu & egressu domorum.
Cap. XXX.

Circa ingressum, & egressum domorum sororum summam adhibere volentes cautelam interdicimus sub pœna anathematis ne vnquâm aliqua sororũ egrediatur clausurã, nisi propter periculum ignis vel ruinę, vel latronum, vel malefactorum aut similiũ cuẽtuum, quæ solent vergere in periculum mortis, nisi forte de licentia Magistri ex causa aliqua transferri contigerit aliquam ad aliam domum faciendam vel factam. Regem vel Reginam Metropolitanum, vel

Diocesanum, vel Legatum, vel Cardinalem, vel Papã, vel Patronum, vel Patronam, si ab initio fundationis eis cõcessum fuerit licebit ingredi cum societate honesta, & moderata vbi vsq; mõ fuerit huiusmodi consuetudo. ¶Item Magister vel Prior prouincialis, vel Visitator ad hoc missus cã visitationis ĩgredi poterit cum societate fratrum matura interdum sed raro. Quando vero aliquis prędictorum ingreditur, Priorissa cum tribus antiquioribus eum semper comitetur. Alię vero nõ discurrant sed sint in capitulo vel in Ecclesia, uel in alio loco honesto omnes præter illas quæ necessario occupãtur in aliquibus officijs do nec regressus fuerit extra domum. Nulla loquatur cum aliquo ingredientium seorsum ab alijs, nisi forsan cum aliquo prædictorum qui possunt & debẽt intrare & hoc de licentia, exceptis Priorissa & tribus sororibus ad hoc deputatis. Priorissa, & tres alię simul stent & simul vadant vel bine & bine, nec aliqua aliarum loquatur alienis nisi præsente & audiente aliqua prædictarum. Loquat̃ aũt cum alijs quos ex aliqua causa contigerit ingredi de expedientibus breuiter, & succinctè. ¶Item si oporteat infra terminos fororum aliqua opera fieri neecessaria poterunt intrare operarij aliqui de licentia Prioris prouincialis vel vicarij, & tunc Priorissa & Suppriorissa, & Procuratrix vel alię tręs de antiquis & maturis ad hoc deputatę operarijs loqui poterunt ita tamẽ quòd vna ab alijs duabus audiatur. aliè verò nullo modo loquãtur eis nec etiam ad eos accedant. ¶Item si aliqua ita infirmari contigerit quòd ad locum cousuetum communioni

venire

venire non possit, si oportuerit eam communicari, sacerdos in superpellicio cum stolla corpus Christi deferens reuerenter, precedētibus eum duabus sororib⁹ cum cereis, & vna cum aqua bñdicta, & alia campanulam deferente, associatibus nihilominus aliquibus de maturioribus sororibus ad infirmariam vadat & infirmam communicet prout in ordinario continetur. Si autem aliqua soror infirmatur in tantum quòd eā iniungi oporteat tunc sacerdos indutus ut supra de communione dictum est oleum sacræ unctionis deferat & una sorore crucem portante precedētibus duabus cum cereis ad infirmariam uadat, & totus conuētus eum processionaliter antecedat. Intrans aūt sacerdos infirmariam dicat. Pax huic domui, & cętera fiant sicut notatum est in ordinario, ita tamen ꝙ absterſiones cum stupis fiant uel â Priorissa, uel ab aliqua sorore cui iniunxerit. Cauendum est autem ne de facili multiplicentur ingressus modo causa cōmunionis, modo cā unctionis sine magna cā, sed simul fiat utrunq;. Cum autem simul communicari & inungi aliquam oportuerit soror aliqua Crucem portet, & Frater, & socius sacrā deferāt unctionem, & primo fiat cōmunio deinde unctio & in isto casu semper remaneat conuentus in infirmaria usq; ad completionē officij. Porrò ubi copia ministrorum supradictorum non habetur in promptu, uel propter aliquam necessitatem festinare oportet omissa solennitate prędicta de ministris & apparatu fiat quod faciendum erat sicut fieri poterit bono modo.

¶De Capitulo quotidiano.
Cap. XXXI.

FInitis Matutinis teneatur capitulum uel post primam, uel post tertiam & Missam, si Missa post primam dicatur, aliquando ẽt poterit intermitti (si Priorissę uideatur. Ingresso conuẽtu capitulum Lectrix pronunciet lunam, & quæ de Chalendario pronunciãda sunt) & ebdomadaria prosequatur Preciosa &c. Deinde sororibus residentibus Lectrix pronunciet lectionem de institutionibus vel de Euangelio pro tempore, præmisso iube donne, & ebdomadaria subiungat benedictionem, regularibus disciplinis vel diuinum auxilium pro tempore. Et facta absolutione pro defunctis dicat quæ tenet capitulum, Benedicite, & Responso: Dominus, Inclinent omnes. Deinde recitatis beneficijs & recomendatis recomendandis orationibus, & dicto à Priorissa Retribuere dignare &c. Dictis etiam à conuentu Psalmis. Ad te leuaui, & Deprofundis, Kirieeleison. Pater noster, Subsequentibus etiam tribus Versiculis. Oremus pro domino Papa. Saluos fac seruos tuos, & ancillas tuas. Requiescant in pace, ab ebdomadaria dicendis cum his tribus collectis. Omnipotens sempiterne deus qui facis mirabilia. Prætende. Fidelium deus, resideant sorores. Tunc quæ præest poterit dicere breuiter siquid ad honestatem, & correctionem sororum viderit expedire. Post hæc dicat quæ præest, Faciant venias suas quæ se reas existimãt.

mant. Continuo quæ se reas intellexerint prostratę veniam petant. Deinde auditis primo Nouiciabus, (si in capitulo fuerint audiendæ) & egressis: alię surgentes humiliter confiteantur culpas suas, & quarum culpa talis est quæ digna sit correctione præparent, sed ad correctionem quam tenens capitulum faciat vel illa cui iniunxerit. In capitulo vero sorores nisi duabus de causis non loquantur: scilicet culpam suam vel aliarum dicendo simpliciter, & Prælatis suis tantum ad interrogata respondendo. Vna etiam stante & loquente nulla loquatur. Nulla faciat proclamationem ex sola suspitione. ¶Item nulla accuset de auditu nisi personā á qua audierit dicat. Similiter quęlibet caueat ne malum quod audierit de alia alteri conferat nisi dicat á qua audierit. Auditis culpis dicitur Psalmus. Laudate cum versu Ostende nobis domine. & Domine exaudi. & Collecta Actiones nostras &c. ¶In fine dicat priorissa. Adiutorium nostrum. Et sic soluitur capitulum. Cum non tenetur capitulum de culpis pronuncianda sunt ea quæ sunt de Kalendario, & deinde preciosa siue in choro, siue in capitulo modo supradicto exceptis recitationibus beneficiorum, & orationibus annexis,

De concessione domorum,

Cap. XXXII.


INhibemus sub pœna excommunicationis ne aliqua det operam directę uel indirectę scienter quòd ali-


qua

qua domus sororum construatur, uel constructa ordini fratrum prædicatorum comitatur, nisi prius super hoc haberetur consensus capituli generalis. Eadem districtione ordinamus ne vnquam in aliquo casu domus aliqua recipiatur sub cura ipsius ordinis nisi cũ sufficienti prouisione in bonis temporalibus pro necessitatibus sororum. Nulli etiam libellus iste tradatur ad transcribendum uel uidendum sine licẽtia Magistri ordinis uel Prioris prouinciali.

F I N I S.

¶Expliciunt Constitutiones Sororum ordinis Fratrum prædicatorum.







INCIPIT TRACTATVS DE INITIO, & Fundatione Regulę, seu formæ vel modi viuendi Fratrum, & Sororum de Militia Iesu Christi, de pęniten tia BEATI DOMINICI.



RACTATVM Compilare intendo super informatione, & approbatione Regulæ seu formæ, vel modi viuendi Fratrum, & Sororum de Militia Iesu Christi, de pœnitentia beati Dominici fundatoris Ordinis Prædicatorũ, per diuersos Summos Pontifices approbatum. Maximè per Papam Gregorium IX. Honorium. IIII. Ioannem XXII. Bonifacium. IX, Innocentium, VII. & Eugenium. IIII. sicut habetur diffusè in legẽda Beatæ Catherinæ de Senis cap. 8. quam cõposuit Reuereñ Pater Frater Raymundus de Capua, Sacræ Theologię professor, ac totius Ordinis Prædicatorum Magister generalis. 22. & Magister Thomas de Firmo eiusdem Ordinis Magister generalis. 24. trãstulit in vulgari Regulam de Mililia Iesu Christi, de pœnitẽtia Beati Dominici, ¶ Item inuenitur quidam liber in quo est Regula secundum quam viuebãt tempore Militiæ actualis contra hæreticos, qui liber est in Conuentu Ferrariensi, & Veneto Ordinis Prædicatorum, & est talis.

¶Pateat vniuersis fidelibus qualiter ego Frater Thomas de Senis vna cum Reuereñ Patre & Magistro fratre Bartholomęo de Senis, ambo de Ordine Prædicatorum anno Dñi. 142e. Venetijs existentes, & quantum valuimus diligentius inquirentes de Regula siue statu Fratrum, & Sororum de Militia Iesu Christi, de pœnitentia Beati Dominici, inuenimus quantum ad initium eiusdem Regulæ taliter se habere, sicut patet in legenda Beatæ Catherinæ de Senis supradicta capitulo: 8. vbi sic dicitur. Cunctis volentibus legere notum facio prout legi pariter, & audiui à fide dignis & in diuersis Italiæ partib⁹, gestaq; Beatissimi Patris nostri Sancti Dominici testantur. Ipse gloriosus fidei catholicæ pugil ac Christi athleta Beatus Dominicus sicut totus zelator boni status Ecclesię militantis, quãuis per se ac per suos Fratres tam in Tholosa quàm in Lombardia hęreticos triumphaliter debellasset, ita vt sicut fuit tempore suæ canonizationis coram Summo Pontifice Gregorio. ix. probatum legitime, centũ milia hæreticorum & vltra conuersi fuerunt tantũ in Lombardia, tam doctrina quàm miraculis suis. Nam ita venenosa doctrina hæreticorum infecerat mentes hominum, ꝙ ferè omnia iura Ecclesiarum erant ꝑ laicos occupata, qui ea possidebãt quasi iure hæreditario. Ex quo cogebantur Pontifices mendicare, nec vllam habebant potentiam per quam possent errori resistere, nec etiam clericos aut pauperes valebant secundum sui officij debitum nutriendo iuuare. Vnde in multis partibus etiam Italiæ regnabat ista iniquitas, quod Sãctus Pater Dominicus zelotipa mẽte cernens

nens & sustinere non valens, qui pro se suisq; sequacibus extremam elegerat paupertatem, cepit pro diuitijs recupandis Ecclesiæ decertare. Aduocans igitur aliquos laicos deum timentes, & sibi precipua deuotione affectos & notos, cepit tractare de ordinando quandam sanctam Militiam quæ haberet iura Ecclesiarum recuperare simul & defensare, nec non & resistere fideliter hæreticæ prauitati. Nam illos quos voluntarios reperit sic induxit, q̄ iuramētum præstabāt sibi cuncta quæ dicta sunt facere, iuxta vires. Et propter hoc exponere tam personam quàm illa quæ possidebant. Vt autem â coniugibus in hoc opere sancto impediri non possent, faciebat coniuges seu vxores eorum iurare q̄ viros non impedirent, sed potius iuuarent, & iuxta modū cooperarentur eis in omnib⁹ sibi possibilibus, & sanctus Pater Dominicus promittebat vtriq; parti copule seruāti hoc, vitam ęternam. Vocauit autem eos Fratres de Militia Iesu Christi. Verum vt per aliquod saltem signum secernerentur ab alijs laycis, & aliquid super errogatorij operis adderent vltra consuetudinem aliorum, dedit eis colorem habitus proprij vts̄, tàm viri quâm mulieres quacunq; figura vestium vterentur, album tamen semper portarent & nigrum, ita q̄ vterq; color exterius appareret ad innocentiæ & humilitatis inditium. Insuper assignauit eis quendam tanxatum numerum Dominicæ Orationis, & salutationis Angelicæ, quē ꝑ quali bet hora canonica deberent quotidie orādo perficere, vt â diuino seruitio non vacarent. Postquam Beatus Pater Dominicus, ita bene ordinauit, migrauit ad

dominum. Crebrescentibus eius miraculis Apostolicæ sedis Pōtifex Gregorius, ix. ipsum cathologo sanctorum annotans, honorandum & adorandum exhibuit vniuersis. Fratres hi, & Sorores dicti de Militia Iesu Christi, volentes ordinatori suo iam glorioso singularem reddere gloriam & honorem, decreuerunt post mortem mutare nomen, & vocari Fratres de pœnitētia Beati Dominici. Induxit eos satis ad hęc qa beatissimi Patris meritis atq; miraculis, nec nō & Fratrum suorum laboriosa doctrina iam pestis hæretica penè defecerat, & necessaria non videbatur multum amplius pugna exterior, sed restabat tantum vt per pœnitentiam cum hoste interiori pugnarent. Propter ꝙ etiam nomen pœnitentiæ singulariter elegerunt. Demum crescente quotidie turba prædictorum fidelium inter quos velut Matutinum astrum resplenduit martyr, & virgo Beatus Petrus, qui occisus plures hostium conculcauit quàm viuens, deleta est quasi totaliter turba vulpecularum demoliri cupientium vineam domini Sabaoth, redditaq; fuit pax (faciēte domino) Ecclesiæ sanctæ Dei. Quāobrem causa illius Militiæ cessauit ex toto, ac per consequens & effectus. Verum decedentibus huiusmodi status viris, fœminę remanentes propter religiosam vitā quā cum viris tenuerant, amplius nubere non audebant, sed statū quē seruauerant cōtinuabāt vsq; ad mortē, Hoc cernentes alię non huius instituti viduę quæ decreuerant viduitatem seruare, cęperunt dictas Sorores de pœnitētia Beati Dominici velle sequi, & eorū obseruantiam pro remedio suorum peccatorum imi-

tari

tari. Vnde paulatim creſcentes in diuerſis Italiæ partibus coegerunt Fratres Prędicatores ibidem mo rantes ad informandum eas de modo viuendi, qui á Beato Dominico fuerat inſtitutus. Quia vero modus illè ſcriptus nõ erat, quidam ſanctæ memorię Pater qui totius Ordinis curam gerebat vocatus Frater Munio, natione Hiſpan⁹, modum illum viuendi redegit in ſcriptis, quem hodie habẽt, & vulgariter Regulam vocant, quàmuis Regula propriè dici non debeat, quia nec ſtatus de ſe propriè dicitur regularis, ex quo tria vota in qualibet religione principalia nõ includit. Hæc ibi. ¶Porrò numero & merito prædictorum Fratrum Sororumq; ſtatu creſçente, fœlicis memoriè D. Gregorius Papa nonus in priuilegio q̃d incipit. Egrediens hæreticorum &c. Fratribus Militiæ Ieſu Chriſti directo. Perſonas & bona Fratrũ de Militia prædicta ſub ſedis Apoſtolicę protectione ſuſcepit, prohibens nihilominus ne quis ex ipſis capere, rapinis, & iniuſtis collectis & exactionibus fatigare, vel ad aliqua illicita iuramẽta aut iniuſta prælia cogere, aut aliàs iniuſtè moleſtare præſumat. Inſuper omnibus in vera pœnitentia perſiſtentibus qui mortis periculum pro fide catholica ſubierint, peccatorũ omnium indulgentiam elargitur. ¶Similiter D. Honorius Papa quartus ſentiens odorem bonæ famæ ipſarum, conceſſit eis per bullam ꝙ tempore interdicti poſſent in Eccleſijs Fratrum prædicatorum audire diuina, vt patet in eius priuilegio quod incipit. Cõgruum exiſtimantes &c. ¶Inſuper. D. Ioannes, xxij. Papa, poſtquàm promulgauerat Clementinam quæ Beghi-

nas pariter,& Begardos excommunicatos declarauerat,per bullam suam,quæ incipit. Cum de mulieribus,illam decretalē de Sororibus de pœnitentia Beati Dominici per Italiam constitutis non debere intelligi declarauit,nec per ipsam statui earum fuisse quomodolibet derogatū. Præterea. D.Bonifatius in sua obedientia Papa nonus nuncupatus, per priuilegium quod incipit. Humilibus & honestis &c. Fratribus & Sororibus de pœnitentia Beati Dominici directū. concedit ꝙ pœnitentiam salutarem & Sacramentum Eucharistiæ à Fratribus Ordinis Prędicatorum,nisi in Festo Resurrectionis,suscipere valeant. Idem quoq; in alio priuilegio quod Mare magnum Bonifatij appellatur,& incipit Sacræ Religionis &c. Quod tempore generalis interdicti diuinis interesse & Ecclesiastica possint recipere Sacramenta ab ipsis Fratrib⁹ humaniter concessit. ¶Item.D.Innocentius in sua obedientia Papa Septimus nominatus,prædictorum Fratrum & Sororum Regulam siue viuendi modum apostolica authoritate confirmauit, in bulla quæ incipit Sedis Apostolicæ &c. ¶Domin⁹ quoq; Eugenius Papa Quartus præfatam Regulam siue modum viuendi vna cum prædicti Innocentij confirmatione similiter approbauit vt in eius bulla patet,quæ incipit. Prouisionis nostrę &c. ¶Cæterum,D.Sixtus Papa Quartus in priuilegio quòd Mare magnum appellatur concedit dictis Fratribus & Sororibus de pœnitentia Beati Dominici,ꝙ non solum in Ecclesijs Fratrum Ordinis Prædicatorum,sed etiam vbicunq; possunt Fratres celebrare,possunt diuina audire; Non solum ipsi & ip-

se,sed

se, sed etiam eorum procuratores, & eorum negotia gerentes, vtriusq; sexus. ¶Item in priuilegio qđ bulla aurea nominatur, idē Pontifex concedit ꝙ loca monasteria Priorissæ, & procuratores Fratrum & Sororū gaudeant eisdem priuilegijs quib⁹ & Fratres Ordinis Prædicatorum. Idem quoq; Pontifex ad requisitionē Reuerēdissimi Magistri Leonardi de Perusio olim totius Ordinis Prædicatorum generalis Magistri, per bullam quæ incipit Sacrosancta &c. Sub excommunicationis pœna inhibuit omnibus communitatibus & Potestatibus, Ciuitatum, & quibuscunq; officialibus sæcularibus locorum, ne præsumant aliqua grauamina libertati Ecclesiasticæ contraria Fratribus & Sororibus de pœnitentia Beati Dominici continentibus, & coniugatis, secundum Regulam & instituta regularia ordinis viuentibus (si tamen propter hanc libertatem obtinendam habitum non susceperint). Bulla plumbea est Bononiæ. ¶Præterea. D. Alexander papa Sextus ad requisitionem. Reuerendi patris Fratris Sebastiani de Brixia congregationis Lombardię generalis Vicarij, per Breue Apostolicum quod incipit Cōsiderantes vberes &c. concedit ꝙ Fratres & Sorores de pœnitentia beati Dominici omni tempore possūt recipere Ecclesiastica Sacramenta, & etiā in Festo Resurrectionis, & in mortis articulo, cuiusuis licentia super hoc minime requisita, sed tantum Prioris domus & Vicarij generalis congregationis Lombardiæ Ordinis prædicatorum. Omnia suprascripta priuilegia habentur authentica, in libro priuilegiorum ordinis impresso Romę. 1555. ¶Insuper varij & diuersi Ecclesia-

rum prælati vcz Cardinales, Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi prædicto Ordini, & Fratribus & Sororibus præfatis varias indulgentias conceſſere quæ omnia enarrare longum eſſet. ¶Hic igitur eſt Ordo à Beatiſſimo Dominico inſtitutus, de quo prodijt & ſi non tempore, dignitate tamen primaria, glorioſa & Beata Catherina de Senis Ieſu Chriſti ſponſa dilectiſſima, cuius geſta miranda Reuerendiſſimus pater Frater Raymundus de Capua olim totius prędicatorum Ordinis generalis Magiſter, eiuſq; confeſſor conſcripſit. Quam. D. papa Pius Secundus in die Apoſtolorũ Petri & Pauli cathalogo ſanctorum aſcripſit eiuſq; Feſtum prima Dominica Maij celebrari inſtituit cuius Bulla plumbea in conuentu ſancti Dominici de Brixia conſeruatur. Floruerunt inſuper in dicto ordine aliæ innumerabiles Sorores magnę perfectionis & Sãctitatis, vcz. Beata Angela de Sancto Seuerino. Beata Anna dſ Camerino, Beata Daniela de Beneuento, Beata Margarita de Ciuitate Caſtelli q̃ virginitatem vſq; ad mortem conſeruans, multis claruit miraculis, Beata Ioanna de Vrbe veteri ornatiſſima virgo & miraculis clara. Beata Helena de Piſis, Beata Maria de Venetijs, quæ pluribus virtutibus ornata extitit, de qua legenda compilata fuit. Beata Margarita ſoror Ducis Sabaudię vxor quondam Marchionis Montisferrati, quæ in conuentu ſanctæ Mariæ Magdalenæ de Alba, Ordinis prędicatorum ſepulta iacet. Beata Sibillina de Papia cuius corpus etiam integrum cõſpicitur in conuentu ſancti Thomæ Papiæ Ordinis prædicatorũ. Fuerunt, & alię innumerales q̃ enarrare lõgum foret.

Existunt etiam in prȩsentiarnm multæ aliæ magnæ Sanctitatis & perfectionis mulieres in diuersis Italiæ partiqus, Hæc omnia scripta sunt vt oībus pateat quantum deus gloriosus hunc ordinem clarum venerandumq; fidelibus esse voluerit. Qui est benedictus in sęcula. Amen.

IN CIPIT COPIA CONFIRMATIONIS Regulæ Fratrum & Sororum Ordinis de pœnitentia Beati Dominici fundatoris Ordinis Prædicatorum per D.Innocētium papam Septimum,&.D.Eugenium papam Qnartum con firmatę.



VGENIVS Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuā rei memoriā, Promissionis nostrę dębet ꝑuenire subsidio,vt ius suum cuilibet conseruet. Hinc est ꝙ nos tenorem quarūdam literarum Innocentij in sua obędientia (de qua partes infrascriptæ tūc ęrant)septimi nuncupati in ipsiꝰ regestro repertum pro eo ꝙ sicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Fratrū ac dilectarum filiarum Sororum Ordinis Fratrum ꝑdicatorum dę pœnitentia Sancti Dominici nuncupatorum in Ciuitate nostra Eugubina degētium petitio continebat,ipsi huiusmodi tenore ex certis causis se asserūt indigere,de regestro ipso dę verbo ad verbū transcribi,& ad Fratrū & Sororū ꝑdictorum instantiam petentibus annotari fecimus,quæ talis est.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Sedis Apostolicæ prouidentia circũspecta personas sub regulari obseruantia vacantes assidue studio piæ vitæ benigno fauore prosequitur, & ea quæ pro earum statu salubriter dirigendo prouide ordinata sunt vt illibata persistant, Apostolico consueuit munimine roborare. Sanè petitio pro parte dilectorum filiorum Fratrum, & dilectarum in Christo filiarum Sororum Ordinis prædicatorum, qui quidẽ Fratres & sorores de pœnitentia sancti Dominici nuncupantur, nobis nuper exhibita continebat. quod ipsi quandam Regulam siuè religiosè viuendi formam in qua nonnulla honesta & rationabilia ac regulari disciplinę congruentia statuta, & ordinatã fore noscuntur, hactenus laudabiliter obseruarunt, prout obseruant, quòdq; licet ordo ac Fratres huiusmodi & sorores varijs per sedem Apostolicam sint priuilegijs communiti, tamen pro solidiori eorum subsistentia, & vt clementia altissimi operãte de virtute in virtutem gradientes deuotiorem reddere valeant domino famulatum, desiderant huiusmodi Regulam seu viuendi formam per sedem eandem approbari. Quare pro parte Fratrũ & Sororum eorundem nobis fuit humiliter supplicatum, vt Regulæ siue viuendi formæ huiusmodi robur Apostolicæ confirmationis adijcere, illãq; per ipsos Fratres ac Sorores præsentes & posteros imperpetuũ obseruari mandare de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur qui super præmissis omnibus & singulis venerabilis Fratris nostri Angeli Episcopi Hostiẽsis (cui exa

minationẽ

minationem eorundem commisimus per ipsum faciendam,& quòd ea quæ per illã reperiret nobis referre curaret)relatione plenaria, & fideli fuimus clarius informati,huiusmodi supplicationibus inclinati,regulam siue viuendi formam quam per singula eius capitula clare & distinctè de verbo ad verbum præsentib⁹ fecimus annotari,nec non statuta & ordinationes ꝑdictas rata habentes & grata, illa,auctoritate Apostolica ex certa scientia confirmamus,& præsentis scripti patrocinio communimus, & nihilomin⁹ Regulam siue viuendi formam eandem per ipsos Fratres & Sorores præsentes & posteros volumus & mãdamus ꝑpetuis temporibus inuiolabiliter obseruari. Tenor vero regulę siue viuendi formę huiusmodi sequitur & est talis.

DE RECIPIENDIS ET EORVM CONDITIONE.

Cap. I.



N primis vt hic ordo continuum, & ꝑpetuum de bono in melius recipere valeat incrementum,quod ex receptione personarum bene dispositarum plurimum noscitur dependere,volumus, et ordinamus ꝙ nullus recipiatur ad ordinem huius fraternitatis,nisi per Magistrum siue directorem, et per priorem dictæ Fraternitatis vel de ipsorum licentia ac etiam de assensu maioris partis Fratrum professorum

Fraternitatis

Fraternitatis eiusdem, illius loci, præmissa tamen diligẽti examinatione sit honestę vitę & bonę famę ac de hæresi nullatenus sit suspectus, quinimo tanquàm sancti Dominici singularis in domino filius, sit veritatis catholicę fidei iuxta suum modulum æmulator, ac zelator pręcipuus, qui etiam antequàm habitum huius religionis recipiat de alienis siqua habuerit satisfaciat ad plenum, & proximis reconciliari, necnon paratum siue conditum suum testamentum tenere studeat, iuxta consilium & ordinationem cõfessoris discreti. Et eadem examinatio fiat de mulieribus ingressum huius ordinis petentibus. Habentibus tñ viros non pateat ingressus ad consortium dictæ Fraternitatis, nisi de virorum suorum licẽtia & cõsensu, de quo consensu fiat publicum instrumẽtum. Idem quo ad hoc seruari volentes in viris vxores habentibus, nisi obstaret in ipsis vel altero ipsorum causa quæ legitima iudicaretur consilio discretorum,

¶De habitu Fratrum & Sororum.

Cap. II.

OMnes autem tam Fratres quàm Sorores dictę Fraternitatis induantur panno albo & nigro, q̃ui nec in colore, nec in valore nimiam preciositatem pretẽdat, sicut decet honestatem seruorum Christi. Mantellum sit de nigro, & Fratrum capucia similiter sint de nigro, tunicę vero de albo, quarum manicę protendãtur vsq; ad pugnum, & sint clausę. Corrigias de corio tantum habeant, quibus Sorores cingãtur sub tunica. In bursis & calciamentis & cæteris oẽm mundanam resecent vanitatem, Vela vero Sororum & bin

de sint

dæ ſint alba de panno lineo vel canabino.

¶De Benedictione veſtium ſiue habitus,& de modo recipiendi ad hunc ordinem. Cap. III.

R
Ecipiatur autem recipiendus in loco capituli fraternitatis vel ante altare Eccleſiæ Fratrum Ordinis prædicatorum illius loci,& à Magiſtro ſiue directore ſupradicto,vel eius Vicario. Qui Magiſter aſsiſtente induendo & petēte humiliter flexis genibus recipi præſentibus aliquibus alijs Fratribus prædicatoribus,& priore Fraternitatis vel eius vices gerēte cū alijs de Fraternitate. benedicet primo habitum eius qui debet recipi hoc modo vcz. Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam. Dominus vobiſcum. Oremus. Domine Ieſu Chriſte, qui tegimen noſtræ mortalitatis induere dignatus es &c. Poſtea vero tali habitu benedicto,& per receptum ſeorſum induto atq; ad gradum altaris reuerſo,& ante Magiſtrum genuflexo dicet Magiſter. Veni Creator ſpiritus, Et Fratres qui ei aſſiſtunt ipſum proſequantur vſq; ad finem. Deinde dicatur Kyrieeley.Chriſteeley.Kyrieelei. Pater noſter.&c. Emitte ſpiritum tuum &c. Saluum fac ſeruum tuum &c. Dominus vobiſcum. Oremus. Deus qui corda &c. & Prætende Dñe &c. Et reſponſo amen, Aſpergatur ſic indutus à Magiſtro aqua benedicta. Omnes Fratres Fraternitatis ipſum recipiant ad oſculum pacis,& eodem modo ante Altare recipiantur mulieres.quemadmodum eſt de Fratribus ſupradictum.

¶De

¶De professione seu modo profitendi. Cap. IIII.

COmpleto ãno vel ante si Magistro & priori supra dictis vel cui commiserint, & etiam maiori parti Fratrum professorũ Fraternitatis visus fuerit idone⁹ ad professionem recipiatur. Profitebiturq; hoc modo vcz. Ad honorem Dei omnipotentis patris & filij & spiritus sancti, & Beatæ Mariæ virginis, & Beati Dominici. Ego. N. corã vobis.N.Magistro & priore Ordinis de pœnitẽtia Beati Dominici talis loci ꝓfiteor me velle de cætero viuere secũdum Regulam & formam Fratrum & Sororum eiusdem Ordinis de pœnitentia Beati Dominici vsq; ad mortem. Mulieres vero eodem modo profiteantur coram Magistro supradicto, et priorissa vel cui ipsi commiserint.

¶De permanentia in hoc statu. Cap. V,

STatuimus autem vt nullus Frater, nec Soror huius Fraternitatis, et Ordinis post talem supradictam ꝓfessiónem de hoc Ordine egredi valeat, nec eisdẽ ad sęculum reuerti liceat, sed bene possint libere transire ad vnã de approbatis religionibus tria vota solemnia profitentibus.

¶De horis Canonicis dicendis. Cap. VI.

FRatres et Sorores dicant quotidie omnes horas canonicas nisi infirmitate impediantur. Pro Matutinis dicant viginti octo pater noster, ꝓ vespis quatuordecim ꝓ qualibet aliarum horarnm septem. Ad honorẽ vero Beatæ Marię semꝑ virginis, ꝓ qualibet hora supius nominata: tot Aue Maria quot pr̃ nr̃ dicere teneant. Pro benedictione autem mense dicãt

vnum

vnum pr̃ nr̃. Cum vero ſurgunt â menſa dicant ſimiliter vnum pr̃ nr̃, ꝓ gr̃arum actione vel pſalmum Miſerere mei deus vel pſalmum Laudate,q ſciunt. Omnes etiam q ſciũt ſimbolum apoſtolorum vcz Credo in deum,dicant illud ſemel in principio Matutinarũ, et etiam ante primam,et quando Completorium fuerit terminatum. Qui autem ſciunt et dicunt horas canonicas quemadmodũ faciunt clerici prædicta Pater noſter et Aue Maria dicere minime teneãtur.

[De ſurgendo ad Matutinas. Cap. VII.

AD Matutinas Dominicis diebus et feſtiuis â feſto omnium Sãctorum vſq: ad feſtum Reſurrectionis Dñicæ omnes ſurgant. In Aduentu et quadrageſima ſurgant etiã omni nocte. Qui vero occupantur quotidiano opere manuali horas ſuas dicere poterunt de mane vſq; ad veſperas excluſiue. De ſero vero veſperas et Completorium ſimul dicant.

[De Confeſſione, et Communione. Cap. VIII.

OMnes quater in anno ad minus vcz in feſto Natiuitatis Dñi,Reſurrectionis ipſius,Penthecoſtes,et in feſto Aſſumptionis,aut Natiuitatis Beatę Virginis peccata ſua confiteãtur diligenter,et Euchariſtiæ deuotę ſtudeant recipere Sacramẽtum,niſi forſan ex aliqua cã rõnabili alicui ex ipſis eſſet â ſuis confeſſorib⁹ interdictum. Qui autem ex deuotione ſua ſępius voluerint communicare infra annum,petita â ſuo pręlato licentia et obtenta,deuotionem ſuam cum Dei benedictione poterunt executioni mandare.

[De ſilẽ-

[De silentio in Ecclesia obseruando Cap. IX.

IN Ecclesia dum celebrantur Missę vel cantatur diuinum officium seu actualiter ibidem proponitur verbum Dei, omnes silentium seruare studeant & orationi ac diuino officio diligenter intendãt, nisi ex aliqua speciali & occurrente necessitate aliquid silenter loquantur.

[De Reuerentia exhibenda Ecclesiarum prelatis & Ecclesijs eorundem. Cap. X.

FRatres & sorores ecclesias quarũ parrochiani & parrochianæ existũt, iuxta canonicas sanctiones & bonos mores & cũ oĩ deuotione studeãt visitare, & Ecclesiarũ suarũ platos vcz episcopos & inferiores, summe reuereantur: ipsorumq; iura absq; omni diminutione & fideliter eis soluant. Et hoc tam in decimis quàm in oblationibus, aliâs quomodolibet cõsuetis.

[De ieiunijs. Cap. XI.

A Dominica prima Aduentus vsq; ad Natiuitatem Domini quotidie tam Fratres quàm Sorores ieiunent. Et similiter á Dominica in Quinquagesima vsque ad Pascha Resurrectionis Dñi idem obseruent. Ferias autem sextas ieiunabunt omni tempore, & ieiunia omnia ab Ecclesia instituta. Qui autem voluerint amplius ieiunare seu austeritates alias facere, poterunt habita licentia á prælato suo, vel de cõsilio cõfessoris discreti.

[De Cibo. Cap. XII.

FRatres & Sorores huius Fraternitatis vti poterũt

carnibus diebus Dominicis tertia & quinta feria, cæteris vero diebus abstineãt nisi sint infirmi aut multũ debiles vel minuti, vel nisi pręcipuum festum fuerit illa die, aut quia essent in itinere constituti.

¶De Discursu Fratrum & Sororum.
Cap. XIII.

VAgos curiososq; discursus per Ciuitatem non faciãt. Sorores vero solę ñ discurrãt maximè iuniores. Ad nuptias, & choreas siue ad dissoluta, & mũdana cõuiuia, siue ad vana spectacula nullo mõ accedãt, De Ciuitate vero seu Castro vbi habitant non exeant etiam causa peregrinationis, absq; licentia speciali prælati vel Magistri Fraternitatis iam dictę.

¶De Armis à Fratribus non ferendis.
Cap. XIIII.

INuasionis seu impugnationis arma secum Fratres nõ deferãt, nisi ꝓpter defensionẽ fidei Chrianæ? aut alia rõnabili cã & de suorum prælatorum licentia.

¶De infirmis visitandis & procurandis. Cap. XV

DEputentur per Priorem duo ex Fratribus qui cũ quẽpiam ex eisdẽ nouerint ĩfirmari ipsum quâm citius charitatiuè potuerũt, studeãt visitare, & statim à principio ad recipiendam pœnitẽtiam, & alia Ecclesiastica Sacramenta eundem efficaciter adhortentur, & si necessę fuerit ministerium corporale (prout commodè poterunt) eidem studeant adhibere. Si vero fuerit pauper, necessaria dę bonis ꝓprijs vel communibus (prout facultas permiserit) sibi ministrare ꝓcurent. Et idem faciant sorores circa sorores suas infirmas

D

¶De obitu Fratrum & Sororum, & suffragijs eorum. Cap. XVI.

QVando continget aliquem ex Fratribus ex hac luce migrare, cæteris cõfratribus qui sunt in eadem ciuitate vel castro nuncietur, vt procurẽt defuncti exequijs personaliter interesse, â quibus non recedant donec corpus fuerit traditum sepulturę. Hoc idem circa sorores decedentes volumus obseruari. Pręterea infra octo dies post ipsius defuncti sepulturam immediate sequentes quilibet Frater & soror dicat pro anima eius sacerdos vnam missam, Sciens vero psalterium, psalmos quinquaginta. Illiterati vero centum Pater nr̃ dicant, addendo in fine cuiuslibet Requiem ęternam &c. Et præter hęc quilibet infra annum pro animabus Fratrum & sororum tam viuorũ quâm defunctorum tres Missas faciant celebrare, qui vero sciunt psalterium, illud dicant. Et cæteri q̱ngenta Pater noster dicere teneantur.

¶De institutione Prioris, & Priorissę. Cap. XVII.

PRiore Fraternitatis mortuo vel amoto, Magister siue director Fraternitatis cum consilio antiquorum de Fraternitate instituat Priorem. Singulis aũt annis infra octauas Paschæ vel alio tempore, supradictus Magister habeat consilium cum antiquorib⁹ de Fraternitate super amotione vel confirmatione Prioris, & sic Priorem confirmare vel amouere poterit, secundum ꝙ ipse cum præfatis iudicauerit expedire. Consimiliter etiam de cõsilio dicti Magistri & aliquorum de Fraternitate magis ãtiquorum poterit Prior

Fraternitatis

Fraternitatis ordinare de ſuppriore vel Vicario Fraternitatis,& etiam poſtmodum confirmare vel amouere,ſecundum ꝙ eiſdem viſum fuerit expedire.Qui ſupprior vel Vicarius tãtam poteſtatem habeat quantam Prior ſibi concedet. Et hęc eadem forma in inſtitutione prioriſſę,& ſupprioriſſę ſimili mõ obſeruet̃.

¶De officio Prioris,& Prioriſſę.

Cap. XVIII.

PRioris officium erit cum omni diligentia ſeruare in ſe quæ in Regula ſcripta ſunt, & ſolicitam dare operam vt ab alijs confratribus obſeruẽtur. Si quos vero viderit tranſgredientes aut etiam negligentes, charitatiuè corripiat & emẽdet. Vel ſi magis ſibi videtur expediens, Fraternitatis Magiſtro & directori vt corrigat,poterit intimare. Prioriſſę etiam erit officium ſolicitè Eccleſiam viſitare,cæteras etiam ſorores excitare ad obſeruantiam regularem, diligenter etiam per ſeipſam & alias quibus imponet obſeruare,quod in inceſſu,ſtatu,habitu,nihil per aliquam cõſororem fiat,quod cuiuſquam merito turbare poſſit aſpectum. Pręcipuè autem attendat, ne ſorores cũ quocũq; viro cuiuſcunq; conditionis exiſtat,familiaritatem cõtrahant,maximè iuniores, niſi forſan talis vir ſorori illi attineat infra tertium conſanguinitatis gradum ad longius, & cum hoc exiſtens bonæ vitæ, & famæ.

¶De Correctione Fratrum & Sororum.

Cap. XIX.

SI quis notatus fuerit de aliqua familiaritate ſuſpecta,& ter admonitus per prælatum,ſe non emenda

uerit excludatur ad tempus â capitulo,& à consortio cęterorum cõfratrum. Quòd si nec sic se correxerit tunc de fratrum consilio discretorum de ipsorum pe nitus cõsortio publicè excludatur,nec admittatur de cætero nisi confratribus omnibus videatur esse correctus. ¶Item si quis confratri vel alteri cuicũq; opprobrium dixerit quod sonare infamiã videatur, aut ex ira quemquám pręcusserit, vel ad locum prohibitum ire præsumpserit, seu in obedientiam quãcunq; commiserit,aut etiam prælato mendacium ex indũstria dixisse deprehensus fuerit, abstinétia panis & aq̃ vel exclusione â capitulo,aut etiam á consortio aliorum Fratrum plus vel minus secundum cõditionem personæ,& exigentiam delicti,grauius vel leuius corrigatur. ¶Item si quis crimen mortale commiserit, talis de consilio maioris partis fratrum professorum Fraternitatis illius loci secundum exigętiam culpæ, & cõditionem personæ, grauius vel leuius puniatur, sic tamen quod sit cæteris in exemplum. Quam punitionem si ferre recusauerit, de cõsilio discretorum de isto Ordine expellatur. Circa sororũ vero correctionem illud idem volumus per omnia obseruari.

¶De Congregatione Fratrum & Sororũ & institutione Magistri siue directoris eorũdé.

Cap. XX.

IN quolibet autem mensę semel certa die & hora ꝑ supradictum Magistrum vel eius Vicarium deputandis ad Ecclesiam Fratrum prædicatorum conueniant Fratres omnes Ordinis Fraternitatis,Dei verbum & etiam Missam si hora competens fuerit pariter audituri.

turi. Et tunc per ipsum Magistrũ ipsis legatur Regula ista, & exponatur. Et tunc de agẽdis Fratres informet, & negligentes corrigat, & emendet, prout secundum deum & istam Regulam seu viuendi formulam viderit expedire. In cuiuslibet etiam mẽsis prima sexta feria, sorores ad Ecclesiam Fratrum prædicatorum conueniant, similiter Dei verbum & Missam communiter audituræ, quibus etiã legatur Regula ista & exponatur, de suisq; excessibus corrigantur per Magistrum deputatum eisdem. Volum⁹ autem ꝙ in qualibet ciuitate & castro vbi fuerint Fratres & sorores hmõi, habeãt in Magistrum & directorem aliquẽ idoneum Fratrem sacerdotem de Ordine prædicatorum quem postulauerint á Generali Magistro vel prouinciali illius prouinciæ dicti Ordinis prædicatorum, aut quem ipsi generalis Magister seu prouincialis per se vel alium eisdem concedere & assignare decreuerit. Volentes insuper & statuentes vniuersos Fratres & sorores hmõi de pœnitentia beati Dominici vbicũq; existant directioni & correctioni ipsius generalis Magistri ordinis, ãndicti, & Prioris ꝓuincialis illi⁹ ꝓuinciẹ eiusdẽ ordinis, ꝓ eorũdẽ ampliori cõseruatione, & promotione totaliter subiacere, quantũ ad illa vez quæ eorundem viuendi modum & formulam cõcernere dignoscuntur.

¶De dispensatione facienda rationabili causa concurrente. Cap. XXI.

PRior Fraternitatis cum Fratribus suis, & Priorissa cum suis sororib⁹, Magister autem & director eis deputatus cum vtrisq; in abstinentijs, ieiunijs, & au-

steritatibus alijs,in supradictis capitulis contentis, ex causa legitima & rationabili,cũ expedire viderint, poterunt dispensare.

¶De obligatione huius Regulæ & viuendi Formulæ, Cap. XXII.

DEmum quemadmodum in constitutionibus Ordinis Fratrum prædicatorum continetur,ita volumus & ordinamus quod in ista Regula seu viuendi formula habeatur. Videlicet quòd pręter diuina & Ecclesiæ præcepta atq; statuta in ea contenta, in reliquis huiusmodi Regulæ constitutionibus siue ordinationibus,Fratres & sorores ad culpam nullaten⁹ obligentur,sed solum ad pœnam. Quæ cum á prælato vel Magistro continget ex quauis transgressione imponi,per transgressorem humiliter & promptè suscipiatur,& similiter opere perficiatur, cooperante gratia Domini & Redéptoris nostri Iesu Christi, Qui cũ patre & spiritu sancto viuit & regnat deus per omnia sæcula sęculorum Amen.

¶Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis,communitionis,voluntatis,& mandati infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit,indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum,vj.Kalen.Iulij Pontificatus nostri Anno primo.

¶Cęterum ut earũdem literarum tenor prædictus sic insertus omnimodam rei seu facti certitudinem faciat,Apostolica auctoritate decernimus, vt illud idem

robur

robur eāq; vim eundemq; vigorem dictus tenor per omnia habeat, quæ haberent originales literæ supradictæ, & eadem prorsus eidem tenori fides adhibeatur quocūq; vel vbicunq; siue in iudicio, siue alibi vbi fuerit exhibit⁹ vel ostensus, & stetur firmiter in omnib⁹ sicut eisdem originalibus literis staretur si forent exhibitę vel ostensę. Per hoc autem nullum ius cuiquā de nouo acquiri volumus, sed antiquum tantummodo conseruari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis & voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit in cursurum, Datum Florentiæ Anno incarnationis Dominicæ. 1489. pridie idus Maij Pontificatus nostri Anno Nono.

¶De modo & ordine recipiendi Fratres & sorores de pœnitentia Beati Dominici ad habitum prædicti Ordinis qui communiter obseruatur, rubrica.

¶Est sciendum ꝙ postquâm homo recipiendus, fuerit diligenter examinatus ab ipsis Fratribus de pœnitentia Beati Dominici professis, & â Magistro ipsorū receptus & acceptatus, secundum ꝙ in Regula & in expositione eiusdem quantum ad Fratres apparet. Tūc siue in die capituli ordinarij quod fit quolibet mense semel, siue in alia die ad hoc per ipsum Magistrum instituta, congregatis Fratribus alijs de ordine prædicatorum cum ipso Magistro seu directore ac alijs q̄buscunq; honestis viris adesse volentibus apud Ecclesiā Fratrum prædicatorum & ante altare cōstitutis, siue

de manę, siue alia decenti hora, secundum quod opportunitas ipsa reqret. Idem Magister prædictus vel alter Pater sui Ordinis cui ipse commiserit, locabitur añ altaris mediũ, cum facit versa ad Fratres, & personas alias circunstantes, & habitu illius q debet indui super dextru altaris posito, & duobus etiam cereis accensis super altare positis, & ipse induẽdus venire debet ad gradus altaris, ante prę sentiam dicti Magistri, & cũ sic venerit debet genuflecterere, & magistro interrogante qd petis debet manibus cancellatis deuotè & humiliter respõdere. Misericordiam Dei & vestram, siue in latino, siue in vulgari sermone. Ipse vero Magister illud quod pro tunc dicendum iudicauerit dicet. Et vbi induendus sumpto habitu debeat ĩmediate aut modicum post ꝓfiteri ꝓut in quarto capitulo supradictæ Regulæ & expositione ipsiꝰ quo ad Fratres apparet, benedicet habitum induendi secundum quod habetur in tertio capitulo Regulæ, supradictæ dicendo in bona voce vcz. vers. Ostende nobis Dñe misericordiam tuam. Respons. Et salutare tuũ da nobis. Et Magister. Dñs vobiscum. Respons. Et cum spiritu tuo. Et Magister Oremus Oratio. Dñe Iesu Christe q tegimẽ nostræ mortalitatis induere dignatus es, obsecramus immensę largitatis tuę abundantiam, vt hoc genus vestimentorum quod sancti Patres ad Innocentię, & sanctitatis inditium ferre sanxerũt. ita benedicere ✠ digneris vt q hoc vsus fuerit te induere mereatur Christum dñm nostrum. Am. Quo facto Magister aspergat habitum, & etiã ipsum induere debentem habitum, aqua benedicta. Et sic

induendus illum deuotè ſuſcipiens depoſitis ſęcularibus veſtibus,à magiſtro ipſo habitu induetur. Et dum Magiſter eundem ſic ſtãtem ante ſe genibus flexis induit mittẽdo ei clamidem nigram ſiue induendo ipſum clamide nigra,dicet Veni Creator Spiritus. Et Fratres aſſiſtentes,& alij clerici ſiqui adeſſent,vertendo ſe verſus altare proſequentes hymnum dicent in bona voce hymnum Veni Creator Spiritus. Et cõſimiliter Magiſter cum receptum induerit vertet ſe ad Altare genufle&tendo, proſequendo,atque dicendo cum eis,mentes tuorum viſita, imple ſuperna gratia,quæ tu creaſti pectora. Quo primo verſu dicto ſurgere debent omnes & Magiſter debet ſtare & vertere ſe ad circunſtantes, alij vero contra ſe inuicem, & ſic dictum hymnum pariter complere debent. Quo finito,Magiſter dicet Chyrieel. Chriſteel. Chyrieel. Pater noſter, cum Fratribus voce ſubmiſſa. Et cõſequenter in bona voce ſicut ſupra dicet. Et ne nos inducas intemptationem. Et Frater ſiue Fratres & ſi qui clerici fuerint aſſiſtentes reſpondebunt. Sed libera nos à malo. Et Magiſter Verſ. Emitte ſpiritum tuum & creabuntur. Reſp. Et renouabis faciẽ terræ. Verſ. Saluum fac ſeruum tuum. Reſp. Deus meus ſperantem in te. Verſ. Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo, Oremus. Deus qui corda fidelium, Sancti Spiritus illuſtratione docuiſti da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere & de eius ſemper conſolatione gaudere. Oratio. Prætendę Domine famulo tuo dexteram cęleſtis auxilij,vt te toto corde perquirat & quæ dignę poſtulat aſſequatur,Per Chriſtum

dominum nostrum Amen. Deinde Magister aspergat fratrem nouiter indutum aqua benedicta. Qui tamen Magister in casu quo plures essent induendi, debet in supradictis orationibus & locutionib⁹ semper vti numero plurali,& non singulari. Deinde vbi videatur Magistro & Fratribus ꝙ frater indutus tunc ad professionem recipiatur,poterit tunc profiteri,secundum quod in quarto capitulo Regulæ, & in expositione eiusdem quantum ad fratres pertinet continetur, hoc modo. Quod Magistro porrigente manus suas profiteri volenti,& ipso profitente,mittente manus suas in manibus Magistri,ad maiorem suę professionis firmitatem,dicat tunc in bona voce intelligibili & expressa. Ad honorem Dei omnipotentis,Patris & filij & spiritussancti, & beatissimæ Virginis Mariæ, & beati Dominici, Ego Frater. N. coram vobis. Fratre. N. Magistro, & coram vobis Priore aut Supriore seu Vicario fratrum Ordinis de pęnitentia sancti Dominici talis loci, facio professionem,& ꝓmitto me velle viuere de cętero secundum formam, & Regulam eiusdem Ordinis de Pœnitentia beati Dominici, vsq; ad mortē.

Vel potius fiat in vulgari pro maiori euidentia.



INCIPIT LIBER DE INSTRVCTIONE Officialium Ordinis Fratrum Prædicatorum, Reuer.P. Fratris Vmberti Mag.Ordinis Fratrum Prædicatorum.

PROLOGVS.



ELIGIONES approbatę.ſicut in conſtitutionibus fere omnium Religionum diligēter perlectis vidimus, diſtinxerūt antiquitus officia,tradentes inſcriptis quid cuilibet competeret officiali.vt dum hęc ſciret ꝗlibet, nullus alterius occuparet officium,nec ſuum negligeret. Et ſic ordinatius & completius fierent vniuerſa. Porrò in ordine noſtro ſunt officiales quidam qui habent ordinariè curas pertinentes ad animas, differentes ſecundum plus & minus,vt Magiſter Ordinis,Prior prouincialis,& Prior conuentualis. Alij ſunt ꝗ habent hmōi curam ex commiſſione.vt Supprior. Magiſter nouitiorum,Magiſter conuerſorum,& Corrector familiæ. Et horum quatuor primus habet vniuerſalem in conuentu,alij vero particularem circa determinatas perſonas. Alij ſunt circa cultum diuinum vt cantor,ſuccentor,ſacriſta. Alij circa ſtudium vt lector,Magiſter ſtudentium,librarius,procurator librorum,& ſcriptorum. Alij ſunt circa cuſtodiam diuerſarum rerum quę indigent cuſtodia,vt examinatores recipiendorum,circa cuſtodiā ingreſſus, circator circa cuſtodiam religionis,cuſtos dormitorij circa dor-

mitoriū

mitorium,& portarius circa portam,depoſitarius circa res depoſitas. Alij circa varias neceſſitates fratrū Et horum quidam ſunt generales vt procurator,conſiliarij, eleemoſynarius,qdam particulares,& horum quidam ſunt circa neceſſitates quotidianas, vt circa conuentū refectorarius. ſeruitor menſę.lector in mēſa,& corrector in menſa. Quorum primi deſeruiunt neceſſitatibus corporalibus,alij duo ſpiritualibus,& circa infirmos,infirmarius,& infirmorum cuſtos, & circa hoſpites,receptor hoſpitum,& his omnibus ſcz conuentui,infirmis,& hoſpitibus,deſeruiens coquinarius,& cuſtos cellarij. Alij circa indumenta vt veſtiarius,ſartor ſutor. Alij circa opera vt præfectus operum. Alij circa culturam horti,vt hortulanus. Sunt igitur in vniuerſo,quadraginta ſeptem genera officialium apud nos.ſ.Magiſter ordinis,Prior prouincialis, Prior conuentualis,Supprior, Magiſter nouitiorum, magiſter conuerſorum,corrector familiæ,cantor,ſuccentor,ſacriſta,lector,Magiſter ſtudentium,librarius, curam gerens deſcriptis,examinator,circator,cuſtos dormitorij,portarius,depoſitarius,pcurator,eleemoſynarius,refectorarius,ſeruitor mēſę,lector in menſa, corrector in menſa,infirmarius, cuſtos infirmorum, receptor hoſpitum,coquinarius,cuſtos cellarij, veſtiarius,ſartor,ſutor,præfectus operum,hortulanus.Sunt inſuper alij quibus ordo non indiget continue,ſed in caſibus & ad tempus,vt ſunt diffinitor generalis capituli,& ſocius eius, elector Magiſtri,elector prioris prouincialis,diffinitor capituli prouincialis,viſitator,pdicator generalis, & ſocius prioris conuentualis ad

capitulū

capitulum & confessor. Similiter præter hos sunt alij, quorum officia patent ex ordinario, vt ebdomadarius & ministri altaris, lector Kalendarum, & alij q in tabula scribi solēt. ¶Item cum sunt aliqui fratres qui sciūt artes aliquas mechanicas vt fuere scribere, radere, dolare, & hmōi debent hoc facere, ꝑut eis iniungitur. Sed hæc non computantur inter officia. ¶Item vbi paucitas est fratrum solent plura officia iniungi vni. & tunc ipsius interest omnia quæ pertinent ad illa exequi. Videtur autem tam ex ratione quám ex consuetudinibus nostris ꝙ ea quæ religiones ꝑdictæ super hmōi ediderunt, possunt apud nos distingui & assignari modo ꝑdicto. Ista quæ scripta sunt de officijs ordinis, non sunt scripta ad hoc ꝙ inferāt aliquā necessitatem, sed ad hoc tm̄ vt fratres quibꝰ imponuntur aliqua officia & nō sunt in illis plene instructi possint hic respicere si velint, & si aliquid ibi inuenit qđ eis rationabile videatur possunt acceptare si volunt, alioquin in nullo tenētur ex vi huiusmodi scripturę, ꝑpter ꝙ dicuntur institutiones.

¶De officio Magistri Ordinis. Cap. I.

Circa ordinem in generali.

MAgistri Ordinis officium est de toto ordine sibi commisso gerere assiduam solicitudinem, paupertatis humilitatis, & omnium obseruātiarum ordinis totiusq; sanctitatis quantum possibile est naturæ suæ ꝑ omnibus in se monstrare indicia, vt non solum præsentes fratres exemplo edificet, sed etiam absentes fama reficiat. Fratres pn̄tes verbis, absentes vero literis ꝑmouere ad omne bonū, & Deo, & Beatę Virgini,

& beato Dñico recomendare in orationibus fratres, & ordinem incessanter,& ad hoc etiam bonorum suffragia ꝓcurare. Debet quoq; habere secum Regulã constitutiones,priuilegiorum Ordinis trãsumpta,ammonitiones capitulorum generalium, breuiarium & missale bene correcta,& hoc scire bene & fratribus super his satisfacere. ¶Item ipsius interest pro posse laborare vt intersit capitulo generali.

¶Circa capitulum generale.

¶In vigilia Penthecostes post primam,ꝑlectis in capitulo Kalendis & tabula,faciendus est sermo aliqs breuis de pertinentibus ad religionem & statum Fratrũ ab eo,vel ab eo cui ipse iniunxerit ad hoc idoneo, & postmodum ad monitiones, circa ea quæ pertinent ad instans capitulum. Orationes quoq; aliq̃ vel missę ꝓ ipso capitulo sunt fratribus iniungendę, Potest etiam dare licentias aliquas generales durante capitulo,vel de loquendo, vel de alijs secũdum ꝙ viderit expedire. Ipsius etiam est congregare tunc diffinitores & in diffinitionibus minus exercitatos dirigere, de constitutionibus confirmatis vel inchoatis, & de alijs actis ꝑteriti capituli,cum necessę fuerit rõnes q̃ mouerunt diffinitores reddere. Summa quoq; cura est ei adhibẽda vt cõstitutiones vtiles ꝓ ordine ꝓcedant.alię vero non. Et idem circa admonitiones, & alia agenda in capitulo faciẽdum. Et circa hmõi tũc ꝓuidendum est ei,& frequenter per totum cogitandum. Literę gñales alique de aliqua consolatione & vtili exhortatiõe ad fratres omnes,& alię ad sorores, tunc sunt ab eo transmittendæ,& tam tempestiuè ꝓmulgandæ

H 8

mulgandæ cum indulgentijs sique nouę fuerint, vel literæ Papales, vel alia pter acta per ordinem mittenda, q ante diffinitionem possint omnia á fratribus transcribi. Curandum quoq; est ei q acta modo debito, & decenter formentˉ, & q omnia fiant in capitulo ordinatè. Committere etiam alicui debet q habeat curam de literis de beneficijs concedendis, alij vel alijs de legendis illis quæ fuerint transcribenda. Omnibus etiam q scribunt ei siue fratrib⁹, siue extraneis de aliquo quod reqrat rescriptum, per literam decentē rescribendum est rōnabiliter & put poterit gratiosè. Et vt plenius expediantur literæ, debet sibi de plurib⁹ puidere dictatoribus idoneis tunc habendis. In tenendo quoq; capitulum multum curandum est sibi q dissolutiones non fiant, q in loquēdo & in alijs mod⁹ & forma scripta seruetur, q pclamationes iniquę vel indiscretę, dolosę, & friuolę reprimantur, q absentes leuiter non infamentur & hmōi multa. In terminatione vero capituli, in ipso capitulo potest pfigere terminum infra quem recedāt fratres si timetˉ de mora fratrum & domus grauamine. Denunciare quoq; quo pponat iter dirigere, vt sciāt fratres vbiq; vbi poterit inueniri, si eo indiguerint, & tam pñtium quâm absentium fratrum orōnibus se recomēdare. Et his factis ad absolutionem ibidē faciendā ē pcedendū.

¶Circa puincias vero, debet habere curam magnam, q bonos puinciales habeant, cum ex ipsis p magna parte dependeat bonus status ordinis in puincijs. Et ideo debet interdum electoribus priorum puincialium lrās ad hoc ptinentes dirigere, interdum ēt cōceder

dere eisdem ꝙ possint eligere de alijs ꝓuincijs, interdum etiam circa personam eligendam eos dirigere. Cum autem electio deuoluta fuerit ad eum, cum diligenti discussione ꝓut vtilius poterit ꝓuidere. ¶Item ꝑ communi bono ꝓuincię debet quandoq; spāles literas spālibus ꝓuincijs mittere, secundum exigentiā negociorum & temporis, vel visitatores interdum secundum formam taxatam cum discretione, cum maior fuerit necessitas, p̄cipue cum consilium diffinitorum in hoc concurreret destinare. ¶Item ꝓuincijs magis desolatis vel minus sufficientibus sibi, debet esse fauorabilior in concedendis fratrib⁹ vtilibus & ydoneis siue ad legendum, siue ad p̄dicandum, siue ad alia ordinis negocia ꝑagenda, vel in collocando Fratres de illis ꝓuincijs alibi ad ꝓficiendum, & ꝓ eis in hmōi gradibus ꝑ quos possint vtiliter releuari. Suum est ēt transferre fratres de ꝓuincia ad ꝓuinciā ꝓ vtilitate vel ordinis, vel fratrum transferēdorum, vel ꝓuincię ā qua vel ad quam trāslatio hmōi fuerit facienda. Contentiones quoq; si quæ fuerint inter ꝓuincias debet dirimere, & â mutuis iniurijs consetuare easdem. Per fratres venientes ad capitula & aliàs cum comodè poterit de statu ꝓuinciarum debet inqrere diligenter, & ad habendam noticiam qualēcūq; de regimine earum, vt āctā capitulorum ꝓuincialium ad se deferantur ad capitula generalia si voluerit:

¶Circa conuentum.

¶Interest etiam ipsius vt ad cōuentus ad quos nō declinat interdum literas mittat consolatorias si sint in tribulationibus, vel de concordia si sint inter se discordes

cordes

cordes, vel alias secundũ ꝙ exigunt causæ variȩ emergentes, vel etiam mittat visitatores secundum formã taxatã si maior necessitas & prioris ꝓuincialis carentia vel absentia, vel negligentia, & insufficiẽtia hæc reqrant. Sane cum declinat ad conuentum aliquem in transitu, semper debet intrare capitulum, & ibidẽ fratribus congregatis recomendandos recomẽdare fratrum oronibus, & cãm sui trãsitus (nisi sit res secreta) referare eisdem. Nisi vero arcta necessitas ipsum festinare compellat, non debet si audiuit aliqua notabilia ibidem corrigenda ipsa incorrecta dimittere. Si verò non audiuit, nihilominus vel in capitulo, vel corã senioribus aliquibus debet se offerre ad corrigendũ, si aliqua videntur suam correctionẽ requirere. Qđ si videatur eis vt istis intẽdat, debet seorsum summatim illa quæ eos mouerent ꝑlibare, & tunc si ei visum fuerit post ea capitulũ vel quo ad omnia, vel quo ad illos casus tenere. Ante recessum autem suum debet cum omnibus in refectorio si fieri potest comedere, & in capitulo aliquem sermonẽ vel collationem, vel ammotiones aliquas ꝓponere fratribus, tam clericis quàm laicis secundum exigentiam status eorum, & in fine consuetam absolutionem facere gñalem, & se, spãliter & negocia si qua grandia habet tunc temporis, fratrum oronibus recomendare. Cum verò moram contrahit in aliquo cõuentu debet tam frequenter quam diligenter tenere capitulum, & cum non tenet, interdum tam vtiles, & tam efficaces admonitiones ꝓponere, ꝙ ex eius mora non solum ex eius ꝑsentia, sed ẽt post recessum sequat̃ in eadẽ domo euidẽs,

religionis augmentum. Melius quoq; est vt necessitates suas de communi ꝓuisione conuentus vel aliq; bus amicis ordinis manifestè recipiat, quâmquòd aliquid fiat circa hoc per modum occultum, vel ab aliquo fratre singulariter ꝓcuret. Cauendum est autem ei diligenter ne reddat onerosum se in expēsis aut in seruitijs quæ fratribus alijs fieri non consueuerunt, aut fastu aliquo tanquàm nō sit vnus aliorum, aut inseruiendo nimias fieri sibi reuerentias, sed potius laboret vt societas sua non solum fratribus sed ēt familiæ (cum qua ēt hn̄da est ei aliqua religiosa collatio) sit amabilis & accepta. Non decet ēt vt extra domū facile comedat vel inter homines discurrat. Cum autem eum ire oportuerit inter homines, cum societate moderata ire eum conuenit, ne nimis magna societas attribuatur pompę, vel nimis modica apud imperitos pariat cōtemptum. Sed in hoc tn̄ secundm̄ cōditiones regionum est temperandum. Fratres quoque qui occasione eius superueniūt ne ex eorum mora domus grauetur debet breuiter expedire, & licentiare curialiter commorantes inutiliter.

¶Circa Fratres.

¶Ad ipsum quoq; pertinet maiorum Fratrum excessus viriliter corrigere, minoribus se talem exhibere, ꝙ ad eum non timeant accedere. Dignos honore ꝓ meritis vel alijs conditionibus decenter honorare, irreligiosos & male viuentes à sua gr̄a, & familiaritate ad correctionem repellere. Laborantibus laudabiliter & fructuosè ꝓ ordine se gratum ōndere, infirmis corpore seu mente pie condescēdere, ꝓteruorum &

cōtumatiū

contumacium duritiam frangere, nouitijs temptatis & afflictis dulces conſolationes impēdere, petitiones Fratrum rōnabiles libēter exaudire, cum vero repellēdę fuerint, cauſas quare recipi non debeant prudenter explicare, quęrelantium de alijs cā diligēter audita quod iuſtum fuerit ordinare. Diſſolutiones notabiles coram ſe nunquàm ſuſtinere, de vtilibus vel de confeſſione loqui ſecum volētibus facile locum dare. Fratres oēs aduenientes (niſi ſit certum ꝙ inordinatè vadant) cum lęto vultu, & ad oſculum pacis ſemꝑ recipere. Diſcuſſa verò cā itineris, eoſdē ſecundum merita tractare. Recedentes ad partes remotas cum oſculo licentiare, abſolutionē gn̄alem ſi petierint eis cōferre, & ſe per eos fratribus ad quos declinauerint recomēdare, & ſalutare eoſdęm. Apoſtatis & eiectis ad ſe confugiētibus audiētiam ꝓbere, ipſiſq; auditis ſcribere eorum prioribus ꝓuincialib⁹ & cōuētualibus ſecundum quorum relationē ꝙ viſum fuerit expedire. In ſimilibus & diſſimilibus ſe ſingulorum vtilitatibus ſecundum diuerſos ſtatus eorū coaptare.

¶Circa Curiam Romanam.

¶Curia Romana viſitanda ē á Magiſtro tam ꝓ ipſius reuerētia quâm ordinis vtilitate, tēporibus opportunis, vbi ſi eam turbatam inuenerit in aliquo cōtra ordinem vel fratres aliquos, debet ad ſedandam ipſam ſolicitè laborare. Indulgētias, conceſſiones ēt verbo ſolo, vtiles ordini quas poterit impetrare. D. Papę & Cardinalium & aliorum curialium beniuolētiā erga ordinē captare, negocia magna ſiqua habet ordo

pro viribus ꝓmouere. Capellanis & pœnitentiarijs fratribus,& si qui sunt alij in societate curialium, tenere capitulum,& ipsos diligenter corrigere. Appo nere ēt diligētiam ꝙ inde caute remoueantur si q fue rint minus apti,& ꝙ pauci sint ibidem in societate ali cuius curialium,& ꝙ qui fuerint, tales sint ꝙ ex eorū mora in curia honor sequatur ordinis & vtilitas aīarum. Prouidēdum ē ēt ab ipso ꝙ in conuentibus ciuitatū vbi curia fuerit,semper sint siue de ipsa ꝓuincia,siue de alijs fratres personati, discretione & honestate pollētes,& ꝑcipuè prior & lector sufficientes & famosi. Constituendus ē semper ab ipso aliqs frater in curia literatus,discretus,& zelator ordinis,honestè & amabilis conuersationis inter sæculares, firmus in amore status ordinis, & personatus, qui sit ibidem gnalis ordinis ꝓcurator hñs super hoc suas literas cum discretione formatas. Cui ēt cōmittēda ē ptās aliqua suꝑ apostatas ordinis, & suꝑ fratres ad curiam inordinate venientes, & ēt suꝑ illos q ordinate veniunt vt cum consilio suo ꝓcedant,& circa alia quædam ꝓut visum fuerit expedire,& de expensis ei necessarijs, debet cum diffinitoribus gnalis capituli per se si cōmodè poterit, quod expedierit ordinare, & licentias ei dare,quæ ad exequendum suum officium vtiles reputentur.

¶Circa Nationes.

¶Licet aūt de omni fructu animarum per ordinē faciēdo sit ei multum curandum,tñ spāliorem curam, & zelum feruentiorem hr̄e debet circa Barbaras nationes & paganos,sarracenos,iudeos,hęreticos,schismaticos,

maticos,& hmõi qui ſunt extra Eccleſiam,vt ꝑ ordinis laborē & ſolicitudinē in viam dirigantur ſalutis, & Chriſti in eis gloria dilatetur. Et ideo curandum eſt ei vt ſemꝑ in ordine ſint aliqui tractatus cõtra errores eorum in quibus fratres exercere ſe valeant cõpetēter,& vt aliqui idonei inſudēt in locis idoneis ad linguas Arabicam,Hebraicam, Grecam, & Barbaras addiſcēdas. Et in ꝓuincijs quę ſunt ad hmõi fructũ faciēdum aptiores,debet ſuꝑ hoc excitare fratres & non quoſcunq;, ſed qui circa fructum hmõi feruent & aliter ſunt idonei,ad hmõi negocia deputare.

¶Circa extraneos.

¶Cum aliqui extranei voluerint Magiſtrum viſitare,ñ debet eē ad eos difficilis acceſſus,ſed ſine mora in loco opportuno vel exeũdo ad eos vel ipſis ĩtroductis ad eum,ſuì debet ꝓſentiam exhibere acceptabilē, affabiliter oēs recipe,& ſecundum conditiones eorum plus vel minus honorare. Si verò petitiones aliquas faciunt,ſi cõmodè fieri põt debet omnibus libēter ſatisfacere,vel ſi non poſſunt exaudiri, de impotētia tali ſunt eis rõnabiles cauſę aſſignandę. Caueat autē omnino ne ruſticanum aliquid aliquis in eo repiat, & det opam quantum põt vt nullus ſcandalizatus ab eo recedat, Circa legationes & alios nuncios ad ſe miſſos ſic ſe debet habere, vrbanè in loquēdo,& ĩ neceſſitatibus eis ꝓuidere faciendo,intantum,ꝙ recedētes occaſionem habeant bona loquēdi de eo. Cũ religioſis tractandum ē ei de ſanctitate,cum ſęcularibus ſunt ei verba ſalutaria verbis ſæcularibus immiſcenda. Nulli qui manifeſtè non ſit indignus negare

debet in propria persona gratiam hospitalitatis, aut eleemosynas quæ fieri consueuerunt in ordine. Benefactoribus & amicis ordinis specialib⁹, dignæ sunt eis gratiæ redende, & in amorem ordinis sunt ꝑ ei⁹ diligentiam confirmandi. Ipsi autem aliunde venientes (cum eos tales cognouerit) sunt cum omni deuotione suscipiendi, & omnis humanitas tã in hospitalitate quâm in alijs quę nos decuerint, est eis ab ipso exhibenda. Prælati per quorum dioceses trãsit, & pręcipue sub quibus morantur fratres, sunt ab eo visitandi, & si quas hñt erga fratres turbationes, pro posse conandum est ei ipsos pacificare, & fratribus gratiam eorum acquirere: aut in ipsa continuanda (si habent) eos solidare. Magnates siue sint principes sæculares, siue personæ ecclesiasticæ quos non expedit per fratres quoslibet moneri, vel argui, tempore opportuno cum discretione & modestia charitatiuè de salute sua debet etiam commonere, Ad pacem Fratrum minorum custodiendam diligentiam debitam debet adhibere, ipsosq; visitare, aut si non põt, se per Fratres ad eos missos excusare, In visitatione verò cum opportunitas fuerit collationem efficacẽ aliquam eis facere, eosq, cum omni deuotione recipere & tractare, pedesq; eorum personaliter interdũ lauare, & excessus Fratrum contra eos sine dilatione dignè corrigere. Prouidendum autem est ei ꝙ omnes cum quibus eum esse contingit antequàm recedant ab ipso aliquam ędificationem in verbo vel in facto reportent. Ad trahendum quoq; ad ordinem ꝑsonas idoneas, curã debet apponere diligentem.

¶Circa diuinum officium.

¶Non conuenit Magiſtro libenter ſe abſentare â diuino officio & maxime â completorio, niſi forte propter impotentiam corporalem, aut ſi habeat occupationes circa maiores vtilitates, Cum autem p̃ſens fuerit in choro, debet primum locum in dextro choro tenere. Tempore communionis abſolutionē in capitulo facere, & Miſſam celebrare conuentualem, fratribus infirmis vbi præſens eſt ſacram miniſtrarē communionem & extremam vnctionem, & ſepelire defunctos, recipere nouicios, recipere ad beneficia, recipere legatos & magnates in connentibus in quibus fuerit, in magnis ſolemnitatibus facere officia, & alias conuentuales Miſſas interdum cum requiſitus fuerit à cantore celebrare. Extra chorum vero cum maiori maturitate & diligētia quàm ab alijs cōmuniter conſueuit fieri, eſt officium dicendum ab ipſo, & celebrandum frequenter, Officium quoq; mortuorum trium lectionum licet non ex debito teneatur, non decet ab eo pretermitti.

[Circa Menſam.

¶Cum comedit in conuentu, non eſt ei ſuſtinendum ꝙ ei ſingularitates notabiles fiant. Cum verò habet vnde poſſit aliquibus aliquid mittere illi ſunt potius eligendi quibus cedit ad conſolationes, vt ſunt Nouicij vel tēptati & hmōi, vel qui ſunt magis indigentes, vt debiles vel infirmi, vel qui pro aliqua rōne sūt honorandi vt qui fuerunt nobiles vel diuites in ſęcula, vel ſunt in ordine lectores & ſimiles. Protrahendo eſt ab ipſo comedēdo ſic menſa curialiter, vt qui

morosius comedũt comestionem interrumpere nõ cogantur, nec signum facere debet quousq; videat, ꝙ comestio communiter sit completa. Quod si qs mora notabili faciat alios plus debito expectare, per seruitorem potest ipsum priusquâm signum faciat vt finem faciat commonere. Cum autem extra refectorium comedit in hospitio vel in infirmitorio, cauendum est ei ne occasione ipsius superfluitates fiãt inconsuetæ, & maxime si adsunt extranei. Nec danda est loquendi licentia passim, sed modo vni modo pluribus, modo omnibus, modo nulli secundum diuersas circũstantias secum comedentium, p̃cipue verô cum intersunt extranei, caute sunt hmõi licentiæ dandæ. Interest autem valde ipsius aliqua verba ędificatoria & spiritualis consolationis interserere comestioni, & frequẽter lectionem aliquam in mensa in parte vel in toto habere, nisi pro reuerentia personæ excellentis quæ adsit intermittatur, aut de eius beneplacito fieri procuretur.

[Circa cameram.

[Cum autem camera sit ei cõcessa propter certas vtilitates ordinis, attendendum est ei ne redũdet in dãnum ordinis talis concessio, quod fieret si fierent ibi dissolutiones, si protenderentur vigilię vltra signum, si fierent ibi comestiones vel potationes nisi tempore suæ infirmitatis, si permitteret fieri ibidem fastum aliquem in lecto aut in aliquo apparatu. Et ideo sũt hæc ab ipso & similia coercenda. Nunq̃ etiã dormire debet in camera sine duobus socijs & lumine.

[Circa itinera.

[In itinere constituto vt tempus vtiliter expendatur, sunt ei cum socijs aliqui psalmi & orationes deuotę dicendæ, alique salutares collationes habēdæ, sed cū tali moderamine ne vertātur in tedium graue fratribus, quibus non tediosum sed iocūdum debet se socium exhibere. Adiungentes quoq; se ei debent ab eo vel socijs semꝑ aliqua salutis monita reportare. Cum opportunitas occurrerit, non est omittendum quin per eum vel socios ꝑdicatio fiat. Illi aūt qui cā consilij vel loquendi de salutę ad eum accesserint, benigne sunt audiendi, & cum fauore dimittendi. Quāuis aūt fratres viatores non debet libēter à sua sociētate repellere, tñ cauendum est ei ne ex multitudine Fratrum concurrentium, vel ex superfluitate expēsarum quam cohibere possit, grauentur hospites, & ne sine vtilitate eorum transeat. Et de salute animę est cum habitantibus collatio semꝑ hñda, & ad bñficia ordinis sunt interdum recipiendi, & laborandum vt nihil fiat ī quo male ędificetur, & quod bonus odor & gratia apud eos remaneat post recessum.

[Circa literas.

[Literę ineptę nunquàm ab eo sunt mittendę, sed decenter formatę plus vel minus secundum exigentiā materię vel personarum quibus dirigendę sunt. Et ideo sunt omnes añ sigillationem solicitè respiciēdę. Scribētibus diligēter est rescribendum. Verba pungitiua sunt in eius lr̄is semper deuitanda: & inserēda lenitiua & gratiosa. Dandaq: est ei opera vt fructum quem verbis facere non pōt, lr̄is compleat apud absentes, siue fratres, siue extraneos ī varijs casibꝰ emer

gentibus

gentibus prout fuerit opportunum. Non sunt etiā suæ literæ passim dandæ, siue de beneficijs ordinis, siue de precibus, siue de testimonio & similib⁹, sed cū multa cautela & deliberatione. Fratribus & alijs qui scribunt scribere non omittat:

[Circa potestatem.

[Licet autem Magister habeat plenam & generalem potestatem in ordine, tamen nunquàm est ei vtendū hmōi plenitudine potestatis: vbi causa rationabilis ñ occurrerit. Specialiter vero est cauendum ei ne in temporalibus grauet prouincias vel cōuētus vel fratrem aliquem vtpote libros vel paramenta vnius alteri concedendo, onus pecuniæ alicui soluendæ imponendo & similia, sine causa rōnabili euidenti. Officia inferiorum non debet sibi assumere libenter, nisi causa vrgente. Nec oneri suo, aliorum onera. Licentias quæ per alios expediri possunt raro dare debet, sed potius Fratres ad prælatos suos mittere pro ijs. Et si quas dederit quæ secretum non requirant Fratrum factum, Prioribus prouincialibus vel cōuentualibus prout magis conuenit significare debet. In concedendo vero licentiam alicui Fratri confitendi alij quam prælato suo, debet habere cautelam, sciens ꝙ hmōi confessiones interdum in graue periculum ordinis redundant, [Item in licētiando aliquem ab ordine, cauendum est ei ꝙ nihil faciat nisi quod liceat & quod expediat, & quod salutem Fratris non negligat propter onus. Cum autem fuerit faciendum, sic prouideatur ꝙ habeat locum ad quem trāseat antequàm recedat, ꝙ euagationi ꝑiculosæ nō exponat.

Circa

Circa diſpenſationem & licentias quæ ſibi reſeruantur,vt de ſtudio in liberalibus artibus, de eundo ad curiam, vel quæ non conſueuerunt fieri per aliquem de facili,vt de ingreſſu mulierum in clauſtro & ſimilia,talem mediocritatem tenere debet,ꝙ propter nimiam eius duriciam circa hoc maior fructus non impediatur,vel graue ſcandalum generetur. Et rurſus ex nimia facilitate periculoſa diſſolutio in ordine inducatur. Circa ſe vero quantum valetudo permittit ipſi parum diſpenſationibus eſt vtendum,& cum neceſſitas requirit aliud, huiuſmodi neceſſitas eſt opportuno tempore inſinuanda fratribus vt non ſcandalizentur in ipſo.

[Circa Socios.

Eligendi ſunt â Magiſtro ſocij deum timentes,ordinis zelatores,diſcretione pollentes, religioſæ & amabilis conuerſationis,corpore potentes,qui inter fratres ſe ſicut vnus cæterorum gerẽtes, nihil in hoc officio quærant niſi ſolam ordinis vtilitatem. Horum enim commune erit officium quæ viderint in eo corrigenda interdum cum humilitate & modeſtia ei dicere,interdum quæ in alijs ſciuerint vel audiuerint emendanda eidem tempore ſuo referre. Agenda ei ad memoriam reducere,& citca eadem ipſum ſolicitare. Secreta quæ ad ipſum veniunt ſub diſtricto ſilentio cuſtodire. Si qua grauia vel periculoſa ordini multum ſciuerint in eo,diffinitoribus vel alijs qui prodeſſe poſſunt & non obeſſe tempore ſuo non tacere: Fratres cum eo loqui volentes,etiam in hoc timidos ad eum adducere. Aduenientes ad eum ſiue

fratre

fratres siue alios extraneos benigne recipere, & ad eum ipsos introducere vel ad ipsos eum euocare. Ipsorum negocia si qua habent solicite promouere, & curam habere ꝙ charitatiue tractentur â fratribus in hospitalitate & huiusmodi, cum fuerit faciendum; dare operam ad pacificandum eos quos turbatos viderint occasione repulsarum petitionum, vel alia de cā erga Magistrum, & ꝙ quietati recedāt & cum gratia. Cum senserint murmur de factis aliquibus Magistri eidem charitatiue narrare dn̄t, & murmurātes ꝓ posse reddendo rōnes de factis vel quas forte ignorāt se dare. Contra neminem ipsum prouocare, nisi forte causa correctionis ꝓut necesse fuerit. Horum vnus debet esse conuersus cuius erit officium speciale custodire sigillum, sigillare literas, & pertinentia ad hęc in promptu habere, libros Magistri, & vestes aliquas cum fuerit necesse portare ī via, & circa necessitates eius corporales solicitudinem gerere, & sustinere labores. Alius debet esse notarius competēs, qui magis debet laborare ad notandum sententiosè & breuiter, quâm adornata verba multiplicare. Cum Magister commiserit ei literas sibi Missas debet eidem legere & sensum ei referre summatim & plenè, & notare diligenter ad quas literas vel ad quos articulos sit respondendum. Si aliquod secretū in ęis contineri aduerterit, statim supersedere debet à legendo, & reportare Magistro. Congregationibus & sublimibus personis & pro magnis negocijs, decētes literas facere & de litera magis legibili & meliori. Literas de bn̄ficijs & alias quæ committuntur alijs scribendæ

vel fa-

vel faciēdę,añ ſigillationē debet recipere vt videatur ſi ſunt debito modo formatę & ſcriptę. Pōt & pter iſtos (ſi viſum fuerit) tertium aſſumere ſocium, virū conſilij & līratum,cum quo poſſit hr̄e conſilium vel de ſcripturis conferre,modo in via, modo in domo, & in ijş quibus ſibi ſtudendum ē ipſum adiutorē hr̄e, vel aliqua agēda ſua ei interdum cōmittere, cum viderit expedire. Præter ſupradicta vero ſunt alia quędam ſcripta in regula & in conſtitutionibus & ordinario aut in vſu. Alia verò quædam quæ dicere in ſingulis caſibus ē magis rōnis bñ diſpoſitæ vel vnctionis quàm hominis,vt ē,nihil ſubito negare vel concedere,non de facili aliquid in futurum ꝑmittere,quorundam conſilijs interdum acquieſcere, quorūdam non , de noctę deo de die proximis vacare,benignê omnes audire,& ſimilia quæ ſunt ei ſolicitè per agenda. Quod ſimiliter intelligendum eſt de alijs officialibus infraſcriptis.

[De Officio Prioris prouincialis. Cap. II.

[Circa principium regiminis.

OFficium Prioris prouincialis ē circa principiū regiminis ſui cum timore & tremore incedere,per orationē ad Deum concurrere, frequēter orationes aliorum ſibi ſolicitè procurare, pro ptāte cōmittenda ſupra ſe in confeſſione, ad Magiſtrum recurrere, nouitates nullas cito īducere quouſq; magis per experiētiam quâm per aliam ſapiētiam ſit ędoctus, Mutationes paucas facere,quouſq; de ſtatu prouinci ,cōuētuum,& fratrum notitiam habeat pleniorē: Fratrum Deum timētium,& religionē zelantium,& am-

phori

pliori discretione pollentium magis consilijs adhęrere,notam fouendi partem aliquam si forte inter aliquos reputetur declinare pro posse, & cauere ne ex amore priuato vel familiaritate aliquid faciat non fiendum,aut facere videatur. ¶Item ad ipsi⁹ pertinet officium diligenter considerare quæ de officio Magistri sunt prædicta, & ea quæ dicuntur infra de officio Prioris conuentualis,& ea quæ de illis competūt sibi secundum statum suum & cum his quæ cōtinentur in p̄senti nota de officio suo quod debet studiosè perlegere,& opere adimplere,laudabilia quę in antecessoribus suis fuerunt prudenter inquirere, & inuēta pro viribus obseruare,& per eorum socios laudę dignos instrui & dirigi in officio humiliter & deuotè. ¶Item ipsius est in choro sinistro stare,& ꝙ officium diuinum dicatur reuerenter & deuotè, & secūdum modum ordinis tam in choro quàm extra diligentiam apponere, & de cantoribus competētibus prout pōt conuētibus prouidere. Debet etiam ꝓcurare ꝙ exemplar totius officij bñ correctum habeat in aliquo loco in prouincia, vñ possit ad conuētus alios deriuari,& ordinare per conuētus ꝙ hmōi libri vel scribantur si non habeantur,vel corrigantur diligēter vbi habētur. ¶Item interest sua cum Magister pñs non est celebrare Missam in maioribus solēnitatibus,& ministrare Sacramēta decedentibus & hmōi quæ supradicta sunt de Magistro.

¶Circa commune bonum prouinciæ.

¶Item ad ipsum pertinet commune bonum prouinciæ procurare solicitè,siue erga Magistrum,siue in ca-

pitulis

pitulis gñalibus & prouincialibus. [Item de ijs quæ vidētur corrigenda vel faciēda quæ per se nō pōt cōmodè expedire, memorialia facere, & ipsa capitulorū tēpore promouere. [Item in emergētibus necessitatibus fratrum in diuersis locis consilium dare, siue per recursum ad curiam Romanam, siue alijs modis prout variæ necessitates exigunt, ad cōmunem pacē prouinciæ dare operam efficacē. Partes si quæ sunt pro viribus auferre, instruendo vnitatem & concordiam ponendo, quærelas siquę sunt inter conuentus de terminis vel alijs quibuscunq;, cito terminare. Cōuētus nouos qui euidenter reputantur vtiles procurare, de minus necessarijs non curare. Regulam, cōstitutiones, priuilegia, acta capitulorū, lr̄as Magistri, bn̄ correctas secum portare & ad exemplar suū vbiq; per conuentus facere scribi quæ non hn̄tur, quę vero hn̄tur perlegi & corrigi diligenter & interdum facere legi vbi viderit expedire. Infirma fratrum vel conuentuum aliquorum sine cā rōnali nunquàm debet alijs recitare. Quod fratres vbiq; pacem habeant erga clerum, & populum, & prælatos, & alios laborare. Quod mętas priuilegiorum vel concessionum quæ habuit á prælatis in confessionibus audiendis vel absolutionibus, & dispensationibus, & hmōi, fratres nō transgrediantur, & ꝙ ad hæc exequenda non ponant fratres nisi sufficiētes monere & cauere. Discursus fratrū restringere, nec permittere ꝙ discurrat ꝓpter negocia quæ possunt per literas expediri.

[Circa Conuentus.

[Item circa conuentus oēs debet apponere curā quā

pōt,

pōt,vt habeāt oēs Priores bonos ,& vt in quolibet ſit lector,& aliquis vel aliqui gratioſi prædicatores,& ſimiliter aliquis vel aliqui viri conſilij . Et vbi non poterunt haberi tot lectores quot ſunt conuentus,ſaltē ſit aliqua lectio vel de ſumma de caſibus,vel de artibus,de ſententijs Magiſtri,vel de hiſtorijs , vel de aliqua alia ſumma & hmōi . Conuentus aūt deſolatos & pauperes,& remotiores magis debet habere cordi,& plus cauere ab eorum grauamine,& eis magis ſubuenire in quibus pōt, ſiue in fratribus concedendis,ſiue in alijs,& ad ſubueniēdum eis conuētus aliquos & fratres animare,eoſdē quoq; per literas con ſolari frequentius,& animare in bonum . In miſſione vero nouorum conuentuum ſic ſolicitè prouidere debet de fratribus excellentibus, ꝙ à principio religionis rigor ī illis ſeruetur,& fructus animarum cū ipſis perueniat in tota vicinia,& honor ordinis & fama in illis partibus dilatetur.

¶Circa Priores.

¶Item circa abſolutiones Priorum qui boni reputantur non debet eſſe facilis,nec propter eorum inſtantiam nec fratrum aliorum importunitatem . Magis aūt debet eos animare ad oneris ſuſtinētiam ꝓpter deum & ordinem,eoſq; fouere & animare in quibus bono modo pōt,eoſq; moleſtantes comprimere,pacemq; eis prout poſſibile eſt procurare . priores vero minus idoneos facile debet abſoluere, cum ſperatur ꝙ meliores poſsūt haberi,etvt poſſint ſibi fratres vtilius prouidere,concedere poteſtatem eligendi aliquos fratres de quibus pōt fieri bono modo.Ipſius

eſt ēt

eſt etiam Prioribus confeſſores cum larga poteſtate concedere,niſi ex cauſa aliqua interdum aliud fiat. Quandoq; etiam ſuper eos aliquibus aliquam poteſtatem tradere,vel in recreationibus recipiendis, vel huiuſmodi,cum cauſa rationalis hoc requirit.

¶Circa Fratres.

¶Item ipſius eſt de fratribus periculoſis & diſſolutis ſolicitè ordinare,ꝙ non ponantur in locis diſſolutis, in quibus minus viget diſciplina,ſed in domibus in q̄bus melius cuſtodiri poſſint & corrigi. Et quantum fieri licet,conditiones eorum Prioribus ad quos mittuntur notificare debet. Et cum transferũtur de loco ad locum prouidere vt bñ aſſocientur: & certum tempus habeant pro itinere taxatum. Qui autẽ peſtiferi fuerint inuenti,ſecundum ꝙ grauiores eorum culpę requirunt,grauius vel per carceres vel percuſſiones,vel per eiectiones à fratrum ſocietate, vel aliter puniantur. Perturbatores verò conuẽtuum aut Priorum alibi trãsferre,colligationes in malum, per diſperſionem diſſoluere. Talem ſe debet omnibus exhibere,ꝙ ad confitendum eidem non timeãt accedere. Extra capitulum quoq; fratribus aliquibus interdum charitatiuas facere exhortationes,prout ſtatum eorum viderit indigere. Diligenter quoq; debet vbiq; aduertere qui & quot ſunt in quolibet cõuentu qui ſint apti ad proficiendum in ſtudio, & huiuſmodi ſi ſint bñ morigerati ad ſtudium promouere,vel ad ſtudia meliora mittendo,vel in ipſis domibus proprijs libertates aliquas concedẽdo, vel ab occupationibus aliquibus eximendo, inſuper in ſcrip-

tis eiſdem prouidendo, Et eos etiam de quibus eſt bona ſpes ꝙ poſſint eſſe vtiles ad Prioratus & officia ordinis magis neceſſaria,in ſcientia,& hmõi officijs neceſſaria promouere. In recipiendis vero conuerſis pluribus,vel qui non nouerint officia in quibꝰ poſſint ordini deſeruire,& etiam clericis minus idoneis,dignam debet adhibere cautelam.

¶Circa viſitationem.

¶Item viſitare frequẽter prouinciam debet prout poteſt,& frequentius domos quæ plus indigẽt,cum autem non poteſt in propria perſona, debet interdum cum neceſſe fuerit per alios fratres diſcretos & acceptos fratribus hoc ſupplere,taxata eis per literas diſcretè poteſtate. Cum autem de prouincia recedit ſemper relinquere vicariũ vel vicarios per diuerſas partes prouinciç,& interdum etiam cum præſens eſt in prouincia in aliquibus locis magis remotis vicarium vel vicarios inſtituere,poteſtate eis taxata ſemper per literas & expreſſa. ¶Item cum viſitatores aſſignati à capitulo prouinciali viſitare non poſſunt, ꝓ eis viſitatores idoneos ſubſtituere. Porrò in viſitatione tantum debet in qualibet domo morari,ꝙ diligenter & plenè quod requirit viſitatio valeat exercere. Epiſcopum loci,fratres minores,& alios amicos ordinis viſitare,vel cum ipſis eum viſitantibus competentem collocutionem,& collationem habere,populo,clero,& religioſis (vbi hoc expedierit) prædicare, ſcandala & turbationes ſi quas inuenerit erga aliquos religioſos,prælatos,clerum,& alios, ſedare. Cum fratribus in refectorio in officijs diuinis, & in

dormitorio aliquanto tempore interesse. Fratribus tam clericis quàm laicis sui copiã facere, siue de cõfessione, siue de quibuscunq; alijs loqui voluerint cũ eo, siue in capitulo, siue extra. Collationes fratrum audire, vt de profectu eorum aliquid in studio eorũ aduertere possit. Saltem semel audire computationem domus & statum, quo ad temporalia. Auscultare infirmos, pusillanimes, & temptatos, & nouicios singularibus collationibus consolari, nouicijs cõuersis aliquas priuatas collationes facere. Familiã vbicũq; superfluam inuenerit remouere. Si qua maioris põderis ordinare voluerit, prius discretorum cõsilium conuocare. Et quantum potest fieri rationabiliter dare operam vt omnes in pace & consolatione relinquat. Et sic inter eos in illo tantillo temporis studeat conuersari, ꝙ plus eos exemplis quám verbis ędificet & informet.

[Circa capitulum prouinciale.

¶Item ad locum capituli prouincialis debet aliquantulum tempestiuius alijs venire, vt cum fratribus domus tractet si expedierit de aliquibus ad capitulum pertinentibus, & vt fratres qui quandoq; citius veniunt pro aliquibus negocijs expediat. [Item interest sua tunc tempori s literas sibi Missas per se vel per secretarium respicere, & ea ad quæ rñdendum est notare, & quæ sine capitulo potest facere cito expedire. Ea vero quorum responsio ex capitulo dependet in memorialibus ponere, vel ipsas literas distinctè pro diuersis conuentibus ad confusionem cauendam in diuersis locis seruare, & quàmcito poterit expedire.

illas vero quæ responsionem non requirũt, statim destruere. [Item prouidere debet ꝙ acta capituli gñalis, & lr̃æ Magistri, & si quæ aliæ lr̃æ vel scripta emanauerint à capitulo gñali per prouinciam, hñda, legant ãn electionem diffinitorum, & ordinetur ꝙ certo locó, & certo tempore conueniant qui hñt transcribere, & per aliquem vel aliquos legantur, & ad scribendum necessaria ibidem ministrentur de domo, ita ꝙ ãn diffinitionem capituli omnia hmõi sint trãscripta, & tunc acta capituli, & si qua alia mittẽda sunt in scriptis per prouinciam, sunt ab eodem capitulo celeriter secundum modum eundem scribenda. [Item nõ debet dare licentias veniendi ad capitulum sine causis rõnalibus, & qui aliter veniunt, condignè cum cõsilio diffinitorum in ipso capitulo cõfundere debet, & punire, vel segregãdo à capitulo, vel statim remittendo, vel aliàs, prout maior excessus eorum exigerit. Ordinare etiam debet ꝙ nimis tempestiuè non veniant, & ꝙ non nimis morentur qui venire tenentur. [Item diffinitores minus expertos in aliquibus dirigere, & de conditionibus personarum quarum noticiam non hñt (cum de eis agitur) instruere eosdem quantum cõmodè & licitè põt, & ordinis vtilitas req̃rit. [Item dare operam ꝙ paucæ mutationes fratrũ fiant, & quæ fiunt non fiant sine causa valde rõnabili, cum ex hmõi mutationibus frequenter incõueniẽtia multa oriantur. [Itẽ cauendũ est ei ne in suis agẽdis sit ita fauorabilis maioribus conuẽtibus & personis contra minores quibus magis est subueniendum, ꝙ indeꝙ scandalum apud eos & turbatio subsequatur.

 Ordinandũ

Ordinandum eſt etiam ab eo ꝙ fratres qui tunc mittuntur de conuentu ad conuentum, certam & bonã ſocietatem & tempus ad viam habeant arripiendam & conſumandam. Eo modo expedit tunc ordinare. propter diſcurſus euitandos, ꝙ conuentus qui carẽt prioribus habeant poteſtatem eligendi,prout ſibi viſum fuerit aliunde,& confirmare in domo vel vicino conuentu aliquo interdum, & pronũciare ꝙ ad eum nulli fratres mittãtur pro hmõi & ſimilibus, quę per gartiones & literas valeant expediri.

De officio prioris cõuentualis. Cap. III.

¶Circa ſe ipſum.

OFficium Prioris conuentualis eſt diligenter notare ea quæ de ſupradictis officijs Magiſtri & Prioris prouincialis ſibi competunt,ſecundum ſuum ſtatum,& ea adimplere. [Item pro religione primo, & pro ſtudio ſecundo,pluſquàm pro alijs quibuſcunq; zelare. [Item non tantum extra domum morari ꝙ ea quæ ſunt intus agenda negligat,nec tm̃ intus reſidere ꝙ fructus quos põt extra facere minus & damnoſè pereat. [Item amore quietis fratrum & ordinis, negocia non negligere,& rurſus propter nimiam occupationem circa curam ad alios, nimis â ſe exire, [Item circa occupationes odioſas,& deuotionem hominum ad ordinem ſuffocantes,vt ſunt viſitationes, & correctiones poteſtatiuè monaſteriorũ, receptiones arbitriorum & ſimilia,ſe de facili non implicare. Circa fructum verò animarum qui fit per prædicationes,per charitatiuas admonitiones,per conſilia, per confeſſiones,per paces,& hmõi quæ magis decẽt or-

dinem,& ſpiritum magis ſapiunt, libenter intendere debet. Spiritualibus quoq; exercitijs intra clauſtrū vt ſunt ſcholę collationes, ſermones, officiū diuinū, & hmôi, libenter intereſſe. Circa cuoquinam verò veſtiariam, vel ortum, vel ędificia, & hmôi quotidianas anguſtias & minoris valoris quæ per alios officiales exerceri ſolent, occupari raro. [Item ipſius inter eſt ī abſentia Magiſtri vel Prioris prouincialis, vel de eorum mandato (ſi præſentes exiſtunt) recipere nouicios. In magnis ſolēnitatibus facere officium, ſepelire fratres, infirmis miniſtrare Sacramenta, & alia ſimilia, quæ ſupradicta ſunt in officio Magiſtri. Non debet autem de facili vnquàm deeſſe à cōpletorio. Cum autem eſt in choro, ſtare in dextra parte.

¶Circa Maiores.

¶Item ad ipſum pertinet Magiſtrum vel Priorem ꝓuincialem, viſitatorem, & omnes maiores ſuos cum debita reuerentia ſuſcipere & tractare, ſtatum ſui cōuentus cum quæſierint vel expetierint, fideliter eis exponere, eorum mandata & ordinationes, & capitulorum gn̄alium, & prouincialium deuotè ſuſcipere, memorię comendare, fratribus frequēter exponere, & vt plenariè obſeruentur operam dare. Vtilitatem quoq; domus & fratrum ſuorum ſolicitè procurare, grauia ſi qua ſibi imponunt̄ ab eis ſine murmure portare, eos ꝓ ſua abſolutione vel alijs negocijs nō grauiter moleſtare, repulſam petitionum ſuarum patienter ſuſtinere, & cām quare hoc fiat ab eis aliquā cām rōnabilem eſſe (licet neſciat) ſupponere, & in ſuis anguſtijs de multitudine negociorum & impotentia ſa

tisfaciendi omnibus eis potius compati, quàm de repulsa hmõi indignari. Pro eis quoq; orare, & alios frequenter inducere ad hoc ipsum. Si qua in eis cor rigenda viderit, vel de aliquo quocunq; tractare cum eis habuerit, cum digna humilitate loq debet eisdẽ. ¶Item debet à Priore prouinciali vel verbo, vel per literas petere licentiam confitendi, & ꝙ committat se cundum ꝙ ei videbitur fratri vel fratribus in foro pę nitentiali super eum potestatem, & quod ipse ordinauerit in scripto, retinere.

¶Circa Conuentum.

¶Item ipsius interest cõuẽtui in victu, in vestitu, & infirmitatibus, & alijs necessitatib⁹ prout potest cõmode procurare. In refectorio, in cõmuni minutione, & rasura, & vbiq; libenter esse in conuentu. Singularitates in cibo vel extraordinarijs comestionibus, & hmõi cauere. In vestium pręcio sequi communiatem tam in se quàm in alijs. Singulares prouisiones in necessarijs nulli concedere, sed de communi omnia prouidere, nunquàm apud se vel alium nisi cõmunem custodem, & non nisi pro libris pecuniã habere. Superfluitates in hospitio, & infirmitorio, & horum frequentationes præter necessarias restringere, & in dispensationibus circa corporalia se non facilẽ exhibere. Ipsos quoq; fratres in spiritualibus debet in capitulo ĩformare, ad omne bonum sanctis exhortationibus animare, magis in dulcedine spirit⁹ q̃, per potentiam pertractare. Curandum est ei multum de pace conuentus conseruanda, prout fieri potest. Nec facile deuiandum est ei á concordia ipsius, vel volun

tate, vel cõsilio, vel petitiõe. D3 quoq; ab ipo assignatos hr̃e fratres q audiãt cõputationẽ, & statũ dom⁹ sciant, & de quorũ cõsilio ĩ ędificijs ꝓcedat. Dispẽsationes vero ĩ ieiunijs, ĩ abstinẽtijs cũ toto cõuentu, nunq̃; sunt faciẽdę, & si personis aliqb⁹ sit ĩterdũ merito ĩdulgendũ. Debita magna cõtrahere, vel emptiones, vel vẽditiones magnas vel alia magna, facere ñ d3, sine cõsensu cõuent⁹, vel cõsiliariorũ q ex parte cõuent⁹ adhoc fuerĩt assignati, & qb⁹ super his fuerit cõmissa ptãs. Cũ ãt accedet ad capitulũ, vel alias lõge, d3 sẽ per vicariũ relinq̃re siue suppriorẽ, siue aliũ vtilẽ & idoneũ ꝓ religione, & ꝓut fieri p̃t acceptũ cõitati fratrũ. D3 ãt ei ptãtẽ taxare, & ĩ ijs q̃ vident̃ vtilia ĩstruẽ diligenter. ¶Item cum egreditur ciuitate semper suppriori vel pluribus causam vie quo vadat significare, & interdum ipsi conuentui si maior ratio hoc reqrit.

¶Circa Officiales.

¶Itẽ ad offm̃ ei⁹ pertinet officiales idoneos cũ cõsilio fratrũ discretorũ vel cõstituẽ, vel absoluẽ, ipos vero cõstitutos ĩ suis officijs diligẽter ĩformare, & ptãtem quã eos hr̃e voluerit taxar̃, & si expediẽs viderit ĩscriptis eisdem tradere, licẽtias quoq; aliquas gn̄ales dare d̾ loq̃ndo, vel de remanendo ab horis aliqb⁹ vel alijs qbusdã q̃ ad exeq̃ndũ officia sua nec̃ia reputãtur. Nõ licet aũt ei aliqua officia ad manũ suã tenẽ, nec d̾ ipsis se multũ ĩtromittẽ, sed poti⁹ officialiũ negligentias corrigẽ, & ĩ eis q̃ facienda fuerint ipsos freq̃nter solicitare & ĩstruẽ. Fr̃es vero ipsos perturbãtes corripẽ, reprimẽ, & pacem eis fratrũ ꝓcurare. Cauere etiã ne occasione officiorum ea q̃ sunt ordinis negligant

officia-

officiales,aut omittant,nisi quantum propter officiū compelluntur, vel de licentia rationabiliter eis permissum fuerit,aut concessum.

¶Circa varietates Fratrum suorum.

¶Item ipsius est cognoscere tam interius quam exterius varias conditiones & complexiones, & dispositiones Fratrum suorum,& non eodem modo tractare omnes,& coaptare se quātum rō & religio permittit,singulis,secundum eorum dispositionem,& absq; peccato,debet aliorum infirmitates, & defectus tam morum quâm corporum portare. Aliorum proteruiam & contumaciam humiliare,pusillanimes roborare,desolatos & tristes consolari,nāliter impatientes ad horam sustinere,viciosos debet corrigere, de societate Fratrum eijcere contagiosos, feruentiores plus debito refrenare,periculosos solicitè custodire, ipsosq; si cōtingat interdum exire associare caute,iuuenes de facili non exponere,maturos & idoneos ad fructum faciendum,nō permittere ocio de facili torpere,inutiles ad fructum animarum circa negocia & officia domus occupare. Cū aūt tp̄s extiterit ꝙ Fratres ad p̄dicādum vel q̄rendum neċia fuerint dispergendi,est ei de hoc tractandum cum Fratribus senioribꝰ & discretis. Summopere vero illis qui apti sunt ad magna vel officia Prioratuum, vel Lectoratuū dare opportunitatem ad proficiendum in studio, & ad hoc etiam compellere ipsos cum fuerint negligētes. Sic agendo in similibus & dissimilibus, modo priuate,modo publicè,modo durè,modo blandè,mō verbis,modo disciplinis,modo pęnis,mō recrearionibꝰ, modo

modo per se, modo per alios Fr̄es discretos agendo, modo licentias negando, modo concedēdo, dare debet singulorum & ordinis profectibus operam efficacem. In trahendis vero, & recipiendis nouicijs, tantam debet in deo hr̄e fiduciā, ꝙ nunquàm ꝓpter on⁹ domus aut expensas in vestib⁹, si pauperes fuerint repellat aliquos qui ad ordinem idonei reputantur. Nec rursum debet ita esse facilis ꝙ ordo oneret̄ personis inutilibus & veniat in contemptum. Nullum quoq; debet licentiare ab ordine absq; Magistri vel Prioris prouincialis licentia speciali.

¶Circa Fratres aliorum conuentuum.

¶Item Fr̄ibus & conuentibus vicinis debet se fauorabilē si eo ī aliquo indiguerint exhibere, eis piè in eorum necessitatibus in quibus poterit subuenire, bona aliqua procurare. Aduenientes Fr̄es charitatiuè suscipere & tractare, & secūdū ꝙ eorū stat⁹ reqrit pl⁹ vel minus honorare. Qñ vero de alijs prouincijs venerint lętius eos videre, & in prouisione eorum qb⁹ indiguerint, vt sunt sotulares, naulū vel vestes interdum & hm̄ōi antequàm cogantur petere præuenire, & ipsos cōmodius recreare. Cauendum est tñ ne curialitatis cā ad hospites, Fratres ad hoc se extendant vt in hospitio nimis sine necessitate rōnabili teneantur, vel ꝙ ibidem dissolutiones fiant, vel quæ sunt religionis dissipentur, quin potius ad capitulum euocandi sunt, & corrigēdi charitatiuè, & ad ea seruāda quæ sunt ordinis inducendi, & si necesse fuerit cōpellēdi.

¶Circa Extraneos.

¶Item laborandum est ipsi ad amicos ordinis conseruādos

uandos & multiplicãdos,& hñdam gratiam prelatorum,magnatum,ſacerdotum,cleri,& nobilium,& ſi fieri põt omnium aliorum. Proinde debet oẽs affabiliter recipere,eos ẽt in ſuis negocijs honeſtis libenter per Fr̃es & per ſe iuuare,illorũ aliquos magis interdum viſitare,ad hoſpitalitatem aliquos magis familiares recipere & inuitare, & Fr̃ibus eis notis aliquas licentias ſuper hoc cum expedierit dare.In hoc tñ cauendum eſt ne ſuperfluitates aliquę quæ paupertatem noſtram non deceant pro eis fiant,& ne ad tantam recipiantur familiaritatẽ ꝙ infirma noſtra videntes minus apprecient,quod añ in reuerẽtia habebãt. Prouidendum eſt ei cum diſcretione qui inducantur in hoſpitium,& qui in refectorium,& ꝙ qñ comedũt in hoſpicio pauci Fr̃es aut ĩterdum nulli cum eis comedant. Cum aũt in refectorio,deputandi ſunt Fratres qui eos aſſocient intrando & exeũdo,& eos collocent in ſuis locis,hoc prouiſo ꝙ in menſa Prioris ñ ponãtur paſſim perſonæ minores, nec mutetur ordo deferendi ſcutellas, niſi pro magnis pſonis,ſicut sũt Ep̃i,Comites, & maiores his, & nihilominus vltima ſcutella feratur tunc Priori,& pro hmõi perſonis, & ñ minorib⁹ ĩ refectorio remaneat ad gratias.Alij vero ĩ Eccleſiã ſequanť Fr̃es, vel alij Fr̃es ducant eos ad capitulum vel ad locutorium,& ibi redditis gratijs, ducantur ad lotionem manuum in lauatorio. Maioribus vero qui remanent in refectorio miniſtretur ibi aqua ad lotionem prædictam poſt gratias,& poſtea ſecundum morem patriæ tam hi quàm alij prædicti ducendi ſunt ad hoſpicium,ad bibendũ,vel ad capitulũ

ad

ad loquendum & quocũq; ducẽtur hñda sunt cũ eis verba sancta & ędificatoria. Instruendi sunt quoq; ab eo seruientes, & Fr̃es ad quos supradicta pertinebunt circa prædicta & alia facienda, & prouidendum est ꝙ tales seruitores tunc ponantur, qui omnia expedite faciant & decenter. Cauendum est aũt ne ĩ mẽsa Prioris collocentur nisi personæ dignę reuerentia, nec etiam omnes hmõi immediate iuxta eum collocentur nisi magna reuerentia hoc exquirat, quod ẽt strictius seruandum est circa Priorem prouincialem, & Magistrum cum in illa mensa fuerint. Non debet aũt cedere Magister loco suo qui ẽ añ campanã nisi pro rege vel Cardinali, vel Legato, vel ep̃o, vel electo. Pro Abbatibus vero, & maioribus vt sunt Cluniacenses, Cistercienses, & similes, Archidiaconis, & Decanis, Magister p̃ot aliquantulum cedere ita ꝙ campana sit inter vtrũq;, Priores vero prouinciales vel cõuentuales pro minoribus causis possunt cedere, primo, vel secundo modo ita tamen quòd non sine rationali & decenti causa.

[Circa Fructum animarum.

¶Item ad officium eius pertinet scire clare, & plenę, & cum nescit diligenter certificari ab alijs cuiusmodi p̃tãtem habeat ordo in confessionibus audiendis, in p̃dicationibus, in dispensationibus, & in absolutionibus circa Fratres & alijs multis. Scire etiam cuiusmodi p̃tãtem habeat ip̃e ab Ep̃o suo, vel Ep̃is vicinis, circa confessiones, & absolutiones tam pro se quàm pro alijs Fr̃ibus, & quid in hmõi p̃ot comitere Fr̃ibus, & quid non. Et cauere debet ne vltra p̃tãtem quę hr̃

fiat

fiat aliquid à quocũq;. Procurandum etiam eſt ipſi quid,& quantum,& quibus expediat in hmõi comittere Fribus. Ipſos verò q̃ noui ſunt Sacerdotes, vel etiam antiqui minus inſtructi circa iſta iſtrui diligenter, ne circa ſalutem animarum oberrent. Et licet quantum rõnabiliter fieri põt ſit ei zelandum ꝓ animarum ſalutè,tñ magis expedit pro ordine & Fribus ꝙ minor potius fiat fructus, quã n cum fructu multo fiant Fres occaſio periculi, vel ſcandali: dum minus idonei laxantur indiſcretè ad ꝑdicãdum, ad conſilia danda,& ad confeſſiones audiendas,& ſimilia.

[Circa Temporalia.

[In procurandis quoq; temporalibus ſiue per ſe,ſiue per Fres cauendum eſt ei quãtum fieri põt ne grauẽtur hoĩes notabiliter,& ne fiant quęſtus inhoneſti.Cogitandum quoq; eſt ei ꝙ hmõi ſic acquiſita cũ timore Dei,& parcitate congrua expendantur,nec ꝓpter negligentiam cuſtodiendi depereant vel prodige cõſumantur. In ędificijs verò nulla curioſitas ſed ſola Frum cõmoditas eſt attendenda,qualiſcũq;, & religionis opportunitas eſt ei quærenda. Et quia Fres laici ꝓpter Frum & religionis ſeruicia corporalia cõceſſi ſunt in ordine,non ſunt recipiendi, nec procurandi niſi quibus neceſſario indigent Fratres. Et attendendum eſt ei quòd qui erũt in domo omnes vtiliter occupentur.

[Circa Familiam.

[Familia quoq; non niſi neceſſaria,& de cuius honeſtate & fidelitate firma præſumptio habeatur nullatenus eſt hñda. Circa quam prouidendum eſt etiã, vt

ſi ha-

si habeant Fratrem instructorem & correctorem, vt pev eius diligentiam apud Fratres proficiant ĩ his q̃ pertinent ad salutem animarum suarum. Prouideatur autem ꝙ non sit notabilis in lasciuia vel ętate, vel pulchritudine vel ornatu. Cum autem recipiuntur fiat eis protestatio ꝙ Fr̃es nolunt eis teneri in aliquo quin Fratres possint eos q̃ncũq; voluerĩt etiam sine mercede licentiare vel expellere si sibi â mortalibus peccatis non cauerent vel bona domus distraherent quámdiu essent cum eis. Prouidendum est tñ ipsi ꝙ illi qui laudabiliter Fratribus seruiunt non fraudent iusta retributione, etiam si Fratres ex pacto eis nõ teneantur, & quando incurrent infirmitates vel impotentiam in seruicio Fratrum non expellãtur, sed charitatiuè cum illis agatur.

[De officio Supprioris. Cap. IIII.

[Circa Priores & Maiores.

OFficium Supprioris est, cum institutus fuerit quęrere diligenter á Priore & retinere memoriter, cuiusmodi potestatem vult eum habere, siue in pñtia siue in absentia sua, & non vltra se extendere. Aliqñ etiam eadem quæ dicta sunt de officio Prioris inspicere, & notare quid sibi conuenire possit, siue rõne officij Supprioratus, siue ratione Vicarię, cum Vicarius Prioris relinquitur, & illa cum illis quæ constitutiones sibi concedunt facere solicitè. [Item ipsius ẽ conseruare memoriter mãdata & ordinationes Prioris conuentualis, Visitatoris, Prioris prouincialis, capitulorum gñalium, prouincialium, & dare operam, ꝙ á Fratribus plenariè compleantur. [Item ipsius ẽ

Priorem

Priorem fideliter adiuuare, quærulosorum & turbantium alios nõ se receptorem exhibere & de his quorum curam ei iniunxit Prior, vt hospitum vel infirmorum & huiusmodi, solicitè seruare vel curare. Ad ipsum etiam pertinet pacem Prioris erga conuentum q̃tũ p̃t procurare, & in factis suis quæ turbãt aliquos quantum conscientia permittit, ipsum erga alios excusare, pro his quoq; quæ vtilia sunt conuentui, siue corporalia, siue spiritualia apud ipsum intercedere. Et grauamina si qua facit, eidem ipsi charitatiue oñdere, & qũocunq; occurrerit occasio inter Priorem, & conuentum fidelis mediator esse, Ideo enim Supprior est, & super alios vt sit mediator eorum. Ipsi etiam Priori debet maiora qñ emergunt reseruare, & quæ corrigẽ ñ valet ei denunciare, & de his quę agenda sunt vel corrigenda frequenter cum eo tractare. ¶Item notabilia quę emerserint in absentia Prioris debet eidẽ cum venerit referre, licet fuerint correcta, & circa ea quæ fuerint facienda ab ipso, cum fuerit oblitus, vel negligẽs, aut occupatus alijs, ipsum debet solicitare. ¶Item ipsius interest spãliter Visitatori & ꝓuinciali statum domus, & Frũm, & Prioris enarrare fideliter, & super scribẽ Priori vel capitulo prouinciali vel gñali interdum, cum maior necessitas hoc req̃rit.

¶Circa Conuentum.

¶Item ipsius officium est de conuentu magnã & spãlem curam hr̃e, & quasi continuè cum ipso esse. Cum aũt propter ꝓcessionẽ vel funus, vel alios casus emergentes fuerit conuocandus conuentus, debet de cõuocando ipso, & deducendo, & reducendo diligentẽ

curam habere. Prouidere etiam debet ꝙ non nimis cito vel nimis tarde sed debito modo surgat,ꝙ signa quæ ipsum connocant debito modo fiant,ꝙ nũquã inutiliter moretur aliquid expectãdo,hora debita cõmedat,& intret dormitorium, ꝙ nunquám sine rõnali cã extraordinarie congregat⁹ est omnia fiãt deceñter & ornate. Cum aũt in absentia Prioris tractatur de Priore in connentu,vel de aliquo,siue tp̃e quo tractatur de mittendo ad capitulum,siue alio, debet ipsum regere,& inordinationes & insolentias si quæ emerserint cohibere: Si ãt aliqua ordinantur q̃ Priorem,& alios qui non assunt non expediat scire,põt ĩponere ꝙ illud non reueletur. Ebdomadam ẽt suam vbi non est multitudo Fratrum nimia, debet in conuentu,suo tempore facere. Et in conuentu vbiq; ĩ sinistro choro primum locum hr̃e,& in absentia maiorum signa facẽ in choro,& in fine horarum fidelium dicẽ,& in absentia Prioris q̃ dicta sunt supra de Priore supplere pro eo. [Item debet habere curam ꝙ sigillum conuẽtus custodiatur, & quòd nihil sigilletur cum illo nisi negocia conuentus.

¶Circa Religionem.

¶Item ad ipsum pertinet ꝙ religio in domo plenè seruetur & districtè. Et ideo curare debet & erga Priorem laborare ꝙ habeãtur in domo bñ correcta & bñ legibilia,regula,constõnes,lr̃æ Magistri,acta capitulorum,& p̃cipuę admonitiones,et ꝙ totum officiũ Ecclesiæ diligenter seruetur. Vt aũt per obliuionem ñ negligãtur,debet ordinare cõmunicato cõsilio Prioris si pñs fuerit,ꝙ ĩterdum cum plures Fr̃es ĩtersunt

legantur

legantur constitutiones,& lrę pdictæ, aliq; rubricæ de officijs quorum notitia frequentius indigent Fratres. Debet etiam laborare q̄ habeantur in domo, vitæ patrum,& liber collationū,& hmōi libri,ex quorum lectione proficiunt Fratres in religione,& præcipuè iuuenes solicitare,q̄ in hmōi partem studij ponant,& ordinare q̄ in refectorio in sero legantur.[Itē ipsius est aduertere defectus & offensas,quas faciunt Frēs in quocunq, officio in cōuentu, vel qui aliquid de religione omittunt, vel in aliquo rephensibiliter gerunt se,& ipsos qn̄q; extra capitulum qn̄q; in capitulo accusare & corrigere. [Item si dubietas de aliquo pertinente ad officium vel religionem inter fratres oriatur,certitudinem debet hr̄e á maioribus, & qd' diffinitū fuerit facē obseruare. Manifestos quoq; errores & inordinatos,q. fiūt publicè in cōuentu statim corrigere,maximè in absentia maiorum.

¶Circa vacationem Prioratus.

¶Item ipsius interest vacante Prioratu ad tractādum de Priore creando conuocare conuentum,& cū consilio Fratrum diem ad electionem Prioris assignare, absentes vocandos vocare,dare operam q̄ bon⁹ Prior habeatur. Ad Priorem ꝓuincialem mittere gartiones pro hmōi negocio,vel alios,cum necesse fuerit,& missionem Fratrum quantum cōmodè fieri potest declinare. [Item ad eum pertinet apponere curam quòd Prior citò habeatur, & interim conuētum in bono statu custodiat, quòd pauca immutet, quòd nihil magnum interim attentet,nisi fortè magna necessitas vel euidens vtilitas hoc exposcat, & consiliū

magnum concurrat. Debet quoq; Priorem cum aliunde venerit, vel statum domus vel Fratrum ignorauerit, solicitè in hmōi instruere, prout viderit expedire. Ipsiq; prout poterit solatio esse, onera ipsi⁹ circa primordia maximè, fideliter ferendo.

¶De Officio Magistri Nouiciorū, Cap. V.

¶Circa se ipsum.

OFficium Magistri nouiciorum est in primis inquirere à Priore quam ptātem velit eū hr̄e super nouicios in confessione, & dandis licentijs de loquēdo & hmōi, & in prouidēdo eis in necessitatibus quo ad vestes, quo ad ieiunia, & alijs hmōi. [Item quas licentias gn̄ales vult ei dare rōne officij quo ad personam suam, siue de loquendo cum omnibus, siue cum solis nouicijs, vel de intrando officinas, vel de remanēdo ab horis interdum, & cauere ne licentias petat vel recipiat nisi quas rōnabiliter reputat sibi necessarias propter officium suum, & ꝙ ipsis ad aliud non abutatur. [Item diligentiam magnā apponere debet circa nouicios, sciens ꝙ tota spes eorum religionis, dependet ex informatione eorum primitiua. Se quoq; eis ita amabilem debet reddere, ꝙ sit eis ex hoc occasio libentius in ordine remanendi. [Item respiciēnda sunt ab eo diligenter ea quæ hn̄tur in constōnibus ad eum spectantia, & complenda.

¶Circa ingressum Nouiciorum.

¶Item cum aliquis debet ingredi ducendus est ad eū in aliquo loco ex̄ capitulū idoneū añ q̄ intret capitulum, & ibidem debet dicere aliqua verba ei consolatoria, & inquirere de his quę in capitulo publicè sunt

inqrenda

inquirenda. Et si inuenerit in eo aliquid de impedimentis, debet hoc notificare illi qui habet eum recipere, antequàm vlterius procedatur, & fiat tunc qđ ei videbitur faciendum. Si verò nihil talium inuenerit, nihilominus debet ei dicere, ꝙ hæc inquirent ab eo in capitulo, & q̄uo debeat r̄ndere. [Item ibidem debet eum instruere q̄uo sit venia facienda in capitulo, deinde in choro, & si viderit expedire ei, ipse Magister faciat, vel ab alio fratre faciat fieri coram illo, vt meli⁹ sic addiscat. [Item debet eum instruere qđ debeat facere vel r̄ndere in capitulo ad ea quæ dicentur ei, secundum ꝙ scriptum est in constitutionibus, & quid postmodum sit ei faciendum in choro cum illuc ducitur. [Item debet eum docere q̄uo in capitulo remouebit vestes sęculares vsq; ad tunicam, & ꝓuidere ꝙ omnia pertinentia ad vestes sint parata ī capitulo, añquám eum inducat. Postea debet eum introducere & vsq; ad locum venię ducere & ibidē ꝓpè eum stare & dirigere si necesse fuerit in agendis, & iuuare ad ipsum vestiendum. Et egrediente conuentu ipsum ducere in fine vsq; ad locum venię añ altare, & ibidem interim propè eum stare, quousq; finitis or̄onibus fuerit erigendus ab ipso. Quo erecto ducendus est ab ipso, extracto aliq̄tulum caputio ad receptorem, & aqua b̄ndicta aspersus ad osculum recipiendus, & ab omnibus Fratribus per choros discurrendo, & primo per dextrum deinde per sinistrū, ipso Magistrò eum semper sociante & in omnibus eū dirigente. Deinde ad locum tonsionum immediatè est ducendus ab ipso, prouiso primo ꝙ ī hoc null⁹

ſit defectus. Facta autem tonſura & raſura, poſtmodum citò hora competenti ducēdus eſt ad locum in quo deponat omnes veſtes ſęculares et ſotulares, et ſolum ea quæ ſunt religionis deinde habeat. [In remotione ſęcularium veſtium et indutione regulariũ curialiter eſt inſtruendus.

¶Circa profeſſionem

¶Porrò vt ſciatur quando ſit completus annus ꝓbationis, ſcribēda eſt ab ipſo dies receptionis, et appropinquante termino anni animandus eſt ab ipſo ad ꝓfitendum, ſi viderit eum vtilem pro ordine, aliter nō. Et cum petierit recipi ad profeſſionem añ diem profeſſionis petitionem eius in capitulo proponere debet, et de eo cum requiſitus fuerit ſiue ꝓ eo, ſiue contra eum, fidele teſtimonium perhibere, ita tñ ꝙ per teſtimonium vel conſilium ſuũ nulla mala ſuſpitio poſſit in cordibus Fratrum de ipſo gñari, de aliquibꝰ illorum malorum ſi qua ſunt quæ ipſe per confeſſionē nouit, et aliter et ab alijs neſciuntur: Sanè cum recipiendus fuerit nouicius ad profeſſionem aſſignanda eſt dies profeſſionis, et añ illam inſtru ere eum in omnibus quæ ei tūc fuerint agēda, vcz qualiter venia ſit faciēda, et ad verbum dicētis quid petis, rñdēdum ē, Miſericordiam Dei et vrām. Et cum erectus fuerit, et propoſitum ei fuerit de voluntate profitēdi, qd rñdēdum, et qũo verba profeſſionis ſunt ei cordetenus retinenda, et quomodo flexis genibus int er manꝰ recipientis ſunt dicenda, et quomodo añquàm dicat illa, ſi vult petat quòd mutet ei in profeſſione alia vota ſi qua alia habeat. Deinde quomodo ſolus ille qui

recipit

recipit ad professionem post illum receptum, recipit eum ad osculum pacis. Ad ipsum etiam pertinet ꝓuidere ꝙ aqua benedicta & liber in quo est oro bñdictionis vestium sint impromptu, & bñdicendam vestē offerre bñdicenti, & deinde professo tradē, qđ nō solet fieri nisi de caputio, postmodum aūt debet mittē ꝓfessum ad locum suum. Si aūt viderit expedire debet suggerē Priori ꝙ adhuc ad maiorem humilitatē, & informationem, sit cū alijs nouitijs in capitulo eorum, & sub cura sua ad tp̄s, secundum quod vtilitas illius & ordinis requirit.

¶Circa repulsam.

¶Item ipsius interest cum aliquis minus bñ se habet ī ꝓbatione, circa tp̄s ꝓfessionis consulē ꝙ adhuc stet in ꝓbatione, nisi omnino sit certum ꝙ nullatenus expediat ꝙ recipiatur, & hoc ad videndum si melius se habebit, cum ꝓtestatione tñ, ꝙ adhuc tanq̄ nouicius & solum ad ꝓbationem retinetur. Si ergo bñ se postea habuerit dꝫ ipsi postmodum adiutorium p̄stare, ꝙ ad ꝓfessionem recipiatur. Si āt ñ fuerit spes in ꝓcessu tpis ꝙ bñ se hēat, ꝓcurādū ē ei tā apđ nouitiū q̄ apđ Frēs ꝙ recedat, & dandū ē ei cōsiliū & auxiliū, ꝙ in aliqua religione sibi magis competenti ponat. Non āt debet eē facilis ad repellendū nisi magnę cāę concurrant, & Frībus minus rōnabiliter motis ad repellendum eum, ꝓut melius pōt bono mō contrariū persuadendo, & ꝓ nouicio stare. Nunq̄ aūt repellēdus videtur inuitus nouicius ꝓ illiteratura vel impotentia aliqua, vel deformitate corporali, & hmōi defectibus, qui ab initio noti fuerunt Frībus, nec ꝓpter

infirmitatem superuenientem, nisi â principio receptionis facta fuisset ꝓtestatio expssa, ꝙ ꝓ hmôi casib⁹, vel ꝓ sola voluntate, pñt eum Fres repellẽ si vellent. Cum aũt recedẽ debebit, ꝓuidendum est solicitè ipsi Magistro, ꝙ tam vrbanè & cautè & occultè, & cum oĩbus bonis suis q̃ portare voluerit recedat, ꝙ alijs ñ sit scandalum, nec ipse scandalizatus recedat, sed potius quantum fieri poterit ędificatus, & cum amore ordinis & Fratrum.

¶Circa scholam & capitulum.

¶Item ad eum pertinet laborare ꝙ aliquis locus seq̃ster & remotus ab accessu sęcularium & idoneus habeatur, qui sit quasi schola nouiciorum, ad quem ducendi sunt cum ipse vel alius Fr̃ habuerit loq̃ cũ eis de eorum necessitatibus, & de quocũq; alio, In hoc loco instruendi sunt in cantu, & in legẽdo q̃ nesciũt, & addiscẽ pñt. In hoc repetendũ est ab eis q̃cq̃d hñt legẽ vel cantare in conuentu, & auscultandum, & reddendum cordetenus illud qđ de psalterio, & diuino officio cordetenus scire opꝫ, vcz offm̃ mortuorum, & de Beata Virgine, Psalmi de horis diurnis, & vesperarum per ferias. In hoc faciẽdę sunt eis admonitiones interdum, vel collationes, vel collocutiones ędificatoriæ ab ipso vel Fr̃ibus ad hæc grosis, ipso ꝓcurante, & familiares collocutiones, & consolationes. Cauendum tñ est ei ne Fres quicunq; adiũgant se eis sua voluntate, nisi de sua lĩa, & q̃bus viderit expedire. In hoc ẽt loco docendi sunt, de regula, de constõnibus, de offõ & alijs q̃ ĩ docẽdo locutioné req̃rũt. In hoc ẽt loco (si ali⁹ aptior ñ hr̃) tenendũ ẽ eis capitulũ,

in que

in quo cauendum est quòd nouicius per multos dies non accuset se, nec accusetur, quousq; multoties viderit quomodo alij se accusant vel accusantur, nec molestandi sunt in aliquo pro culpis quas in primis incurrunt. Si verò non fuerit nisi vnus nouicius vel duo, mittendi sunt aliqui de iuuenibus professis ad capitulum eorum, qui coram se accusando, multis diebus, exemplo eorum eos doceant quomodo sunt huiusmodi facienda. Cauendum est autem ipsi magistro ne in capitulo eorum aliquid fiat, qd' alicui verecundiam inducat, & quòd modus capituli scriptus in constitutionibus bene seruetur, & quòd magis informationi eorum intendat quâm punitioni culparum. Sunt etiam instruendi quòd ad locum capituli sui conueniant, cum in capitulo Fratrum dicitur, exeant nouicij, si tunc debet eis capitulum teneri, vel alio tempore cum teneri debet, quomodo finito capitulo recipiant disciplinas qui recipere debent. Et postea vel alio certo tempore & loco assignato ab eo loqui de confessione. Cum autem tanta fuerit multitudo nouiciorum quôd Magister non potest plene sufficere omnibus, potest aliquibus magis nouis aliquos magis instructos assignare, qui circa eos curam habeant de aliquibus, prout eis videbitur expedire. Non tamen debet ita alijs imponere onus, quin ipse nihilominus sit frequenter cum eis, & eis quantum poterit intendat.

¶Circa necessitates.

¶Item ipsis nouicijs semper piè compatiens debet cogitare quòd competenter secundum quòd ordo, &

acult ates permittunt,habeant necessitates in victu, n vestitu,in lecto,in infirmitatibus, & in huiusmodi dispensare quandoq; cum necessitas fuerit in vigilijs & facilè in ieiunijs ordinis. Cauere etiam debet ne singularitatibus aliquibus in abstinentijs, vel vigilijs, vel alijs afflictionibus indiscretis, conterant corpus suum. Porrò circa paupertatem & necessitates quas interdum secundum ordinem oportet sustinere, sic debet eos animare,& ab omni superflua recreatione retrahere vt á principio quantum fieri potest asperis assueti semper ordinem tollerabilius ferant,& declinare prout commndè potest vt causa recreationis ad communè hospicium vel minutionem, vel infirmitorium (vbi interdum fiunt dissolutiones maiores)sed alibi ducantur. Et cum oportebit ducere illuc habeatur cura ab ipso vel ab alio quòd tardè veniant & citò recedant, & Fratres cauti reddantur quòd coram eis dissolutiones non fiant. Ipsos quoq; debet nouicios confortare quòd in quibuscunq; aliquo indiguerint,ad eum sicut ad matrem recurrant. Et debet eos docere vbi sit lectus vel cella sua, vt si die vel noctè ipso indiguerint,sciant vbi poterint eum inuenire, & illuc ad eum recurrant. Debet etiam & docere eos quomodo ĩ necessitate in loco silentij per vnam dictionem vel imperfectè loqui possunt,& quo mõ in huiusmodi locis digito ori superposito sciant petere licentiam loquendi.

[Quo ad membra sua,

[Item ipsius officium est informare diligenter & solicite nouicios circa hominem exteriorem & interiorem.

rem. Circa exteriorem quo ad membra sua, vt manibus caueant ab oī tactu indecenti, & ab iniurioso, pedibus à vagis & incertis discursib⁹, & ne intrent loca ꝓhibita. Cum sederint ne coxas nimis disiunctas teneant, vel vnam tibiam super aliam ponant, cum maturitate incedant, nec se moueant de facili ad eūdum sine cā ꝑmeditata. Cum aūt steterint ñ sicut arundo mobilis, sed potius appareant sicut fixi super gradū suum. Oculis quoq; caueant ab intuitu rei quam nō licet cōcupiscere, à uagatione, ab haustu vanitatis & aspectu turpi & curioso. Linguam assuescant refrenare licet inuitam, & libentius audiant q̃ loquantur. Cum āt loq̄ndum fuerit pauca sint verba, & prius ad limam q̃ ad linguam veniant. Oīb⁹ āt cum reuerentia loquantur per pluralem dicendo poti⁹ vos q̃ p singularem tu, nunq̃ de Frē vel Frib⁹ loq̄ndo vocent eū sine additione h⁹ noīs Fr, nec nomē nouum imponāt Fri, vel impositum recitent vllo mō, nec aliq̄d cum iuramento q̃tūcūq; leui more sęcularium ꝓferant. Cū āt maiorib⁹ loquuntur sp caputium extrahant, Vultū ñ tristem habeant, sed iocundum moderatè. Os ad chachinnos vel ad risus dissolutos ꝓnum ñ hēant, licet ad risus mediocres ipsum īterdum aperiri sit tolerabile. Ceruicem & collum erectam nō habeant, sed poti⁹ mediocriter inclinatam. Iram vel impatiētiam in vultu vel actu aliquo ñ ondant.. Supercilia ñ erecta sed poti⁹ depſſa habeāt. Aures, ñ ad rumores sęculares & ociosa, sed ea q̃ dei sunt & salutaria, faciles & veloces habeant. Nares ad fętores aliquos si occurrant ñ sicut delicati cum scandalo inruēt iu n

nimis

nimis notabilitet obturent,sed ꝓ odorib⁹ in qb⁹ malè delectati fuerant in sęculo ista in pnia patienter ferant. Qď in faciendo venias ñ ꝓsternant se sup vētrem,sed super lat⁹,& in longum,tibiam vnam super aliam tibiam tenendo. In ꝓstrationib⁹ verò sup cubitos se appodiēt,iunctis manib⁹ stando. In inclinationibus verò vsq; circa genua caput deponant. In genuflexionib⁹,stent super genua capite eleuato,

[Quo ad vestes.

[Item quo ad vestes informandi sunt vt eás diligēter secundum modum religiosum nō lasciuium sibi coaptent,in oī loco & tpe ꝓuidentes, ꝙ inferiores tunicæ ñ appareant vltra Superiorem,& ꝙ tunicę ñ nimis sint succintę aut breuiatę notabiliter, & maximè cū trāseunt per villas. Quod capa vel caputium ñ sint vltra formam constōnum longę,in cōuentu,& ī quocūq; loco caputium ñ nimis supet oculos habeāt,qď ad cameras econtrario vadant & stent capitè cooperto. Quod in cameris sedēdo vestes circa se ñ nimis eleuent,sed poti⁹ se ipsos honestè cooperiant. Qď ī discalciando & calciando se sotularibus aut caligis, tibias ñ nimis eleuent. Qď vbicunq; sedeāt caueāt ne vestes eleuentur,ꝙ cum tunicas deponunt retēto caputio,per aperturam tunicam superiorem vel inferiorem si voluerint deponant. Et ꝙ cum intrant lectum aut surgunt vel ad ministrandum in altari se parant, nunꝗ sine caputio in capitè appareant. Qď in conuentuali loco discalciati vel in caligis,vel socis sine sotularibus nunꝗ vadant. Qď sedendo vel inclinando,capam super genua complicēt,vel caputium,

cum

eum fuerint sine capa. Qd' in loco conuentuali, nunq̄ deferant ad modum mantelli, capam, ꝙ in rasura, & lotione capitis, caputium inuersatum retineant, ꝙ in lotione pedum nūq̄ vltra genua se discooperiāt, ꝙ ad primam tunicam cingulum & cordam ꝓ bracali habeant. Qd' ad disciplinas se parando cincti corrigia retenta & capa, & caputio vel caputio solo ꝑ tp̄e Superiores partes tunicarum eadē primo permittāt, & post ea capam vel caputium super caput replicent. Qd' capellum nunq̄ sine necessitate ferrē assuescant, & qn̄ ferunt vile sit, & ꝙ nunq̄ in loco cōuentuali ex̄ caputium appareant. Qd' ꝓuideāt ne pelliceum, ꝑ collum vel aliás appareat vnq̄. Qd' ad ex̄neos cū bottis magnis nunq̄ vadāt, & de die sine necessitate nunq̄ ferant, ꝙ cum iacent caputium vel in capitè retineant, vel de ipso caput cooperiant, & ꝙ sic ſꝑ se cooperiant, ꝙ aliq̄d indecens in eis videri nunq̄ contingat. Qd' lectum postq̄ surrexerint decēter cooperiant, & ꝙ subtus vel circa nihil appareat qd' videri vel n̄ deceat, vel n̄ expediat. Qd' lectisternia & vestes mundè custodiant, & n̄ sub lecto sed in loco honesto alio replicato reponant, & interdum excutiant & tp̄e suo ad lauandum tradant, & de mō excutiēdi doceātur. Qd' cum seruiunt in refectorio vel hospitio capā deponant. Cum āt in lauandis pedib⁹ vel capitib⁹ occupantur honestè se succingant, caputij prima parte cum corrigia ligata. Qd' ad lectum vel cellam alteri⁹ sine cā valde neēia n̄ accedant. Qd' vestes vel sotulares (cum alij indigēt) hı̄ta lı̄ia libēter concedāt. Qd' abiectas & humiles vestes carius complectātur.

Qd'

Qđ qñ noue dantur vetēs sem p reddant,quæ sunt vl tra numerum in constitutionibus expressum.

[Circa loca & primo de choro.

[Itē ad offm̄ ei⁹ pertinet instruē eos circa loca q̄ eis licet intrare sine lnia & q̄ ñ, & qñ fiunt signa ad q̄ loca dñt cōuenire secundū varietatē signorum,siue ad Ecclesiā,siue ad capitulum,siue ad scholā, siue ad refectorium,siue ad collationē,siue ad repetitionē officij siue ad infirmitorium cum infirmi fuerint,siue ad mixtum nouiciorum & hmōi. [Itē ꝙ nunq̄ se ingerant inter Frēs colloq̄ntes,nisi vocati fuerint aut adducti, ꝙ ī oī loco vbi conuētus fuerit congregat⁹ religiosi⁹ & maturi⁹ se gerāt,& in choro p̄ceteris,p̄cipuè qñ ministrāt ibi in aliquo offō, vel qñ fiunt admonitiones, ad orōnes solēnes,vt in die parasceue ad adorationē crucis,vel oblationē vt in festo Purificationis cū cerei offerūtur & hmōi,maximè verò tp̄e cōmunionis, circa q̄ & similia instruēdi sunt,qūo se hēant secundū formam traditam in ordinario,cui⁹ rubricę ad hæc p tinētes suis tēporib⁹ sunt eis exponēdę, & addēda q̄ ī illis min⁹ pleni⁹ continētur,sicut ē ꝙ mapā cum duab⁹ manib⁹ vrbanè sub mēto applicēt, ꝙ recepta hostia terrā ñ osculētur,sed solum aliq̄tulū caput inclinēt, & recedāt ad locum vbi flexis genib⁹ hostiā cōsumāt qua consumpta ad calicē cum reuērētia accedant, et alia ad hmōi p̄tinētia ordinatè faciant et honestè. Docēdi sunt ēt quos libros et qb⁹ horis ad chorum deferant,et vt finitis horis reponāt eosdē decēter, et qūo de noctè candelas p absconsis accēdant tēpestiuè,et ad libros ipsas teneant,cauētes vt poterūt ne lumine

lędāt

lędant oculos aliorum,& cum alijs diligenter cantēt & psallant.

[Circa refectorium.

[Item instruendi sunt circa refectorium quõ lauãdæ sunt manus ad qđ cum primo dñt venire vestes replicent,ne eas deturpent:& vbi lotis manibus sedeant.quõ intrantes refectoriũ añ imaginem q̃ ẽ añ mẽ sam Prioris aliq̃tulum inclinent. Qđ in prãdio vel cœna ordinate intrent,& sedeant, & exeant, sua loca tenentes. In collatione verò ñ exigitur istud. Qđ collocantes se ad sedendum ñ nimis vnus super aliũ se comprimant,sed tm̃ sit spacium ꝙ competẽter in illo valeant excreare,ꝙ se collocent añ ꝑparatam aliquam portionem. Qđ ñ nimis citò postq̃ sederint ad modum glutonum comedẽ incipiant, sed cũ maturitate mapa explicata & pane incifo. Qđ panem vel aliã pitantiã superfluè ñ scindãt vel in frusta ñ cõminuant,sed solum q̃tum comedent. Qđ paraturas panis notabiles ñ faciant. Qđ vinum (nisi temperatum fuerit) temperare assuescant. Qđ à detur patione manicarum & capę vel mappę nimia caueãt. Qđ ꝓ modica effusione vini vel aquę,vel alijs hmõi minimis in fine veniam facẽ ñ opꝫ. Qđ singularitates in comestione ñ faciant: sed comedant qđ apponitur cum grãrum actione,& si aliqđ genus ciborum ñ consueuerint comedẽ,assuescant, vt possint ĩcõsueta comedẽ. Qđ scutellas qñ comederint qđ placebit,ponant in loco apto ministris ad tollẽdum, Qđ oculos vagos ad respiciendum qd alij faciant ñ habeant. Qđ circa finem mensę aduertant qñ alij

finiũt

finiunt comeſtionem, ꝙ eos in ꝓtrahendo comeſtionem expectare ñ faciant: Qđ cum alij replicare mapas cęperint, & ipſi replicent decenter, ſemper reliqas & panem remouendum añponant, vel ſeruitorib⁹ diſcurrentibus ad tollendum in caniſtro eorum ꝓijciant decenter. Qđ ēt p̄dicta & alia hmõi q̄ ad honeſtatem pertinent ſeruent: & alibi vbicunq, eos comedē contingat, & magis qñ ſęculares cõtingerit intereſſe. Qđ niſi forte aliqñ data fuerit licentia loqndi ab aliquo qui hoc poſſit, nihilominus ſeruent ſilētium aut valdè parum loquantur.

[Circa locutorium.

¶Item iuſtruendi ſunt ꝙ ad locutionem, vel ad locũ alium loq̄ndi facilè ñ vadãt niſi vocati fuerint, vel ex aliqua cã rõnabili & p̄meditata. Tolerabile eſt aũt vt interdum vadant illuc ad horam, ꝓpter tollēdum faſtidium vel aliquam recreationem hñdam, ſed cum lnía, ſpãli ad hoc ſocio deputato, qui ad recreationē honeſtam eis faciendam idoneus reputetur. Verum in hmõi locis ñ ē loq̄ndum de facili niſi ſedendo & ſine clamore, et nunq̄ eſt coram nouicijs diſputãdum vel contentioſè loq̄ndum, ſed de aliquo vtili q̄rendũ vel conferendum. Si aũt ad ſęculares vocati fuerint nũq̄ ſine lnía ſpãli et ſocio ad hoc deputato ē ad eos eundum. Cum ãt ſunt cum eis dñt dare operam vt eos ędificēt, religiosè et maturè ſe hñdo, vultus hilaritatem p̄tendendo, de rumoribus ñ curando, verba ſalutaria inferendo, eis ſi peruerſi fuerint improbando, qđ fecerint fortiter deteſtando et eis de religione vel pnía potius perſuadendo, et periculum ſtatus

ſęcularis

fęcularis oñdendo. Non aũt eſt immorandum cum eis ĩ quacũq; locutione,ſed inuenta curialr̃ aliqua oc caſione recedendum,eſt feſtinè. [Item docendi sũt ꝙ ſemper libentius morentur in clauſtro·cum Fr̃ib⁹, q̃ ex̃ cum ſęcularibus. [Item qd̃ libentius ĩ clauſtro morentur in loco ſilentij,vt ſunt cella,oratorium & hmõi,q̃ freq̃ntent locutoria. [Item ꝙ libentius interſint in locis oĩbus cum conuentu,q̃ ex̃ in locis alijs ex̃ conuentum vt ſunt hoſpicium,infirmitorium, et hmõi. [Item ꝙ libentius declinent ad loca vbi sũt maturi et religioſi aggregati,q̃vbi ſunt diſſoluti et le ues. [Item ꝙ libentius currant ad loca in quibus au diuntur vtilia,vt ſunt ſcholę et locus collationum, q̃ ad alia in quibus contingit interdum audiri inutilia vt ſunt ortus,et plateę curioſorum. [Item ꝙ libentius veniant ad loca in quibus ĩ aliqua actione ſalubri occupantur,vt eſt locio pedum vel veſtium,q̃ inutiliter diſcurrant ꝑ domum. [Item ꝙ plus diligant loca in quibus exercentur magis vtilia.ſ. ꝑtinentia, ad religionẽ et virtutẽ,vt ẽ capitulum ęt oratoriũ, q̃ alia in quibus minus vtilia,vt pertinẽtia ad ſciam,vel cor poris neceſſitatem,vt ſunt ſcholæ,infirmitorium,refectorium et huiuſmodi.

[Circa tempus.

¶Item inſtruendi ſunt circa tp̃s ꝙ ipſum ñ ſolum qñ ſunt in occupationibus conuentualibus ſed etiam to tum reſiduum vtiliter expendant. Et iõ inter duo ſigna poſt dictum offĩ d̃ Btã Virgĩne, et qñcũq; conuentus congregatur vel congręgat⁹ aliquid expectat ęt intrando lęctum ęt ſurgęndo, vel in lecto cum iacentęs

iacentes dormire ñ pñt, vel cum spaciando per ortũ vel claustrum deambulant soli, & hmõi similib⁹ temporibus, dñt aliquas orones dicẽ vel aliquid salubrè meditari. Silr̃ tp̃s qd̃ est inter grarũ actiones & dormitionem in ęstatè post prandium in orone vel lectione, vel aliqua actione vtili sub silentio occupent. Itẽ tp̃s ꝙ qñq; conceditur ad loq̃ndum si in hoc recreari moderatè voluerint, reddẽ sibi vtiles recreatiões huiusmodi ad finem debitum dirigendo, vcz vt fortiores ex hoc reddantur ad ordinis actiones, & seruiciũ Creatoris, vel in hmõi recreationibus de repetitionibus lectionum, disputationum, vel sermonum, vel alijs vtilibus cum alijs pertractando, vel dũ his vacant ab alijs, vel aliquibus q̃ sibi agenda sunt, vt si hñt aliquid facẽ in vestiaria vel similibus tunc intendendo. Sunt etiam docendi ꝙ in cella nunq̃ sint ociosi sed legant, aut scribant, aut orent aut meditent̃ vtilia. Itẽ iuuando Fratres in quibuscũq; officijs vel seruicijs libenter occupent̃. Qd̃ ñ de facili ociosi discurrant, ꝙ aliqua mechanica q̃ nesciunt vt sunt scribẽ q nesciunt, vel similia, interdũ addiscãt, Qd̃ ad offiñ mortuorum ex̃ordinarium libenter remaneant. Qd̃ in itinẽ rumores & ociosa declinent, sed de aliquo vtili q̃rant vel conferant cum socio vel cum alijs, cum q̄bus fuerint, siue in domo, siue in via, ꝙ aliquem librũ ferant in quo cum non melius fecerint & vacauerint vt semper legant.

¶Circa seruicia.

¶Item ipsius est instruẽ nouicios qũo seruire dñt in missis priuatis, in ministerio altaris, in cõuentu, & in

incensando chorum,in refectorio,& hmōi,tam ī spiritualibus q̄ corporalibus seruitijs diuersis,secundū ꝙ in rubricis & in descriptionibus officiorum diuersorum continetur,& addat quod minus cōtinetur ī illis. Sunt ēt aīandi ꝙ libenter in hmōi seruiant vel suppleant vices Fratrum cum fuerint requisiti,& p̄cipuè in magis humilibus,sicut est lotio pedum,mūdatio domus,lotio vestium,seruire īfirmis,parare mortuos & hmōi. Cauendum est tñ ei ne de facili occupentur in seruitijs ex̄ conuentum, ꝓpter dissolutiones quas facilius videre ibidem possunt.

¶Circa reuerentiam.

¶Item instruendi sunt ꝙ reuerenter se semper habeant & vbiq;. Qdꝰ qñ transeunt añ imaginem aliquā vel altare,vel alia sacra inclinent, & caputium ex̄hāt aliq̄tulum. Qdꝰ in offō diuino dicendo ex̄ chorum reuerenter se gerant,cum maturitate,dicendo quod dicendum est solicitè ꝓuidendo, in nullo alio se occupādo,& humiliter inclinationes & ꝓstrationes bono mō faciendo,ꝙ ñ solum p̄latis suis īmo ēt oībꝰhonorem exhibeant,& p̄cipuè senibꝰ sacerdotibꝰ,Prioribus ī ordine,sc̄itate famosis & hmōi,ꝓut variè cōditiones reqrunt. Fit aūt reuerentia hæc multis modis.s.cum transeunti assurgitur, cum añ aliū ñ nimis ꝓpè transitur,cum añ alium inclinatur, aut genuflectitur,cum sedenti decenter assistitur,cū iuxta sedentem sedē volens aliq̄tulum à lōgè se collocat,vel sedē volenti sedens assurgit,vel cedit,vel loq volens añ alium ex̄hit caputium,vel ī humili seruitio ministrat, vel alium in via,vel in oī verbo añponit,vel cum p̄ire

ĩ aliquo cogitur cum oĩ reuerentia hoc facit,& alijs varijs modis,q̃ ſcd̃m plus & minus ſunt exhibẽda di uerſis,& p̃cipuè p̃latis ñ ſolum ordinis ſed ẽt Epis, q̄ bus ſcd̃m conſuetudinem regionum ſunt interdum manus oſculandæ vel genuflexiones faciendæ, ſimili ter regibus & magnatibus.

¶Circa confeſſionem

¶Itẽ inſtruẽ dꝫ eos circa confeſſionem qũo plenè, & bñ confiteri ſciant,ſupplendo cum neſciunt per ĩterrogationem de pc̃tõrum gñibꝰ & circunſtãtijs, quot & de quibus circunſtantijs debeant confiteri, ¶Item qñ recordant̃ vel aduertunt in ſcripturis aliqd̃ pc̃m̃ qd̃ añ neſciebant,vel qd̃ ñ ſunt confeſſi,vel aliq̄d d̃ nouo occurrerit in cogitationibus,vel omiſſione ali cuius eorum q̃ ſunt de ordine & ſimilibꝰ,dñt citò ve nire ad confitendum iſta. ¶Item qũo pñt ſcribẽ con feſſionem,vt per ſcriptum melius ſciant qñ erunt ple nè & bñ confeſſi. ¶Item attendendum ẽ ei ꝙ det eis bona conſilia qũo expediantur de reſtõnibus,de irre gularitatibus,de votis ſi in iſtis fuerint irretiti. ¶Itẽ & docendi ſunt ꝙ in confeſſione nihil celent,nec d̃ p̃ teritis,nec de emergentibus,nec de temptationibus q̄buſcunq;,nec de viſionibus aut viſitationibꝰ ſibi ac cidentibus, nec de ſingularitatibus ſi quas ſupra alios facẽ voluerint,& ꝙ ſuper his & ſimilibꝰ ſẽper credant Magiſtro ſuo,ne forte aliquo mõ decipiantur. ¶Item cum fuerint nimis ſcrupuloſi, qũo ñ oporteat eos de aliquibus vel timẽ,vel confiteri, cum autẽ fuerint negligentes circa confeſſionem, ꝙ certo & aſſignato tempore confiteantur. ¶Item qũo venientes ad

ad confessionem dn̄t facē veniā,& dicē mea culpa: & erecti flexis genibus,inclinato capite, & ꝓcumbētes exᵗcto caputio incipè dn̄t,dicendo Confiteor Deo,& Beatæ Marię,& Btō Dn̄ico,& oībus Sc̄is,& tibi Pr̄ q̄a peccaui nimis cogitatione,locutione opere,& omissione,mea culpa,vel cā breuitatis,sic dicē,mea culpa, ego peccaui in hoc,& in hoc,& in fine dicē,& in multis alijs mea culpa,p̄cor tè ora ꝓ me,& recepta pn̄ia, & absolutione,& completa instructione, si in aliquo confessor eum īstruē voluerit,surgē dз,caputium reponendo vt primo. ⁋Itē ꝙ nunq̄ cum conscīa alicuiꝰ pc̄tī mortalis ingrediantur lectum de noctè, vel accedant ad Sacr̄m aliqđ vel ministerium Missæ,siue ī cōuentu,siue in priuatis Missis,nisi prius confiteantur. ⁋Itē ꝙ n̄ confiteant̄ nisi Magistro suo,vel Priori sine licentia spāli. ⁋Itē ꝙ qn̄ per primam confessionē gn̄alem n̄ ē eorum conscientijs satisfactum plenè,pn̄t secundo vel pluries confessionē gn̄alem iterare, vt tūc eis plenius satisfiat cum sciunt melius confiteri.

⁋Circa Orationes.

⁋Itē circa orōnem debet eos instruē ꝙ n̄ solum Psalmos vel orōnes formatas dn̄t dicē,īmo secūdum varias necessitates mō ꝓ pc̄tō vel offensa tali vel talibꝰ remittendis,vel cauendis,vel ꝓ talibus defectibꝰ tollendis,vel talibus gr̄ijs aut virtutibus conferendis,& similibus deuotè supplicare. ⁋Itē ꝙ in orōne ad contritionem vel deuotionem incitandam potius dn̄t ītendē,q̄ in multis dicendis laborare. ⁋Itē n̄ solū sui, sed ēt parētum & amicorum familiarium,& bn̄factorum,& ēt perfectorum,& infidelium, Deū ignorātiū,

& aliorum qui adhuc longè sunt à Deo,& per diuersa detinent pctã,dñt memores eẽ. [Itẽ tẽpora ociosa dñt in aliqua orone occupare,&aliquem locum ad hoc idoneum in Ecclesia eligẽ, vel añ altaria singula discurrendo ibidem ad quodlibet aliquã oronem face spãlem,vel in quocunq; loco facẽ idem. [Item ꝙ in oronibus cõibus magis q̃ in priuatis dñt confidẽ, & illis libentius interesse,siue in horis, siue in priuatis post Completorium, post Matutinas, & ꝙ ad hæc bñ & deuotè dicenda dñt magnam curam adhibẽ, & ꝙ añ plenam terminationem horarum vel grarum à choro sine necessitate ñ recedant, nec ẽt ipsis terminatis nisi prius aliquantulùm orent vel Deo se cõmẽdent. [Item ꝙ cum legendo vel audiendo intelligũt aliqua in quibus peccauerunt vel omittendo vel cõmittendo,vel aliqua bona q̃ eis desunt,dñt in ipsa lectione conuerti ad oronẽ,ꝓ malis amouendis vel bonis adipiscẽdis. [Item q̃uo ĩ perplexitatibus dubijs, & temptationibus, & difficultatibus, & in principio nouarum actionum ad oronẽ recurrẽ, & q̃uo ꝓ malis quibuscunq; q̃ vident vel audiunt tollendis vel remittendis,assuescẽ supplicare;& ꝓ bonis gr̃as agẽ,et in omnibus tã ꝓsperis q̃ aduersis semper Deum laudare. [Item q̃uo laborare dñt vt ĩ his q̃ dicunt orando cor versetur,qd' si ñ semper fecerint ñ tñ dñt ꝓpter hoc desperare qn orones sint fructuosę, nec ꝓpter impugnationes quas acriores interdum ibi faciunt inimici:dñt eis cedẽ et orationes dimittẽ. [Item ꝙ in orando ñ dñt se super ventrem,nec in cruce extendẽ vel caput nimis inclinatum tenẽ,sed potiꝰ stan-

do su

do super genua erecti, vel aliquantulum incuruati orare debent.

[Circa Studium.

¶Item instruendi sunt ab ipso circa Studium ꝙ secularibus scientijs neglectis, se totos transferant ad diuinas, et inter alias à principio magis vacent vtilibus et planis, q̄ subtilioribus et obscurioribus, et p̄cipuè illis q̄ vtiliores sunt ad informationem et inflāmationē ipsorum: vt sunt liber Vgonis de scīa, lib de claustro aīæ, Meditationes Btī Bernardi, Meditationes et orōnes Anselmi, liber confessionum Augustini, et collationes, et Vitæ Patrum et dicta eorum, Passiones et Legendæ Sanctorum, Epistola ad Fr̄es de Monte Dei Bernardus de Gradibus superbiæ. [Item de diligendo Deum, liber Barlaam. Tractatus di vicijs et virtutibus et similia. [Item ꝙ potius intendant pauca sapere et memoriæ cōmendare, et circa illa se afficē, et se informare, q̄ multa legē. [Item qn̄cunq; aliqua audiant vel legant considerent si possint eis ad aliq̄d valē, et inde aliquā ędificationem trahē. [Itē ꝙ semper libenter audiant, et ad docendum non festinent. [Itē ꝙ qn̄ incipiunt facē collationes vel sermones potius studeant circa bonum modum dicendi, et vtilē mām, q̄ circa multitudinem verborum, et ꝙ semper multitudinem caueant siue in audiēdo lectiones plures et nimias, siue in legendo nimis, siue in docendo multa, in collationibus, et in sermonibus, et lectionibus si qn̄q; contingat ipsos lectores fieri. [Itē ꝙ nunq̄ sic sint ardētes circa sciām, ꝙ ꝓpter studium negligant ea q̄ sunt religionis vel virtutum vel charitatis:

Itē ꝙ nunq̃ dr̃ libris et scriptis suis sint auari, sed libēter illa alijs comunicent,et ꝙ nunq̃ confidētiam dr̃ sciendo aliquid ponant in scriptis,sed potius ingenium et memoriam excitent ad sciendum cordetenus quicquid possunt.

Circa Meditationes

Item circa Meditationes instruendi sunt ꝙ tps ĩterdum expēdant,vel cum sunt in via,vel cum per claustrum,vel ortum,vel alibi per domum quasi spaciando deambulant,vel cum sunt ĩ orōnibus secretis vel in cella,vel in lecto vigilando quiescunt. Sunt āt Meditationes hmõi hñdæ qñq; circa Dei bñficia gñalia vel particularia,qñq; circa pc̄tā ingratitudinis humani gñis gñalia vel ꝓpria,modo circa opera creatiōis modo circa opera redēptionis vt ē incarnatio,passio et hmõi,mō circa p̄mia bonorū,mō circa pęnas malorum,mō circa vindictas iam factas,mō circa misericordias exhibitas,mō circa creaturas,mō circa scripturas,mō circa ꝓprios defectus,mō circa ꝓfect9,mō circa fallacias demonum,mō circa ministeria āgelorum,mō circa exēpla Sanctorum, mō circa peruersitates peruersorum,mō circa statum suum interiorē, mō circa exteriorem,mō circa facta recogitādo, mō circa fācta faciendo,modo circa Dei oĩpotentiā,modo circa ei9 sciam,modo circa bonitatem,modo circa seueritatem,modo circa eius misericordiam,modo circa iustitiam,modo circa iudicia manifesta, modo circa occulta. Sunt āt ĩ hmõi et similibus diuersę trahendæ affectiones,modo spei,modo timoris, modo amoris,modo doloris, modo gemitus de malis,

mō

modo suspiria ad bona, modo admirationis, mō exclamationis, modo gratiarum actionis, modo supplicationis, modo verecundiæ, modo reuerentiæ & huiusmodi, quæ per experientiam melius quàm per doctrinam addiscuntur.

[Circa alia exercitia multa.

¶Item instruendi sunt ꝙ dᵉ visionibus videndis & miraculis faciendis non curent, cum hæc parum valeāt ad salutem, & interdum in his homines illudant, sed potius curent de virtutum operibus, in quibus salus consistit. [Item ꝙ si consolationes diuinas quas audiunt alios recipē ñ hñt, ñ inde contristentur, sed sciant hoc interdum ex cā subtrahē pium patrem. [Item ꝙ si compunctionis vel deuotionis gratiam ñ hñt, nō ex hoc reputent se ñ eē in statu bono, dūmō bonā habeant voluntatem, cum ipsam solum respiciat deus. [Item circa conscīam dirigendi sunt, ꝙ ipsi purgandę curam magnam habeant & apponant, ꝙ ñ nimis scrupulosam vel audacem habeant, ꝙ contra ipsam nihil faciant, ꝙ erroneam ad consilium deponant. [Item intētionem in omnibus operibus saltem á principio ad Deum erigant, & vana si qñ aduenerint abijciant. [Item ꝙ nullam affectionem carnalem ad aliquā personam habeant suspectam, vel ī se diu durare permittant, & ꝙ caueant ne affectiones sanctæ ī carnales trāseant. [Item ꝙ propriam voluntatem frangē assuescant, sensum singularem pęnitus dimittāt, priuatum amorem ad aliquid nunꝗ habeant. [Item ꝙ in oīb' obedientiam ꝑponant, & propter ipsam oīa alia etiā bona dimittant. Qdᵉ tam sibi ꝗ alijs in melioribus

bonis q̃ minoribus libentius vacent & intendāt. Qđ virtutes eorum quos audiunt laudabili⁹ viuē diligenter notent, & imitentur ꝓ posse. Quæ aūt supra ipsorum vires vel nām sunt, potius admirētur q̃ imitentur. Qđ super lapsus aliorum non indigentur, sed compatiantur, & sibi de similibus timeāt. Qđ đ factis aliorum non cogitent, nec đ dom⁹ negocijs sint in aliquo soliciti, sed tm̄mō de se. Qđ omnia agant cum discretione, q̄ summè consistit in hoc vt ñ sensu suo se regant sed alterius, & maximè Magistri sui. Qđ ea q̄ audiunt in scripturis de virtutibus & operibus Deo acceptis studeant exercere, & vicia seu mala quæ quotidiè in ipsis scripturis plus & plus cognoscunt diligenter cauere.

¶De Officio Magistri Conuersorum. Cap. VI.

AD Officium Magistri Conuersorum pertinet scire â Priore postq̃ imposuerit ei istud offm̄, qualē vult eum hr̄e ptātem super eos, siue nouicios, siue ꝓfessos, siue in confessionibus, siue in licentijs dandis, siue in corrigendis excessibus. ¶Item respicere diligenter quæ p̄dicta sunt de offō Magr̄i nouiciorum, & illa quæ de illis ad conuersos siue nouicios, siue ꝓfessos pertinere pn̄t notare, & circa illos executioni mādare. ¶Item debet eisdem exponere de regula & cōstōnibus q̄ ad eos pertinent, & ea quæ dn̄r in actis capitulorum gn̄alium, vél ꝓuincialium, vel in capitulo conuentuali, vel á Priore conuentualis vel â Priore prouinciali, vel visitatoribus, vel ab Suppriore, vel Vicarijs ipsorum, ad eos pertinentia solicitè retinere, & eisdem notificare, & obseruanda imponere, & Pa-

ter

ter noster,& Aue Maria, & Credo in Deum tantum, cum nesciunt, docere non in scriptis sed cordeten⁹. ¶Item debet eis tenē capitulum tempore & loco ad hoc à Priore assignato,& accusationes fratrum clericorum quas in capitulo suo vel extra de eis faciūt retinē,& eos super his in suo capitulo ꝓclamare, & fratres clericos qui interdum ad capitulum eorum ꝓpter hoc veniūt recipere ad accusandum, & excessus maiores Priori relinquere ad corrigendum. ¶Ipsum quoq; Priorem conuentualem inuitare frequēter ad tenēdum eis capitulum,& tam ipsum visitatorem q̃ etiam Priorem prouincialem (cum ad domum veniunt) de corrigendis circa ipsos debet instruere. ¶Itē studium debet apponē vt fiant eis exhortationes vtiles & ad statum suum pertinentes, siue sermones,siue collationes,siue per alium,siue per se,ita tñ ꝙ pauca semper dicant eis vna vice. Procurare etiam debet ꝙ sit aliqđ signum in domo per qđ conuocentur,vel ad suum capitulum vel ad capitulum clericorum,secundum diuersitatē signorum,& cum vocandi fuerint debet illa signa facē. Accusationes quoq; eorum contra clericos (si quas hñt) dꝫ ex parte ipsorum in capitulo clericorū facē,& molestatores eorum accusare,& ab iniurijs aliorum ꝓut pōt defendē,& cum irrōnabiliter aliqui insurgunt in eos in capitulo vel ex̃ q̃tum pōt cum bona consciā eorū īnocentiam oñdere,& ī sua iustitia semper eos fouē piè, ¶Item dꝫ eē certus ꝙ confiteant̃ freq̃nter vel sibi, vel Priori,vel alij de lnīa spāli. Et si negligentes fuerint statuē eis certum tp̄s & locum in quibus confiteant̃.

¶Item debet eos in officijs quæ eis imponuntur interdũ inſtruẽ, qñ̃o illa faciãt ſolicitè & plenè & diligenter. ¶Item illis qui neſciunt aliquam artem in ordine neçiam d; aſſignare de illis qui ſciũt aliquem fratrem qui eos doceat aliquam artẽ hmõi & ad diſcendum eos compellere. ¶Item d; eos ſummè incitare ad laborandum ſemper & libenter in aliquo ope pro cõuentu, & ꝓpter hoc licentiare eos ab oĩbus horis, ſiue de die, ſiue de nocte, ꝓterq̃ à Completorio, à quo non ſunt lnĩandi niſi ꝓpter ſeruicia q̃ tunc ex neceſſitate ſunt facienda. In feſtis etiã ſimiliter ſunt lnĩandi ꝓpter officia q̃ tunc op; fieri, etiã concedendum eſt eis ꝙ nunq̃ teneantur ad Miſſam cõuentualem vel horas canonicas ꝑter Cõpletorium, ſed ſufficiat eos audire aliquam Miſſam priuatã, & dicẽ horas vbi voluerint, cum aliquibus operibus fuerit vacandum. Illis etiam qui inſtãte hora dormitionis de die laborant, poterit indulgeri ne ſurgant ad Matutinas. Coercendi ſunt etiã à multitudine Miſſarum audiendarum, & ab audiendo horas conuentuales, cum ꝓpter hoc labores omittunt. Inſtruendi ſũnt etiã diligenter ab eo qñ ſunt inter ex̃neos, vt honeſtè ſe habeant & matũre, & ꝙ ad menſas magnorum ſe nõ collocẽt niſi inuitati, & tunc etiam cum quadam difficultate. ¶Item debet eſſe ſolicitus pro eis, ꝙ in infirmitatibus & alijs eorum neceſſitatibus charitatiuè miniſtrẽtur eis neçia. ¶Item cum ſenſerit eos ſcãdalizatos ex aliquibus ordinationibus, q̃ interdum fiunt circa eos per capitula vel maiores q̃ reputãt fieri in eorum cõtemptu piè & prudenter debet eos ſedare, oñdendo

qũo non in contemptu eorum hæc fiant,sed propter aliquam cãm rõnabilem.sicut supra Priores & lectores,& alios interdum fiunt similia non in contemptu eorum,sed propter aliquam vtilitatem ordinis,osten dendo qũo in magno statu & honorabili magis sunt apud nos q̃ alij conuersi in alijs ordinib⁹. ¶Itẽ dʒ eis reducẽ ad memoriam qũo faciunt eandem professio nem quam & clerici,vt ex hoc intelligãt se ita obliga tos ad ea q̃ sunt ordinis,& sic ñ negligãt ea q̃ sunt religionis. ¶Item vbi hñt dormitorium separatum dʒ iacẽ cũ eis, vbi verò ñ hñt separatũ dʒ saltem iacẽ ꝓpè eos. Dʒ etiam q̃nq; de eis solicitudinem spãlem hr̃e & vbiq; notare defectus & offensas eorum,& ipsos charitatiuè corrigere vel ad partem,vel in capitu lo. Cum aliqui fuerint ei inobedientes,quod supra vires suas est,debet maioribus referre,vt per eos me lius emendentur.

¶De Officio Correctoris familiæ.

Cap. VII.

FRater cui imponitur ꝙ habeat curam de familia, dʒ p̃ceteris fratribus curare ꝙ nõ recipiãtur ĩ familia nisi tales dr̃ quib⁹ sit bona spes ꝙ honestè se habeant inter fratres. Cum aũt recepti fuerint, dʒ hr̃e curam ꝙ sibi vel alij confiteantur freq̃nter, & de hoc dʒ eẽ certus. Instruendi sunt etiam ab eo cum ei cõfitentur ipso procurante,circa cõfessionem, ꝙ plenè sint confessi,& ꝙ sciant bñ cõfiteri. ¶Item informãn di sunt ab eo singulariter & insimul de modo hñdi se honestè,& cogitãdi & laborandi ꝓ salutẽ sua,& ĩterdum faciedę sunt eis aliquę collationes ab ipo vel ab

alio

alio ipſo procurante & ordinante,& faciendi ſunt venire ad ſermones qui fiunt ad populum in domo cũ poſſunt,vel ad ſermonem qui fit conuerſis interdum ſi Priori viſum fuerit . [Item ꝙ laborent fideliter & diligenter in ſuis officijs,& q̃ fuerint ĩ coquina mundè faciant omnia,& bono mõ, parẽt q̃ habuerint ibi p̃parare,& ea q̃ neſciunt ſolicitè addiſcant, vel à fratribus,vel ab alijs dꝛ familia qui ſciunt . [Item ꝙ per villam non diſcurrant niſi pro neceſſitatibus domus & cum lnĩa,nec pro ſeruicijs fratrum ſp̃alibus dimittant cõia,niſi dꝛ lnĩa p̃lati ſp̃ali & gñali . [Itẽ dʒ Priori oñdẽ,& apud eum procurare ſi clauſura domus eſt minus bona,ꝙ ſic aptetur ꝙ non poſſint ęgredi dꝛ nocte vel hora dormitionis,ne forte ex nimia req̄ſitione ab eorum deuotis videantur modo aliquo abhorreri . [Item dʒ eẽ ſolicitus quæ ſit fama dꝛ eis vel ĩtꝰ, vel ex̃,& conſiderarę facta eorum & vitam,& qdꝛ inuenerit vel per alios audierit corrigendum in eis, ad partem corrigẽ,vel interdum in cõmuni quaſi p modum capituli poſſunt eis pnĩæ aliquę tñ tolerabiles ĩiungi . Et eſt eis dicendum in principio qñ veniunt, ꝙ ſi volunt eſſe cum fratribus,ꝙ ipſi ita corrigentur. Cauendum tñ eſt omnino ne vnq̃ ipſe vel alius frater eos percutiat,non ſolum ex ira ſed nec ludo , nec ẽt cã correctionis. Fratres quoq; qui exceduñt in eos, vel in debitè eos moleſtãt,vel aliquod malum exemplum oñdunt eis,uel in aliquo rep̃henſibiliter ſe hñt circa eos,dʒ eos proclamare in capitulo, et cum minus rationabiliter loquuntur contra eos , dʒ eos excuſar̃ prout põt cum bona conſcĩa, cum non ſunt in
culpa

culpa super illis quæ dicuntur. [Item cum aliquis petit recipi in conuersum, d3 fidele testimonium perhibere quid super hoc expediat, magis attendendo ordinis vtilitatem q̃ illius petitionem. Cum autem aliquis inuenitur talis ꝙ nõ expedit fratribus vt cum eis moretur, d3 apponere curam ꝙ sic vrbanè lnietur ꝙ non scandalizetur contra fratres, sed cũ amore eorum & ordinis recedat, ad id laborandũ est circa omnes qui recedunt â fratribus quocunq; modo. Porrò circa aduenientes gartiones d3 cauẽ ꝙ nunq̃ ĩtro ducantur alicubi vltra portã, nisi prius constet ꝙ sint apud fratres alios vñ veniunt intimi & familiares valde, & quasi vnus ex eis. Debet aũt instare apud ꝓcuratorem vel Priorẽ ꝙ fiat eis in porta vel in villa quo ad iacendum illud quod fuerit faciendum. D3 etiã laborare ꝙ illis qui gratis seruiunt & ꝓpter Deũ fratribus, vel laudabilius se habuerunt inter eos, fratres sint magis grati deuoti, & in suis necessitatibus ampliorem eis exhibeant charitatem. Ipsius etiam ĩterest maiorem apponere diligentiam, ꝙ omnia quæ de ipsis ordinantur in capitulis, vel â maioribus, executioni mandentur, sicut est illud ꝙ diuisim iaceãt tam illi de domo q̃ exñei. Qdʳ non habeant vestes notabiles in pulchritudine vel ornatu, vel ꝑcio vel colore & rursus ꝙ non habeant vestes similes conuersis nec tondeantur ad modum eorum. Qdʳ non recipiãtur ad secreta & familiaria seruicia fratrum, vt est lauare pedes fratrum, seruire in hospicio, in refectorio, ĩ infirmaria, ꝙ carnes pro eis non parentur. Qdʳ nullꝰ frater singularem habeat gartionẽ. Qdʳ qñ mittunt

ita prouideatur eis in expensis ꝙ alios fratres nō gra uent,& similia,ꝙ quæ non pōt ducere ad effectum,debet ad Priorem recurrere & ipsum solicitare vt hoc faciat obseruari frequenter.

¶De offō Cantoris.Ca. VIII.¶Circa libros & scripta.

OFficium Cantoris est solicitare Priorē vt totū officium bñ correctum habeatur in domo, & si negligens fuerit circa hæc, erga maiores eum accusare & laborare solicitè ꝙ hoc faciat emendare. Pertinet etiam ad eum libros Ecclesiasticos corrigere diligenter,in cantu,& uerbis,& puntuationibus, & accentibus,& hmōi,uel per se si scit,uel per alios si nescit,adhibita authoritate Prioris,& eosdem mundos seruare,& ꝑparare,& reparare in camisijs & coopertorijs, & in ligaturis,& malè tractantes accusare. ¶Item dꝫ respicere diligenter totum offm̄, & firmare cordetenus,& maximè ea quæ ad ipsum pertinent secūdum quòd notata sunt in diuersis locis & rubricis,& ī notula pn̄ti,quæ continet multa quæ alibi minus plenè sunt notata. ¶Item opꝫ procurare quòd aliquod armarium habeatur in choro,uel in sacristia uel alibi, prout uidebitur locus magis idoneus deputatus ad hoc,in quo libri omnes de choro reponantur,pręter libellos processionales,& inde per ipsum uel per aliū si prælato uisum fuerit deportentur ad chorum tempore officij,prout necessarij fuerint, & postea reportentur.Ipsius autem est distribuere ipsos per chorum prout uidebitur expedire,siue pro funeribus,siue ꝓcessionib. ¶Item ipsius interest ponere in aliqua cędula quæ affigenda est parieti in sacristia in loco apto

to numerum missarum & orationum quæ iniunguntur in capitulo, vel à maioribus cuilibet fratri vel cõuentui, vt fratres sciant ad quid tenentur & qñ soluerunt totum, & de missis quæ debentur à conuẽtu spãlem curam dꝫ hr̃e, vt soluantur q̃ citò cõmodè fieri pôt, & facere memoriale de solutis. [Item qñ emanat aliquod mandatum ꝙ fiat aliquod festum vel memoriè, alicuiꝰ Sc̃tĩ, vel alicuiꝰ defuncti anniuersariũ vel memoria alicuiꝰ aĩæ perpetuo per orationẽ aliquam in Missa, debet hoc inserere per scripturam in libris ĩ in suis locis. [Item ipsius est procurare erga prælatum ꝙ aliquę rubricę de officio q̃ magis sunt necessariç ad sciendum legantur in refectorio interdum, maximè qñ fratres plures intersunt, & similiter ille quæ hñt maiorem difficultatem & minus sunt visitate, vt sunt ille quæ pertinent ad tres dies lamentationũ & similes, legantur instantibus diebꝰ ad quos pertinẽt. [Item ad ipsum pertinet formare breuia quę interdũ ad alia loca mittuntur pro suffragijs impetrandis, & procurare per quem mittantur. Forma ãt hmõi breuium est talis. Tali die obijt frater talis in tali conuentu. Similiter recipere hmõi breuia qñ mittũtur aliundè, & tradere ea ei qui legit kalendas, vt ea recitet in conuentu añ illud cõmemoratio fratrum & sororum &c. Similiter in rotulis qui mittuntur interdum pro suffragijs scribere. Et scribi solet hoc mõ. Titulus fratrum prædicatorum talis loci, aĩa eius & aĩæ omnium fidelium defunctorum requiescant ĩ pace. Orauimus pro vestris oratè pro nostris. Die tali fuit rotulus apud nos. [Item dꝫ auscultare fratrẽ

qui voluerit,qui h3 aliq̄d legere vel cantare,loco, & tempore ad hoc assignato. Et etiam si fuerint aliqui rudes in his,d3 eos per Priorē facere corrigi. Interdum etiam cum occurrunt nouæ historiæ vel alia ad cantandum difficilia,d3 conuocare conuentum hora qua videbitur Priori, vt cōiter cant⁹ hmōi ꝓuideatur & repetatur. [Item ipsius interest facere tabulā semper,nisi fortè ad leuationem eius alij iniungatur à Priore. D3 āt ipso procurante hr̄i tabula bona, & ad hoc offm̄ apta,&,de litera bona, per illum qui eam scribit,vel alium sibi ad hoc assignatum, & ita tempestiuè ꝙ in sabbato legi possit cum Kalēdis,post lectionem d' constōnibus vel de Euangelio illa tabula quę est pro septimana,illa verò quæ fit ꝓ festis & alijs diebus ī mēsa p̄cedētis diei. Dn̄t āt oēs absq; acceptione personarum scribi ad officia tempore suo qui pn̄t & sciunt ea facere, nisi fortè aliqb⁹ ex cā de lnīa Prioris parcat q̄uo ad aliquod offm̄, hoc tn̄ ꝓuiso, quôd in festis & diebus q̄n plures conueniunt,talis Sacerdos ponatur ad offm̄, qui laudabiliter sciat dicere & maximè Missam. Qui āt ex impotentia vel ignorantia,vel de lnīa nō facit illa officia, d3 sic in alijs recōpensare q̄ potest facere, & ad illa scribi,vt fiat ęqualitas qualiscunq;. Cum āt post tabulam scriptam aliquis de fratribus scriptis in ea d3 recedere, vel infirmatur,vel aliàs h3 cām rōnabilem quare nō pōt facere illud ad quod scriptum est, d3 hoc notificare cantori qui d3 tunc alium scribere loco eius. Quotiescunq; immutat aliquid circa tabulam post pronūciationem eius,d3 notificare illi qui scribitur & illi qui

deletur.

deletur: Porrò defectus fratrum qui desunt nec alios posuerunt loco sui d3 supplere authoritate sua, p se uel per alios,& omnes dñt eidē in hoc obedire & facientes defectus d3 tēpore suo in capitulo proclamare. Frater qui per quatuor dies facit offm̄ ad qđ scriptus est,& postea impeditus nō pōt residuum facere,septimanam fecisse reputetur. Si Prior ordina uerit quòd aliqui fratres scribantur in tabula per septimanam uel quindenam uel mēsem, uel amplius ad aliqua officia quæ non pertinent ad Ecclesiam, ut est seruire infirmis uel in hospitijs & hmōi, faciēdum est secundum modum quem dixerit,& de personis & đ tempore. Tabula verò scripta collocanda est in Sacristia vel in alio loco idoneo eminenti & aperto ut possint ibidem legere qui eam non audierint,vel au dientes non intellexerint,vel q audierint & obliuioni tradiderint,& vt sciatur quicquid debet facere, & quos defectus quis faciat. Et non debet deleri tabula ebdomadalis, vsque ad tempus quo sequens fuerit scribenda.

¶Circa Sedes.

¶Item ad ipsum pertinet stare ĩ choro dextro, potest tñ cā officij mutare sedē, & stare mō supra mō infra, modo in choro maiori,mō in choro minori, & qñq: transire ad sinistrum, In festis verò duplicibus & totis duplicibus licet habeat stare in medio chori incipiendo aliquid,tñ pōt post inceptionem discurrē añ fratres sui chori,ad incitandum eos ad cantandū melius,& interdum in choro suo sedere inferius vel appodiare se in aliqua Sede. Ipsius est etiam collocare

nouicios vel alios Fratres de nouo venientes in choro altero, prout viderit expedire, & in suis sedibus secundum tp̄s quo steterint in ordine collocare, quod à superuenientibus quærere pertinet ad ipsum. Cum autem aliqui ex̄nei intrant chorum vel ponunt se in hostio, pertinet ad ipsum secundum quòd digniores fuerint eos trahere ad locum honestum. Si aũt abiectę fuerint personæ vrbanè eos trahere à sedibus dignioribus, vel à toto choro, si sine scandalo fieri pōt. Ipsius etiam est dare operam ne extranei nimis faciliter intrent chorum, & maximè laici vel pueri. Qđ si clerici aliqui cantent cum fratribus, ipsius est ĩ pausis & cantu eos rectificare, vt fratribus se conformēt & eos in locis debitis collocare. Ad ipsum etiá pertinet sic prouidere cum consilio Prioris vtriq; choro de fratribus qui sciunt legere & cantare, ꝙ non sit ĩęqualitas notabilis. Cum autem ꝓpter absentiã fratrum aliqñ chorus alter nimis est vacuꝰ, debet ãnuere aliquibus de alio choro vt ad alterũ se transferãt, & illi dñt in hoc obedire eidem, vel ad horam, vel ad diem vel plus secundum ꝙ ipse ordinauerit. Ipsius ēt est nouos Sacerdotes instruē circa Missam, & ꝓuidere eis de adiutore & instructore idoneo in Missis primis, quousq; sint sufficienter ędocti. Similiter omnes promotos de nouo debet in suis officijs instruē diligenter. Cum autem Abbas vel Ep̄s vel alius ex̄neus cęlébraturus est in conuentu, debet prouidere ꝙ tales ponantur ad officia qui omnia sciant facere decenter & ordinatè, & ꝙ talem Sacerdotem sibi assistentem habeat si viderit expedire, qui eos sciat ĩ om

nibus

nibus rectificare discretè. Cum aūt tales celebrant vel ministrant in conuentu, vel etiā Fratres celebrant de quorum ruditate timet, dꝫ accedere versus altare interdum vt si voluerint aliquid ab eo quærere, habeant eius copiam, vel ipsemet eos in aliquibus pueniat, vt qnando debet dici Credo vel non, vel quaāo debet dici flectamus genua vel non, vel cuiusmodi orōnes debent dici & hmōi, & maximè quæ non habent semper in memoria à minus prouidis. Debet etiam notificare Sacerdoti in Missa vel antè, quando aliqua orō vel aliquę orōnes sunt ex aliqua iniūctione dicendæ in Missa, vt pro infirmis, vel pace, vel hmōi. [Item Missas quæ non debent vel rōne diei vel ordinis, vel alicuius iniunctionis non debet dicere pro arbitrio suo in conuentu, sed cum consilio prælati. Cum autem Missa fuerit celebranda, pōt interdum inter primum signum & secundum ad Sacristiam ire ad solicitandum Sacerdotem & Ministros super faciendis. [Item ad offm̄ eius pertinet facere offm̄ cū ebdomada pertinet ad chorum dextrū, & semper ita citò venire ad offm̄ & maximè in septimana sua, ꝙ in principio inchoationis sit, & ita continuè & finaliter ibi manere, qđ ex eius absentia non sit defectus in aliquo. [Item debet excitare dormientes in choro, & torpentes incitare ad cantandum, & psallendum, & interdum eos ad librum ducere. vel in vnum ad meliꝰ cantandum, maximè in festis deuotioribus. [Item aňas in choro suo imponendas debet iniungere, similiter omnia cantanda vel legenda quæ ex ordinario vel tabula non sunt determinata à quo debeant dici, debet

imponere in ebdomada sua. ¶Itē añas de choro suo dꝫ reincipere ꝑter añas super Magnificat & Bñdict⁹ in duplicibus,& totis duplicibus. Similiter alleluia ĩ Missa in ebdomada sua cum cantatur â pluribus.¶Itē inchoare Psalmū ex parte chori sui modo mediocri, & tenere tonum,& exaltare vocem tam in Psalmis q̄ in alijs qñ nimis demittitur,& facere signa cum manus percussione ad pausas in Psalmis vel Hymnis, & alijs hmōi faciendis,distinctè cum notabiliter cōfunduntur, & ad illos qui confundunt pausas interdum accedere,ad corrigēdum eos, sine strepitu manuum & collerę,sed cum pace & honestate, ne correcti perturbentur & astantes deedificentur. ¶Item de collectario & absconsa prouidere in ebdomada sua, & qñ incipitur offm̄ in choro suo ꝙ sint in promptu in loco debito quæcunq; sunt necessaria Sacerdoti, & ipsi in festis ꝑcipuis deferre versiculum, quem opꝫ dicere añ laudes. ¶Itē qñ tardè surgitur ex errore ad Matutinas facere festinare offm̄,& á breuiare lectiones. ¶Item pertinet ad eum in ebdomada sua in solemnibus Processionibus,in sepulturæ offō,in ministratione Sacri infirmis & hmōi,prouidere dr̄ ministris si nō sunt scripti ĩ tabula,& si sunt scripti reducere ad memoriam quid facere debeant. Dꝫ ēt ꝓuidere quòd omnes vadant ordinatè,& quòd qui facit offm̄ habeat librum sibi necessarium, & iuxta eum stare freq̄nter,& rectificare eum & alios omnes in his quæ agenda sunt vel dicenda. In Processionibus verò solēnĩbus pertinet ad vtrūq;.s. cantorem & succētorem de his curam hr̄e. ¶Item ipsius interest ĩ ebdomada sua

cum

cum p̄latus non vult,vel non pōt facere officia q̄ ad eum pertinent & eſt pn̄s,de conſilio eius īponere alicui alij hmōi officia. Si aūt non eſt pn̄s,vel ei loq̄ nō poterit,d3 alicui iniungere quòd faciat offm̄,hoc ob ſeruato quòd hmōi officia ſemper iniungātur perſonis ſenioribus,& qui ſciant ipſa facere competenter. Ipſius etiam eſt corrigere errores in quocunq; erret, ſiue ab aliquo,ſiue á conuentu,ſiue in legendo, ſiue ī cantando,ſiue in ānexis officio,vt ſunt inclinationes, proſtrationes,genuflexiones,ſeſſiones,ſtationes & ſimilia in quocunq; loco,p̄terq̄ in refectorio in lectione,& ſuper huiuſmodi facere proclamationes. Ipſi⁹ autem correctionem omnes ſequi debent (etiam ſi erret) dummodo error non ſit intollerabilis,& obedire ei in his quæ pertinent ad officium,licet proclamandus ſit in capitulo & corrigendus ſuper his ī quibus errauerit.

❡De Officio Succentoris.
Cap. IX.

OFficium Succenroris eſt reſpicere diligenter q̄ p̄ dicta ſūt de officio cātoris,& circa ea q̄ dicta ſūt de libris & ſcriptis ſollicitare Cantorē,& iuuare eundem diligenter, & quæ ad ſe pertinent de illo titulo memoriter retinere,& ſtudere in officio diligenter, & firmare cordetenus, & dr̄ diſtributione librorum in ſuo choro executioni mandare. [Item pertinet ad eum iuuare Cantorem circa tabulam faciendam, vel ipſam facere pro ſeptimana ſua, vel ſemper ſi à Priore fuerit ordinatum. Defectum verò Fratrum d3 in in ebdomada ſua ſupplere ſecundū modum q̄ ſupra-

dictus est de Cantore in choro suo. Ipsius est ēt stare in choro sinistro, & mutare sedem suam pōt rōne officij ī choro suo cūvoluerit.In festis duplicib9& totis duplicib9 post īceptionē q̄ fit ī Missavel ī choro p̄t facere quod supra notatum est dr discursu & sessione & apodiatione Cantoris. [Item dr exneis collocandis vel repellendis,& de clericis qui cantant ī choro suo rectificandis d3 hr̄e curam,sicut supradictum est de Cantore. Cum aūt chorus suus nimis à fratribus vacuus fuerit, si in alio abundant, pōt innuere Cantori. vt aliquos mittat ad chorum suum. Ad ipsum ēt pertinet facere in septimana sua circa Missam qcquid supradictum est ab illo loco. (Cum āt tales in conuentu celebrant vel fratres,& cętera) vsq; ad illū locum. ([Item ad offm̄ eius pertinet.) [Item ipsius ē cum ebdomada sua fuerit ex parte sui chori facere offm̄ & exequi diligenter ea quę circa offm̄ Cantoris supra notata sunt ab illo loco. (Semper ita citò venire) vsq; ad illum locum. (Ipsius āt correctionem) inquantum pertinent ad chornm & septimanam suā hoc excepto q̄ correctiones & directiones in officio non pertinent ad eum super totum chorum sed solū supra chorū suū,nisi tpe ebdomadę suæ,p̄ter errores ītolerabiles quos sp p̄t corrigere Cātore n̄ corrigēte Ad Cantorem verò pertinet illa omni tempore qn̄ sibi vr̄ expedire. [Item ad ipsum pertinet acqescere Cantori in dubijs,& ēt si malè corrigat vel dicat non d3 ei contradicere in choro, sed corrigi d3 in capitulo. [Item qn̄ Cantor non est præsens d3 supplere vices suas, & transire in eius septimana ad chorū eius,

&

& econtrario, quando Succẽtor vel non hr̃, vel non ẽ præsens in choro, d3 Cantor facere pro eo vel alij co mittere vt suppleat vices eius. Cum ãt constituunt aliq. adiutores Cantoris vel Succentoris, vel vtriusq; eorum intereſt supplere vices eorum cum desunt, & cum præsentes sunt iuuare possunt eos in quibus fuerit de consilio Prælati ordinatum.

¶De Officio Sacristæ.

Cap. X.

OFficium Sacristæ ẽ curam hr̃e dr̃ Ecclesia ſępè ſcopanda, & ab araneis & hmõi purganda & munda seruanda, & dr̃ choro magis q̃ dr̃ naui, & dr̃ presbyterio tam maioris altaris q̃ minorũ, q̃ dr̃ choro. Et vbi eſt consuetudo in maioribus festis in ęstatè herbas virentes vel ramunculos aliquarum arborum & in hyeme paleas sternere in choro & p̃sbyterio, & antè parua altaria, & in sacristia, & in capitulo, & hr̃e curam dr̃ reparãdo coopertoria ne vnq̃ pluat ĩ Ecclesia et dr̃ alijs reparãdis ĩ Ecclesia vel sacristia vel cimiterio, et dr̃ seris et clauibus hostiorũ omnium. Et d3 hæc claudere et aperire tempore suo seq̃ns ordinem Prioris de horis claudendi et aperiendi ostiũ Ecclesię de die.

¶Circa pulsationes.

¶Item ad eum pertinet omnis pulsatio quæ fit in Ecclesia, nisi quando fiunt cã capituli vel sermonum. Porrò primum signum sic d3 fieri ꝙ non sit nimis ꝓlixum, nec nimis breue, sed mediè temperatum, hoc tamen magis vel minus pro tempore obseruetur. Similiter signũ quod fit pro collatione ad quod sufficiunt quasi quinq; ictus ex vtraque parte campanæ.

Secundum verò sic dз esse prolixum, ꝙ á principio il lius possint conuenire Fratres de omni loco in quocunq; fuerint in domo ad Ecclesiam, & tūc dз statim terminare cum venerint omnes, non expectato ēt signo Prælati. Spacium verò quod est inter duo signa sic dз esse temperatum p̄cisè, ꝙ in illo spacio possint esse Fratres expediti de horis Beatę Virginis quas habēt dicē, & de necessitate camerarum, & lotione manuū hora primæ. Ad Vesperas verò tali dз hora pulsare ꝙ post secundam mēsam tempore binę refectionis, vel post vesperas tempore ieiunij, nō sit multum de spacio vel tēpore vsq; ad horā Completorij. Ad Completorium verò tali dз hora pulsari, ꝙ facto vltimo signo in ęstate sit adhuc quasi dies, in hyeme verò quasi nox. Spatium verò quod concedit ad orandum post completorium nec nimis prolixum sit, nec nimis breuè, sed mediè temperatum, & tam moderatum quod Fratres communiter sine fastidio possint illud tp̄s in orōne expendē, quod reputatur posse fieri cum tp̄s est tm̄ p̄cisè ꝙ possint in illo dici Psalmi septem, & lętania. Signum verò vltimum sic faciendū est, ꝙ bn̄ possit audiri vbiq; per totam domum. Cęterum de modo pulsandi ad Missam & ad funus, pōt consuetudo patrię obseruari. Consuetudo tn̄ ordinis magis gn̄alis vr̄ esse, ꝙ pulsatio ad Missam fiat per tres interruptiones. Ad funus verô & ad processionem, & ad vnctionem faciendam conuocantur Fr̄es per signum in campana factum tm̄ ex vna parte. Ad ipsum etiam pertinet hr̄e curam vt solicitet Priorem & Fratres de bonis campanis hn̄dis, & moderate ma

gnitu-

gnitudinis,& de hñdo horologio tali quod nõ ſit notabile curioſitate vel p̃cioſitate,magis aũt detur opera ꝙ ſit verax & certum. Et de cõſilio Prioris & fratrum horam ſurgẽdi ad Matutinas, & Primam,& Nonam tempore dormitionis diurnæ obſeruet. Dꝫ ãt valde eſſe ſolicitus circa pulſationes tempore ſuo & modo debito faciendas,ne earum inordinatione cõtingat conuentum turbari vel impediri.

¶Circa Luminaria.

¶Item ipſius intereſt curam de hñdis lampadibus, & oleo,& cęra,& candelis,& cęreis,& candelabris competentibus,& in miniſtęrio circa altare maius,& ĩ ꝓceſſionibus circa funera,& de miniſtrandis his tẽpore ſuo,& de lampadibus,cereo paſchali, & alijs cereis circa maius altare in Miſſa,in Veſperis, in Matutinis,in Completorio accendendis,& extinguendis,& melius inflãmandis,& emungendis. Similiter curam dꝫ hr̃e et prouidere ꝙ non ſolum ĩ maiori altari ſed etiam in minoribus cęrei aliqui competentes ſecundum varietates dierum et feſtorum, et candelæ ſufficientes ibidem ĩ choro ſemper ſine defectu habeantur. Dꝫ etiam prouidere de candelis in hoſpitio,in infirmitorio,refectorio,et Fratribus itinerantibus et ſimilibus,vel plus,vel minus,vbi hoc ordinatum fuerit á Priore. Porrò expenſas ad ſupradicta dꝫ accipere à Procuratore,vel de q̃ſtu proprio, vel de oblationibus,vel alio modo ſecundum ordinationem Prioris,et de omnibus computationibus ſecundum tp̃s computare. Bñficia verò collata ſacriſtiæ ſpãliter dꝫ recitare in capitulo. Dꝫ ẽt hr̃e ferrum et lapidẽ cũ

quo

quo solet ignis excuti ad hñdum ignem, si forte esset necesse, in quo casu contingit ignem non inueniri in domo. [Item d3 prouidere ꝙ hostię pulchrę cũ pixidibus decentibus, & vinum purum & sanum & bonũ & aqua recens & munda, cum ampullis honestis, calices, vestimenta, libri necessarij pro Missis, carbones ĩ patellis tempore magni frigoris, flabelli tẽpore muscarum, thuribulum cum carbonibus & thus ĩ diebus festiuis in maiori Missa, & crux deferenda in totis duplicibus, cussini & mapulę ad tergendũ manus, & alię ad purgandum nares, candelabra, instrumenta apta ad candelas tenendas in Missis, & omnia alia necessaria pro Missis tam in maiori quàm alijs semper habeantur impromptu, & in certis & competentibus locis inueniantur, & reponantur. Cauere quoq; d3 ne hostię propter loci humectationem vel alias corrumpantur, cum minus idoneę fuerint aliás ministrare. D3 ẽt prouidere ꝙ in sacristia in loco competenti semper inueniatur aqua ad lotionem manuum volentium celebrare: vel ministrare, & mapulę ad extersionem faciendam. Solent etiam haberi ibidem â q̃busdam pectines honesti ad capillos componendos, & forcipes ad vngues scindendas, ab illis qui interdũ his indigent, & hoc ibidem volunt facere. D3 etiam prouidere ꝙ in sacristia sit piscina vel peluis, in q̃bus recipitur vltima ablutio, & quod mundè & honestè, & solicitè custodiantur in omni munditia, & ꝙ ĩ istis nunq̃ aliá ablutio recipiaẽ, vel ad alios vsus applicetur. D3 etiam procurare ꝙ aliqua scãna lignea sint circa minora altaria apta ad orandum, in quibus in-

terdum

terdum procumbere possint Fratres ministrātes vel assistentes.

¶Circa Sacramenta & Sacramentalia.

¶Item diligentius quoq; d3 hre diligentiam magnā ꝙ locus honestus & decentis pulchritudinis habeat super altare, in quo corpus Dñi in pixide habeatur, & heneste sub claue seruetur. ¶Item ꝙ oleum infirmorum ad faciendum extremam vnctionem semper habeatur in domo, & in honesta ampulla in loco honesto sub claue conseruetur. ¶Item si dnt fieri ordines in domo vel confirmationes, vel consecrationes Ecclesiæ, vel altaris, vel Eporum vel bndictio Abbatum, vel cimiterij & similia, d3 prouidere cum consilio capellani Epi, vt secundum ordinarium eius omnia ad hmōi pertinentia fiant & habeantur in promptu. Si verò fiant aliquę coronæ, eius est assistere Epo & ministrare cultellum, vel forcipes ad capillos īcidēdos, & ipsos scissos d3 recipere & comburere. ¶Itē si cōtingat ex aliquo casu ꝙ dnt aliqui extranei cōmunicare in domo, vel debeat fieri baptism⁹, vel bndictio nuptialis, & hmōi, d3 consilio Prioris ordinare vbi & qñ hæc fiant, & necessaria ministrare. Et cum instat inunctio facienda pro Fratre, vel cōmunio infirmi decumbentis, vel etiam ad altare potentis venire, vel ēt extraordinaria cōmunio Fratris alicui⁹, ex alia aliqua cā facienda in conuentu, d3 de omnibus ad hoc pertinentibus gerere solicitudinem, & de necessarijs ꝓuidere, & conuocandos conuocare vel verbis interdum, vel cum pulsationib⁹ cum cōuentus fuerit conuocandus. ¶Item circa funera eius offm est prouidē

de fossis

de fossis faciendis, & de loco fossarum, cum consilio Prioris. [Item de cęreis & candelis & candelabris, et thure, et thuribulo, et carbonib⁹ tam pro turi bulo q̃ pro ollis, et de conuocandis Fratribus suo tẽpore, et de cruce deferenda, et aqua bñdicta, et stola, et libello Sacerdoti recepturo fun⁹, et de libellis manualibus, et alijs necessarijs ministrandis, tam ꝓ Fratribus q̃ pro extraneis defunctis curam d3 hr̃e. [Item d3 si contingat Ep̃m vel Abbatem vtentem mitra vel annulo vel baculo, vel Cardinalem, vel Legatum, vel alium dignitatis excellentis apud nos facere offm̃ in Missa, vel Processione, vel aliter quocunq; modo, d3 cum consilio Capellani sui, vel aliorum sociorũ eius, de necessarijs secundum suę dignitatis exigentiã prouidere, et gerere solicitudinem, ꝙ non sit defectus in aliquo, et ꝙ fiant omnia ordinatè.

¶Circa ornat⁹ et paramenta et mũdicias.

¶Item ad offm̃ eius pertinet apponẽ curam quã pôt, ꝙ habeantur indumenta pro Ministris, et ornamenta pro altaribus honesta, et pulchra, et diuersa secũdum diuersitatem temporum et festorum, ita ꝙ in diebus festiuis meliora producantur. Porrò ad ornatum altaris cuiuslibet, præter illam mappam quæ adhęret lapidibus d3 hr̃e aliam desuper, quæ tã longa sit ꝙ quasi vsq; ad terram ex vtraq, parte descendat, super quã palla iterum collocetur quæ sit adeo longa et lata, ꝙ quasi totum altare desup cooperiat, super quã ẽ corporale collocandum. Cum aũt ista fuerint replicata, d3 hr̃i aliquod grossum cooptorium ad totum cooperiẽdum altare. Cogitandum ẽ ẽt ei ꝙ hẽantur ali

quę

quę reliquiæ in vasis pulchris et decētibus,vel arcellis,et cruces,et imagines competentis decoris,et de his aliqua sunt ponenda in festis maioribus super altare ad ornatum. D3 etiā hře curam ꝙ ampullę, piscinæ,pelues,et alia vasa et vtensilia,camisię albæ, pallæ et tobaliæ et altarium corporalia, et manutergia, et cętera omnia linea in vsus altarium vel ministrorū sic frequenter lauentur, quòd semp inueniant mūda, et nitida,et pcipuè ea quæ sunt circa altaria. Corporalia verò et pāniculi pro absterfione calicum,et manuum post vltimam ablutionem,lauanda sunt separatim ab alijs,et lotio in piscina sacra mittenda,cum āt consumata fuerint vetustate,comburenda sunt, et cinēs in eandem piscinam mittendi.

¶Circa custodiam rerum.

¶Ad ipsum etiam pertinet cum de nouo ponitur ī officio,facē memoriale dr numero calicum,librorum, paramentorum,et omnium huiusmodi quæ sunt valoris notabilis,et sunt ab eo custodiēda. Et cauē d3 ne pdatur aliquid dr istis, sed potius secundum eius industriam augmētetur. Et cum absoluitur,successoribus p memoriale d3 rōnem reddē dr pdictis.D3 ēt cauē vestimentis et paramentis à putrefactione et corrosione,interdum ad ventū et calorem exponendo non in locis humidis,sed siccis,et à tineis conseruando. D3 curam hře ꝙ dissuta resartiantur,et læsa in aliquo,siue vasa siue vtensilia et huiusmodi, reparentur diligenter. Vetusta et minus vtilia quæ possunt vendi,dr licentia vendātur:et eorū ptia in aliqua meliora mutentur. ¶Item d3 oblationes omnes Ec-

clesiæ recipere, & diligenter custodire, & eas procuratori integrè reddere, vel necessaria pro sacristia de illis procurare, & residuum eidem procuratori si quid fuerit reddere, vel in alios vsus expendere, secũdum ꝙ Prior duxerit ordinandum. Pro receptione verò & custodia horum solent interdum hr̃i trunci in Ecclesia, vel pixides clausæ desuper, cum modicis aperturis, vel alia hmõi aperta ad securam reseruationẽ. Sunt etiam hñda aliqua armaria & arcę forcia, & apta ad custodiam rerum, vel in sacristia, vel extra in loco securiori, vel vtrobiq;: & sacristia dȝ eẽ fortis in hostijs, fenestris, et clauibus, in qua etiam, ꝓpter rerum custodiam iacere potest cum vno socio vel duobus, cum locus ad hæc aptus fuerit, & hoc si Priori videbitur expedire.

¶Circa ordinarium.

¶Ad eundem pertinet scire bñ ordinarium totius officij, vt per eum qñq; Fratres rectificentur de aliqb⁹ quæ requirunt, & ea quæ in eodem scripta sunt ꝑter supradicta ad eum pertinentia: vt in cineribus in capite ieiunij, & ramis in die palmarum, et similibus sollicitè exequat̃. Dȝ ẽt hr̃e curã ꝙ ordinariũ de Mĩstris & Missa maiori et alijs habeatur ĩ sacristia, in aliquo propatulo, de grossa et legibili litera, vt Fratres ꝑ huiusmodi scripturam certificari possint, cũ de aliquo dubitant de ꝓdictis. Summas quoq; et tractatus magistrorum đ officijs Ecclesiæ dȝ procurare libẽter cũ poterit, vt in sacristia inueniantur. Postremo: quia ĩ magnis conuentibus difficilè ẽ omnia supradicta ab vno executioni mandari; tñ cum socius ei dat⁹ fuerit

đ consilio

mm mm

& consilio Prioris, possunt supradicta sic per eos diuidi, vt vtroq; sciente quid ad se pertineat nec confidente de alio in his quæ ad se pertinent, fiant ordinatius vniuersa.

¶De Officio Lectoris. Cap. XI.

¶Circa Doctrinam.

OFficium boni lectoris est conformare se capacitati auditorum, et vtilia et expedientia eis vtiliter, et intelligibiliter legẽ: opiniones nouas refugẽ, et antiquas et securiores tenẽ: ea quæ ñ bñ intelligit nunq̃ docere, à fastidiosa prolixitate quæ accidere solet ex nimia repetitione eiusdem, aut ex inuolutione verborum, vel ex alijs causis cauere semper. Dare operam vt ex lectionib⁹ suis proficiant auditores, aut circa veritatem librorum, aut circa qõnum vtilium ĩtelligẽtiam: aut circa aliqua quę possint ad morum ędificationẽ esse: lr̃am tm̃ legere relicta multitudine eorum quæ dici possunt ad singula: ꝙ auditores sub eo proficiant ad sciẽdam bibliam et hystorias, et sñtias, maximè lectiones aut omnes, aut saltem vnam continuare libenter. Cùm verò vacationes fecerit: eligat illas illo tempore facere, quo solent Fratres min⁹ simul in domo manere. Tempore verò vacationum, et in alio tempore libenter legere d3 aliquid Fratribus aliquibus in camera, qui habiles ad proficiendũ in studio reputantur. Dubitantibus verò & interrogantibus de aliquo d3 benignè & charitatiuè satisfacere, prout potest & scit. Cum verò exigente intelligentia & vtilitate auditorum ĩterdum expedit disputare, eligenda est ab eo mã vtilis & intelligibilis, ma-

xime

ximè si sit disputatio inter minus peritos. Vt ãt melius & fructuosius offm̃ exequatur, d3 studẽ diligenter, & p̄cipuè ĩ scriptis quæ cõi iudicio meliora reputantur, si illa põt hr̃e. Et vt melius possit vacare studio, ab alijs occupationibus d3 siue in domo, siue ex cum põt, salua ob̃ia subtrahẽ se libenter. Cauẽdum ẽ ẽt ei à nimijs diuisionibus & rõnibus reddendis de sufficientia & numero, & à friuolis expositionibus, & similibus quæ certam veritatem non hñt, & cogunt sepe dicere alia quàm sanctorum, vel glosarum expositiones contineant, quæ maximè sunt sectandæ.

¶Circa vitam.

¶Item ad ipsum pertinet vt sicut alios p̄cellit ĩ scĩa diuina, ita & in exemplo totius sanctitatis & virtutis, p̄cipuè humilitatis, patientiæ, et sobrietatis. D3 etiã animare alios sermonibus collationib⁹ fraternis ad omnem religionem et obedientiam spãliter, et iuuare efficaciter p̄latos in hoc ipso. ¶Item ad prælatos semper pacem hr̃e d3 et reuerentiam dignam, et cauere ne perturbatores vel discoli, vel indisciplinati apud eum refugium inueniant vel fauorem. In refectorio vel choro d3 libenter eẽ cum põt, et â capitulo vel completorio nunq̃ sine magna et euidenti necessitate remanere. Dispensationes verò in ieiunijs et abstinentijs (cum non indiget) aut nunq̃, aut rarò et cum difficultate recipere, cum verò recipit, caueat ne in infirmitorio, vel hospicio occasione eius fiat aliqua dissolutio, aut inuigilijs, aut superfluitatib⁹ aut inordinatis locutionibus, et similibus. ¶Item nomine Magistri vel Lectoris quantum in eo ẽ nõ d3 p̄-

mittere

mittere se vocari,sed solum nomine fratris. [Item libentius d3 carẽ camera & socio,q̃ hr̃e,si pôt aliter suum cômodè explere offm̃ . Cùm verò hoc habuerit, d3 se ad socium hr̃e non sicut dñs,sed sicut socius & frater,nec permittere d3 ꝙ ei fáciat seruitia quæ non solent alijs fratribus fieri,vt est facẽ lectum suum, discalciare eum,portare libros ad scholas, sicut bedell⁹ & similia. D3 ẽt cauẽ ne camera sua sit in occasione dissolutionis,aut ex vigilijs,aut ex frequentibus ibidem collocutionibus,vel conuenticulis, vel clamoribus,vel hmôi alijs. [Item ñ d3 verecundari q in libenter quærat ab alijs dubitationes suas, immò qñcunq; occurrunt notare d3 diligenter, & cũ ĩuenerit á quo possit edoceri,quicũq; sit ille, quærere d3 humiliter & audire & retinẽ diligenter. D3 ẽt ꝓcurare quantum in eo est,ꝙ habeat aliquem sublectorem, qui legat ĩterdum cum hoc requirit multitudo vel vtilitas auditorum,& eidem charitatiuè in omnibus assistere d3,iuuando in scriptis & in alijs prout fuerit opportunum. Porrò monitiones emanâtes à capitulis circa lectores d3 diligenter retinẽ in memoria, & seruare. Licentijs verò gñalibus de loquendo vel remanendo à choro,& similibus,non debet vti propria auctoritate & ad libitum suum,sed prout Priori visum fuerit & cã rônalis reqrit. Postremò verò ut Deo & ꝑlatis,& fratribus sit acceptnm eius obsequium ñ d3 se reddere difficilem ad legendum, vel quęrere ĩ hoc aliquid ꝙ sapiat vanam gloriam,vt est legere ĩ maioribus conuentibus,vel anhelare àd hñdum lnĩam in solemnibus studijs, vel ferre grauiter si de modo le-

debet prouidere q recipiantur & collocentur honorificè iuxta exigentiam sui status.

¶Circa Sermones.

¶Item ipsius interest iniungē Sermones qui solent, in capitulo fieri in omni Festo nouem Lectionum, nisi legatur in scholis, & in capite ieiunij, & in Vigilia Natalis Dñi, & in alijs casibus emergentibus, sicut ē tpe capitulorum prouincialium vel gñalium, & qñcunq; in casu aliquo sunt faciendi. Nō sunt āt ad hmōi sermones passim admittendi extranei, nisi vbi interesse voluerit competēs multitudo, & hoc d lnía & cū scía Prælati, & d3 dici illi qui facturus ē sermonē q exnei dñt adesse, & cauēdum ē in hoc casu ne iniungantur sermones alicui, nisi tali dr quo credatur q sit idone9 ad laudabiliter proponēdum. Porrò sermones q fiunt in gñali vel puinciali capitulo, d3 iniungē dr lnía & scía maioris plati. Extraneis verò nō dñt hmōi sermones iniungi, nisi dr scía et voluntate Prælati. Cum āt contingit ptransire Cardinalē, vel Legatū, vel Epm magnæ literaturæ, vel Magistrum aliqm ī Theologia, vel alium magnæ authoritatis virum. et prædicatione exercitatum, vel ministrum fratrum minorum gñalē, vel puincialē, vel aliquē dr ordine nostro Priorē, vel Lectorē, vel fratrē alium in pdicatione famosum, d3 cum plato conferre si sit horum aliquis inuitādus ad pdicandum fratrib9 in capitulo, aliqua die, et fiat qdr ei videbitur faciēdum. Hmōi verò sermones capituli fieri solent vel post Matutinas cum sunt noctes plixę, vel post primam cum hora illa non ē in alijs occupata, vel post Nonam tpe dormitionis diurnæ, vel

alia hora ſecundum ordinationem Prioris, in qua fratres pñt cōmodius intereſſe. Pertinet verò ad ipſu3 pulſare hora competenti ꝓ ſermone hmōi. Cum āt horam variari contingerit, d3 in p̄cedenti capitulo ſi hoc ſciuerit, p̄lato dicē vt fratribus p̄dicetur. Dñt āt hmōi ſermones fratribus tam tempeſtiuè iniūgi, vt ſe dr modico tempore non valeant excuſare. Cum aūt aliquis ſe excuſat et non h3 cām rōnabilem: non d3 eſſe facilis ad relaxandum eum. Si aūt īminente die p̄dicationis appareat ei ꝙ debeat eſſe defect⁹ ſermonis ex cā quacunq;, d3 rogare p̄latum vel aliū ad hoc idoneum ꝙ ſuppleat hunc defectum, vel ipſemet ſuppleat, et ille q̄ defectum hmōi facit ſuo tempore vel ī ipſo die ſermonis in capitulo corrigatur. Si āt aliq̄ Fr̄es adeo ſunt inepti ꝙ non ſperetur ꝙ vnq̄ poſſint hr̄e modum p̄dicandi, non op3 ꝙ ſit nimis importunus iſtis ad iniungendum ſermones. Ipſius etiam eſt p̄monē fratres quibus iniunguntur ſermones, vt caueant à ꝓlixitate ſermonum, interdum iuxta eos ſedē, vt cum nimis prolongant ſermones faciat eis ſignum. Cum aūt aliquid rep̄henſibile dixerint i ſermone, d3 ipſa die hora competenti charitatiuè oñdē fratri, vt aliàs caueat circa illud. Porrô Sermones ad populum in Villa vel extra d3 alij cui Prior iniunxerit imponē, et annexa illi officio exequi, vel ipſemet, vbi propter paucitatem Fratrum hoc ei committitur á prælato.

¶Circa Collationem.

¶Item ad ipſum pertinet conuocare Fratres ad collationes in loco apto ad hoc, ſecundum ordinationem

Prioris,

Prioris,et hoc semel vel bis in septimana, vel freqnti us,vbi vel qñ non sunt lectiones. Facienda est hmõi conuocatio cum signo ad hoc determinato, vel post Nonam binę refectionis tempore, vel post Vesperas tempore ieiunij, vel inter comestionem et Completorium in Quadragesima,vel alia hora in qua Fratres commodius possint interesse secundum volutatem Prioris. In hmõi aũt collationibus solet interdum recitari aliqua q̃stio determinata ĩ scholis ab illo cui fuerit iniunctum,vel recitari aliqua ab aliquo qui eam p̃uiderit,ex iniunctione sibi facta,et post recitationes Fratres qui volunt opponant recitanti, & ita exercitent se opponẽdo & r̃ndendo,vel solet ab eo quæri aliquid de lectionibus vel qõnib⁹ auditis à fratribus,vt videatur de ꝓfectu eorum,vel solet fieri collationes d' moralibus,vel de certa aliqua mã vt d' Euangelio,vel d' Epistola,vel d' summa d' vitijs & virtutibus,vel d' casibus,& similibus, ita ꝙ qlibet Fr̃ sciat d' quo titulo debeat recitar̃,vel d' quolibet,ad voluntatem cuiuslibet, & ab illis qui nõ sunt adhuc sufficientes ad maiora,saltem aliqua notabilis auctoritas recitari. Solet aũt interdum ordinari qd' vnus chorus dicat vnà vice,& alius alia vice,vel certis fratribus iniungi ꝙ faciant collationem, alij in vna die, alij in alia die,& sic d' alijs,& d' modis istis quis seruetur,fiat cum consilio Prioris qd' melius videbitur. Fr̃es aũt qui non faciunt qd' debuerint,vel in aliquo offendunt,vel falsum dicendo,vel auctãtem aliquam non bono mõ assignando,vel confusè,vel ꝓlixè loqndo,vel ibidẽ clamosè cõtẽdẽdo,vel aliàs quoquomõ

confundãtur,nec contendatur cum eis,& ĩ hmõi caueatur ab eorum offensa. Porrò si quis vel Fr̃,vel lector in disputando ĩ aliquo rephensibiliter se habuerit,d3 eum super hoc suo tempore in capitulo ꝓclamare. D3 etiam suggerẽ Priori admonitiones quas faciat in capitulo Fr̃ibus,ad hñdum se religiosè in disputationę. Si aũt aliquis notabiliter in disputatione se habeat,& non speretur dꝭ eius correctione,d3 ei ĩponẽ silentium ex̃ scholas in aliquo loco charitatiuè, vel suggerẽ Priori ꝙ hoc faciat ĩ capitulo publicè,vel priuatim,si magis visum fuerit expedire.

¶Circa Lectiones.

¶Item ad ipsum pertinet conferre cum Fr̃ibus quot Lectiones & quę sint Lectiones legẽdæ,& ad illud qdꝭ ei visum fuerit vtilius inducẽ Lectorem. D3 ẽt ordinare dꝭ libris & biblijs,vel domus,vel Fratrum,q̧ Fratres,quos libros habeant in scholis,& quot,& ꝙ magis idoneis ad proficiendum melius ꝓuideat in hoc, & ꝙ portentur ad scholas,& Lectionem respiciãt Fratres in eis diligenter & repetant. Vbi verò est studium solemne vel magna multitudo Fr̃m vel aliorũ auditorum d3 procurare si pôt,ꝙ habeatur aliquis Fr̃ q̧ legat ex̃ordinarie tẽpore vacationum, & in diebꝰ vacationum quibus non legit lector vel non disputat.
¶Item ꝙ vbi non est Lector saltem sit aliqua lectio leuis,vel de hystorijs,vel dꝭ aliqua summa, vel similibꝰ, & si aliqui sunt iuuenes habiles ad proficiendum habeant aliquem Lectorem in grãmaticalibus,vel logicalibus,& similibus,prius super hoc lnĩa impetrata.
¶Item d3 ꝓcurarę ꝙ fiat repętitio Lectionũ semper,

vel per eum, uel per alium, uel per alios, uel mō per iſtum, uel modo per alium, uel una Lectio per unum, alia repetatur per alium, ꝓut ab ipſo uel â Priore fuerit ordinatum. Frēs uerò qui proficiunt & non ſunt multum prouecti in ſcīa, & maximè iuniores, ſunt cōpellendi repetitioni huiuſmodi intereſſe.

¶Circa profectum Fratrum in ſtudio.

¶Item ad ipſum pertinet gerere ſolicitudinem circa Fratres omnes & ſingulos qūo ſe habeant circa ſtudium, uel qui frequentant ſcholas, collationes, diſputationes, repetitiones: uel qui non libenter ī cellis reſident, uel ſunt uagi, qui ſcribunt, uel qui faciunt ſcribë, utrum utilia vcz uel curioſa, & utrum dꝫ utili & legibili lr̄a, uel qui ſtudent in quo ſtudēt, qui hn̄t voluntatem ꝓficiendi in ſtudio, & qui non curant, q ſtudēt ordinatè, & qui confuſè, qui circa utilia, qui circa curioſa, q libenter audiunt uel interrogant qdꝫ neſciūt, & q non, & qcqd circa hoc & ſimilia inuenerit repræhenſibile in aliquo, ſtudeat emendare, modo per admonitiones ſecretas et charitatiuas, modo per accuſationes in capitulo, et modis alijs qbus poterit diligenter. Cum aūt fuerint aliq in conuentu de quorum profectu in ſtudio multum ſperet et ſunt bn̄ morigerati, dꝫ laborare ut detur eis occaſio et adiutoriūm ad ꝓficiendum in ſtudio, iuuando eos ad hoc ī qbus p̄t per ſe, et innoteſcendo hoc maioribus, intercedendo ꝓ eis, ut prouideatur eis in libris, ut mittantur ad ſtudia meliora, ut parcatur eis ab alijs occupationibus, ut fiant eis aliquę recreationes (ſi fuerint debiles) ut habeant aliquas licentias ab officio remanendi,

nendi: et similia quæ possunt ad promotionem ualere prædictam.

¶De Officio Librarij. Cap. XIII.

¶Circa armarium.

OFficium Librarij est hr̃e curam ut pōt ꝙ habeatur bonus locus pro Libraria et securus, et bñ aptus contra pluuiam et intemperiem, et copiam hñs boni aëris pro libris custodiendis. Armarium aũt in quo libri reponuntur dȝ esse ď lignea mä, ut melius custodiantur à putrefactione uel nimia humectatione: et hr̃e multa intermedia et distĩctiones, ĩ quibus reponuntur libri: et scripta diuersarum facultatum: et diuersi libri et postillę: et hmõi eiusdem facultatis separatim, et non confusè: cum signationibus debitis factis per scripturam, quæ applicanda ẽ unicuiq; ĩterstitio: ut sciatur ubi inueniatur qď quæritur. Dȝ ãt ipse custodire clauem hmõi armarij: seu librarię & aperire & claudere tempore suo: et hr̃e cellam ꝓ studio (si locus est aptus) ĩ ipsa libraria: uel ď propè ut citius inueniatur cum q̃ritur pro aliquo negocio ad suum offm̃ pertinente.

¶Circa libros.

¶Item ad ipsum pertinet hr̃e chartam in qua sint scripti omnes libri conuentus, & cum augmentantur vel minuuntur, scribẽ vel abradẽ in charta illa, sicut fuerit faciendum. Hmõi ãt chartam dȝ tradẽ successori suo cum dimittit offm̃, & accipere á prædecessore cum assumit offm̃ de nouo, vt sic semper possit reddi rõ de libris cum exigitur â p̃lato, ne per obliuionem eos deperire contingat. Ipsius etiam interest hr̃e cu ram ꝙ per se vel per alium secundum ordinationem

los ad armarium reportare. ¶Item ad ipsum pertinet prouidere q̧ in aliquo loco silentij & apto sit aliq̃s pulpitus magnus, vel plures, in quibus ligentur aliqui libri bñ legibiles, quibus frequentius Fr̃es indigent cum habentur, ut est biblia glósata ĩ totum uel in parte, biblia sine glosis, summæ de casibus, & gaufredi, & de uitijs & uirtutibus, & d' q̃onibus concordantiæ, ĩterpretationes, decreta, decretales, distinctiones morales, sermones uarij d' festis de Dñicis per totum annum, hystoriæ, sñiæ, cronica, passiones, & legẽdæ sanctorum, hystoria ecclesiastica, & similia multa ut cõitas Fr̃m in promptu possit illa hr̃e. Armarium uerò sic d3 aptum tenere certo tempore, uel esse iuxta eum, uel in ipso, ut qui uolunt aliquid in trãsitu videẽ in alijs libris qui sunt in eo, uel aliquem hr̃e ad horam breuem, possint copiam eorum de facili hr̃e. Porrò cum aliqui Fr̃es uolunt hr̃e aliquẽ librum uel scriptum aliqd' non ad horam, sed ad portãdum ad scholas, & ad tenendum diu in cella, d3 secundum consilium Magistri studentium assignare quib⁹ & quos ipse iudicauerit expẽdire, & facere memoriale in scripto, qui fratres, quos libros hñt assignatos, hoc modo & cũ reddiderint memoriale delere. Fr̃es uerò qui libros deturpauerint uel in eis aliquid propria auctoritate scripserint uel deleuerint, uel ĩ aliquo negligẽter seu male tractauerint, aut ĩ aliquo offenderint circa pertinentia ad suum offm̃, d3 suo tempore proclamare & admonitiones facẽ fratribus, circa idem suggerere p̃lato tempore opportuno. ¶Item cum aliq̃ libri uel scripta petuntur mutuo, d3 super hoc memoriale

riale fieri,vel pignus interdum accipi,ne contingat libros hmōi deperire. Qui verò mutuo accipiuntur ab alijs,dñt per manum eius accipi, & ipse dꝫ memoriale super hoc facere, & habere curā quòd bene custodiantur,et suo tempore sine mora reddātur,et pignus si datum fuerit rehabeatur.

¶Circa annexa Studio.

¶Item ipsius interest hr̃e in libraria atramentum,pēnas,pumices,chartam,plumbos, regulas, cultellinos ad scindendas pennas, sepum et candelas ad vigilandum de nocte,et omnia hmōi ad scribendum necessaria,vel studendum,vel vigilandum, et Fratribus sine difficultate (cum indiguerint) ministrare, pergamenum etiam secundum consilium Magistri studentium dare dꝫ illis quibus dixerit,maximè ad scribendum ea quæ audierint in lectionibus,vel disputationibus,vel sermonibus,et in alijs etiam casibus, de p̄lati lnīa spāli. Expēsas verò pro pertinētib⁹ ad offm̄ suum necessarias debet accipere à procuratore vel de quæstu acquirere, vel aliter prout Prior duxerit ordinandum.

¶De Officio Fratris curam gerentis de scriptis. Cap. XIIII.

¶Circa scripta.

OFficium Fratris gerentis curam de scriptis est diligenter & solicitè procurare scripta omnia tam conuentus q̃ Fratrum singulorum,vt ab hmōi solicitudine sint oēs alij expediti. Vbi verò multa sunt circa hoc facienda,ita ꝙ cella sua ei nō sufficit,assignandus est ei locus aliquis idone⁹ alius,ad reseruandum

vel

vel pergamenum vel pēnas, vel alia hmōi, vel alia opera facienda ad offm̄ suum pertinentia. Dʒ aūt apponere curam ꝙ omnia quæ facit scribi, plus sint de legibili litera et durabili, q̄ formata multum vel p̄ciosa, et maximè circa libros cōuentus vel scripta. Cum aūt facit aliquid scribi pro Fratre, dʒ prius ei constare ꝙ frater habeat lnīam, et pecuniam cum lnīa, q̄ ad opus illud sufficiat. Si aūt vult facere scribi aliquod opus curiosum, vel min⁹ vtile, vel vult scripturam nimis p̄ciosam vel curiosam fieri, vel nimis subtilem, n̄ dʒ in illo opere procedere, nisi prius conferat dᶠ hoc cum Magistro studentium et p̄lato, et tunc de approbatione p̄lati fiat quod fuerit faciendum. Si aūt aliquis frater intromittit se de scriptis suis nimis, vel in aliquo circa hoc ip̄m uel scriptorē molestat, uel alias offendit dʒ hoc indicare Priori, vel ipsum proclamare vt corrigat̄. Ad ipsum etiam pertinēt emere vel vendere libros vel pergamena, quæ fuerint emenda vel vendenda in domo pro fratribus vel conuentu. Porrò pecunia quæ pro hmōi operē fuerit sibi cōmēdata, vel in summa vel partes, sic dʒ sagaciter custodire ne pereat, sic distinctè ne confundatur vna cum alia, sic expendere prudenter vt possit semper de omnibus reddere rationem. ¶Circa Scriptores.

¶Item ipsius est hr̄e cautelam circa Scriptores, ne eū decipiant, ne sint tales qui nimis mēdaciter scribāt, ne sint tam infames ꝙ ex eorum familiaritate ad fratres nascatur scandalum, ne aliqui malę vitæ euidenter vnq̄ morentur cum fratribus et similiā. ¶Item ꝙ si aliqui morantur cum fratribus, vel continuè vel dᶠ

die,

die, ꝙ in tali loco ponantur, ꝙ ſecreta fratrum nõ ſciant, vel eos, vel facta eorum facilè non videant. Si ãt domus dꝫ eis prouidẽ in victualibus ſuper hoc quomodo fiat hora debita et per quos, dꝫ curare. ¶Item cum tractat pecuniam occaſione officij vel ſoluẽdo Scriptoribus, vel emendo aliqua et hmõi, ſic occultè et caute dꝫ hoc facẽ, ꝙ videntes extranei ĩ ordine nõ ſcandalizentur. Porrò ſi aliquis frater ſcribat aliquid pro domo ex ordinatione Prioris, dꝫ ei neñia q̃rere et miniſtrare. Dꝫ ẽt ſuggerere Priori vel Viſitatoribus vel alijs maioribus, vt ordinent ꝙ fiãt aliqua ſcripta pro domo, vel teneant̃ Scriptores et hmõi, ad augmentationem librorum vel ſcriptorum prout viderit facultates domus poſſe portare.

¶De Officio Examinatorum.

Cap. XV.

OFficium Examinatorum eſt reddere cautos Fr̃es qui aliquẽ volunt examinari, ꝙ nõ p̃ſentẽt aliq̃m de quo certum ſit ꝙ non ſit ſufficiẽs, ne fiat ei qui talis ẽ confuſio pro nihilo. Illos ẽt dr̃ quibꝰ veraciter cõſtat per certos teſtes vel facti euidẽtiam, uel famã publicam, ꝙ ſunt bñ ſufficiẽtes, nõn opꝫ examinarẽ ſed referre Priori hmõi certitudinẽ. Cum aũt dr̃ aliquo ꝑpter dubium fuerit examinatio faciẽda, nõ expedit ꝙ fiat cũ aliqua ſolẽnitate vel acerbè, ſed ita vrbanè ꝙ ipſe qui examinatur, ꝙ ſit examinatus plenarie nõ aduertat, quod fiet q̃n diuiſim, vel ẽt ſimul examinatores eundo per hortum vel alibi loquũtur latinæ cum eo, modo dr̃ rumoribus mundi, modo de rebus impertinentibus ad ſcĩas, modo dr̃ ſcĩa aliqua ĩgrẽdo,

nore & pausas faciat interdum competentes. D3 aūt aurē apponē ad intelligēdum si in aliquo corrigitur, & correctionē quæ fit à correctore ēt si minus bñ dicit humiliter suscipere & exequi, dummodo manifestum errorē non dicat. Cum aūt legitur de biblia d3 sic incipere. Talis libri, capitulum tale, dum īcipit lectio in principio capituli, si aūt incipit infra capitulū d3 sic incipere. Talis libri capitulo tali. Cum incipit in principio alicuius libri sic d3 incipē. Incipit liber talis. Cum aūt incipit ī aliquo prologo si sit vnicus prologus in libro illo d3 sic incipere. Incipit ꝓlogus in talem librum. Si verò multi d3 in primo sic incipere. Incipit primus prologus in librum talem, in secundo verò sic, prologus secundus in librum talem, & sic deinceps. In ępistolis verò Pauli d3 sic incipere. Incipit argumentum &c. postea legē argumētum, deinde dicē incipit ępistola talis. Si aūt legit homeliam præmisso textu Sancti Euangelij, & præmisso in illo tēpore & reliqua & lectio Sancti Euangelij d3 sic incipere, homelia talis. Cum aūt legit Euangelia & venit ad passionem, d3 transire vsq; ad resurrectionē. Vbi aūt est consuetudo ꝙ legatur tabula in mensa in Festis maioribus, d3 eam prouidē & legē circa finem mensæ. Cum verò finitur liber d3 sic terminare. Explicit liber talis. In legendo aūt talē vel talem librum, siue in comestione, siue in collatione non d3 aliquid propria authoritate facē, sed quod ei dictum fuerit â Correctore in mensa. Regulam d3 legē prima die post Dñicam qñ non contingit extraneos interesse in refectorio. Ad ipsum ēt pertinet hře curā
de libro

& libro in quo legitur custodiẽdo,& portando in refectorium,& repottando. Cum aũt aliquas falsitates manifestas vel defectus vel errores inuenit ĩ libris in quibus prævidet lectiones, si fuerint libri de domo, d3 hmõi falsitates oñdẽ librario, si sunt libri de communi, vel Fratribus quibus sunt assignati si nõ fuerit de communi. In terminatione verò lectionis d3 aliquod signum tunc facẽ cum cera, vel speram supponẽ vt sciat vbi debeat reincipere vel oñdere successori, siue alij qui legerit loco sui. Cum dñt extranei interesse,& si non est talis Lector qui consueuerit bñ legẽ, d3 alij magis idoneo ad legẽdum committere lectionẽ, vel rogare Prȩlatum vt hoc faciat, ꝑcipuè cũ illi extranei literati & intelligentes reputantur.

¶De Officio Correctoris in mensa.
Cap. XXVI.

OFficium Correctoris in mensa est, ordinare cũ ꝑlato quid, quo tẽpore, siue in prandio, siue in cȩna, siue in collatione legat,& mutuó accipere libros aliquos ad hoc vtiles, cum lña eiusdẽ, cum in domo non hñr,& de ipsis custodiẽdis & reddẽdis curã hr̃e, & dare operam erga ꝑlatos, ꝙ illi libri de domo in q̃bus op3 legere corrigantur bñ,& punctuentur, & viuificentur. Ipsius ẽt interest cum cõsilio ꝑlati obseruare q̃ñ Fratres melius sunt in domo, tunc facere legere frequenter in anno, acta capitulorum gñalium & prouincialium, lr̃as Magistri,& constõnes, & notas aliquas de rubricis magis vtiles,& frequentius necessarijs secũdum iudicium Cantoris. In collatione verò & in cȩna d3 prouidere ꝙ legãtur libri aliq̃ bonæ

ędificationis & frequentius hystorias, q̃ retinere valeāt continentes, vt sunt vitæ Patrum, libri collationum, & similes. In prādio verò & si freq̄ntius biblia est legēda, tñ possunt interdum vtiles libri aliqui legi, vt sunt originalia multum vtilia, & similes libri. In vigilijs verò & Festis, & ĩ diebus priuilegiatis, vt sunt dies rogationum, & hmõi, possunt legi Passiones, vel Homeliæ, vel Sermones Sanctorum ędificatorij dum hñr, & ĩ die Parasceues solēt legi Treni Hieremiæ, vel Sermones deuoti de Passione. Porrò ipsius ē ꝓuidē diligēter lectionē, & studium suum circa illa maximè applicare, & Lectorē instruē cum petierit, vel ēt si ipse non petierit ꝑuenire eum in hoc, maximè cum ĩ lectione occurrerit aliquid difficile, vel dubium in accētuando vel pronunciando, vel lr̃a dubia & hmõi. Cum aũt sedes sua nimis distat à loco lectionis vel ñ ē bñ disposita ad intelligendum Lectorē, pôt de lnĩa eligē locum alium ad sedēdum in refectorio, propinquum Lectori añ faciē constituto. Cauēdum est aũt ei ne correctionibus nimis curiosis seu inusitatis vel minus vtilibus molestet Lectores vel auditores. Si ãt contingat ꝙ extranei lr̃ati debeāt interesse, & Lector non reputetur multum idoneus ad legēdum, prouidēdum ē ei ꝙ ipse, vel alius legat tunc loco ipsius, & super hoc Prælatum adeat, & si fuerit necesse aliquis compellatur. Cum verò aliquē Lectorē viderit freq̄nter circa aliqua deficē, dȝ his obseruatis ad aliquē locum congruum ipsum aduocare, & ipsum circa defectus & ignorantias suas instruē charitatiuè. Vt ãt q̃ ad istud offm̃ pertinēt meliꝰ fieri possint, dȝ ꝓcura-

re ꝙ habeantur in domo aliquæ summæ de modo ac centuandi,& pronunciandi,& ad grammaticam pertinentes,& correctiones bibliæ & hmōi,per quæ Fratres in legendo possint dirigi, & corrector in corrigendo,& hoc dꝫ corrector prout poterit procurare.

¶De officio Infirmarij. Cap. XXVII.

INfirmarius dicitur qui hꝫ curam gn̄alē infirmorū, & infirmitorij. Dꝫ aūt ad hmōi offm̄ poni Fr̄ q̄ sciat eē patiens ad molestias infirmorum, & compatiēs infirmitatibus & necessitatibus eorum,qui sit dulcis ęloquio,verbis consolatorijs affluens,& prouidus,& discretus in procurandis,seruandis, & ministrandis necessarijs, nec tenax in dispensando necessaria,nec prodigus in consumendo aliqua sine causa. Ad huiusmodi igitur offm̄ pertinet,hr̄e curam de omnibus quæ ad infirmitorium vel infirmos pertinēt gn̄aliter, vel in casibus varijs,& emergentibus, quæ pro aliquibus hr̄i dn̄t vel fieri,& prouidere de his quòd habeantur sine defectu tempore opportuno.

¶Circa res habendas.

¶Proinde dꝫ solicitudiuem hr̄e erga maiores quantum pōt,ꝙ habeatur īfirmitorium sanum & bonum, & bn̄ dispositum in officinis commodè aptatis,sufficientibus,commoditate camerarū, & horto seu prato vel virgulto ad recreationem infirmorum,in quo etiam sint aliqua loca seu domunculæ,& archæ,& armaria apta ad repositionem rerum omnium quas ibidem seruare opꝫ,& ꝙ hmōi domus freq̄nter purgetur,& munda seruetur & reperetur,& reficiatur cum necesse fuerit diligenter. Dꝫ etiam prouidere quò

habeantur ibidem competentia vasa,vel vtẽsilia,mappæ,ciphi,scutellæ,mensæ communes,& singulares ꝓ comedẽtibus in lecto,instrumẽta & hmõi necessaria abundanter,circa coquinas,circa lectos,circa comestionem,circa medicinalia, circa balnea vel stuphas, circa minutiones,circa rasuram circa lotiones pedũ & capitum,circa potionandos, vrinalia quq; & sellæ pro impotentibus surgere & ire ad cameras communes,feretrum quoq; & coopertoria ꝓpria,& alia necessaria pro mortuis,& loca apta ad lauandum mortuos,& lauatorium commune pro manibus & receptacula aquarum quæ effundũtur interdũ, libri quoq; pro officio diuino dicendo, & ad legendum interdum pro consolatione,& ædificatione inrmorum, vt sunt vitæ Patrum,& similes libri. Candelæ quoq;, & oleum pro lampada, & seruitores secundũ exigentiam multitudinis & secundum cõditiones infirmorum,& infirmitatum,procurandum est apud ꝑlatũ. Et cauendum ne extranei seruiant infirmis, sed Fr̃es inuicem vbi hoc põt commodè obseruari. Vbi ergo extraneos aduocari compellit necessitas, cauendum est ne aliqui ad hmõi recipiãtur seruitia,nisi adeo familiares sint, ꝙ Fratrum secreta possunt eis reuelari securè. Ipsius etiam si nouit per se medicinã,vel alios medicos Fr̃es vel extraneos adhibẽ cõsilium medicinæ,circa infirmos,& procurare ꝙ fiat quod faciendum fuerit pro salutè, ordinare etiam & prouidere quid quotidie comedatur,siue ab illis qui veniũt ad mensam communem siue qui decumbunt, & hr̃e solicitudinem q̃ tam hoc quàm medicinalia tempe-

ſtiuè & ſuo tempore miniſtrentur, ſicut requirit con ditio & neceſſitas infirmorum. Neceſſaria verò pro expenſis dꝫ â procuratore recipere,vel aliter ſi Prior duxerit ordinandum,& omnia computare,& in capi tulo recitare ſi qua ſpālia beneficia notabilia fuerint collata infirmis, Ipſius etiam intereſt freqnter viſitare infirmos,& diſcurrē per coquinam & officinas alias ad videndum ſi fiūt omnia quæ fieri dn̄t,et ſi qd negligentiæ inuenerit,corrigē dꝫ, et cum commodè pōt apponere manum ad adiuuandum. Dꝫ ēt hr̄e curam ne res aliquæ ſiue reliquiæ,ſiue aliæ pereāt, vel ī-utiliter expendantur,et quæ reſeruanda ſunt diligen ter cuſtodiantur,et ſi aliqua vtēſilia vel alia hm̄öi accepta fuerint interdum de īfirmitorio pro raſura,vel etiam minutione,vel alijs de cauſis, ꝙ reddātur et in ſuis locis reponātur. Notare etiam ſi aliqua fiat diſ ſolutio vel inordinatio ibidem,et illud īterdum charitatiuè corrigere, et interdum etiam p̄latis referre. ¶Interdum etiam in capitulo ſuper hm̄öi proclamare. Si qua verò dicta fuerint in capitulo quæ ad infir mos pertineant,dꝫ illa infirmis referre,et cum eorū infirmitates aggrauantur Prælatis in capitulo dicere, vt faciat orare pro eis. Mortuos quoq; de nouo, ipſi Prælato in capitulo ad memoriam vt Fratribus recomendētur reducere, et habere curam quòd per domos alias citò ſignificetur. ¶Circa Infirmos.

¶Porrò cum aliquis de nouo mittitur ad infirmitorium,dꝫ eum cum omni charitate ſuſcipere, et dulciter conſolari,et ſecundum ſuam neceſſitatem de eo ſolicitè cogitare,ſiue in aſſignando locum et lectum

ſi expedit

si expedit eum iacere in infirrorio, siue de spāli seruitore si indiget, et alijs hmōi quibus eius īfirmitas noscitur indigere. Si aūt commissum fuerit ei â Priore ꝙ curam habeat de ponendo Fratres in infirmitorio, dꝫ eē solicitus de his quibus indigent, cum ei dr̄ vel aduertit, et eos ꝑuenire añquâm petere illud cogant. Cùm verò aliquis abutitur infirmitorio, sine cā rōnabili ibi nimis morando, dꝫ hoc cautè suggerere Prælato, vt ipse faciat quod circa hoc fuerit faciendum. Circa verò illos qui ex nimia humilitate vel religióne petunt lnīam recedēdi anteq̄ expediat eorum statui, dꝫ ēt Prælatum cautum reddē, vel ipsemet dꝫ eē cautus si data est sibi ptās in hmōi lnījs concedendis: ne cedat eis sua religio ī corporis notabile detrimentum. Cùm verò nullus infirmus fuerit, dꝫ hr̄e curam de domo infirmitorij claudenda et custodienda.

¶De officio Seruitoris infirmorum.

Cap. XXVIII.

SEruitor infirmorum dr̄ qui deputatus est ad seruiendum infirmis vel in communi quo ad illos q̄ veniunt ad mēsam communem, vel singulariter alicui vel aliquibus cum decumbunt. Huius aūt offm̄ ē solicitum eē vt fiant omnia faciēda rōne officij diligéter, et suo tēpore, pium eē ad infirmorū necessitates, patientem ad eorum molestias, consolationes charitatiuas, verbis et factis impēdere eis, et oīa q̄ ad studium vel alias occupationes q̄ ɗ necessitate salutis nō sunt vel ordīs, postponē ꝓpter huius modi pietates.

¶Circa communem Seruitorem.

¶Porrò qui deputati sunt ad seruiendum cōiter oīb*

ſiue ad ſeruiendum in domo in qua comeduntur carnes, ſiue in domo recreationis, debet ſcire diligenter illud quod ſupra notatum eſt circa offiñ refectorarij, & ſeruitorum primæ menſæ vel ſecundæ, circa menſas parandas, & ſeruitium ibidem faciendum, & remouenda, & recolligenda in fine & munditias faciendas, & vtenſilia & hmõi cuſtodienda, & lauanda, & lauatorium & ſimilia, & illa omnia quæ ex illis ad ſuũ vſum pertinere videntur exequi diligenter. D3 aũt in infirmitorio eẽ domus aliqua ꝓ procuratione, vel duæ pro duabus prædictis domibus in loco vel locis idoneis, quarum vel cuius cuſtodiam d3 vel debent hr̃e qui eſt vel qui ſunt principales ſeruitores. Cum aũt comeſtionis hora appropinquat d3 hmõi ſeruitor facere ſignum cum campana, quæ ad hoc d3 apta hr̃i in infirmitorio, in loco idoneo, ad conuocandum Fratres in infirmitorio comeſturos. Cùm verò conueniſſe viderit, d3 aliud modicum ſignum facere ad manuum lotionem, quo facto ſine aliqua expectatione eorum qui non venerunt d3 fieri bñdictio. Si verò aliquid mittatur infirmis, d3 cauere ne deferens introducatur, quouſq; prouideatur ꝙ nihil ibi videri poſſit quod ipſum valeat ſcandalizare. D3 ẽt ꝓuidere ꝙ liber aliquis ędificatorius habeat̃ ſemper ĩ ꝓmptu, in quo vel ipſe qñ ñ eſt in alijs occupatus vel aliquis Fr̃ alius de comedentibus, legere poſſit interdũ in mẽſa ſi velit. Si verò mẽſę fuerint mobiles, d3 eas in fine reponere in loco ſuo. Expeditis verò omnibꝰ quæ ad comeſtionem pertinẽt, d3 hr̃e curam de claudenda domo in qua comeditur, ſi ibi lecti nõ fuerint

in quibus aliqui iaceant, tempore & hora á Priore determinatis. Illos verò qui tardè veniunt vel recedũt tardè vel silentium tempore debito vel loco non seruant, vel aliquas dissolutiones ibidem faciunt, vel aliqua alia rẽphensibilia, dʒ suo tempore in capitulo proclamare. Dʒ aũt cum infirmario conferre in sero de his quæ agenda sunt pro infirmis, vel paranda, & innotescere ei de multitudine infirmorum, & conditionibus eorum, & cum multiplicantur vel minuuntur, vt sciat melius quid & quantum sit ĩ crastinum ꝑ parandum. Ipsius etiam est accipere & apportare panem & vinum de refectorio & cellario, prout fuerit ordinatum, & cauere ne superfluè apportentur, & ne ea quæ remanent pereant, vel inutiliter consumant, sed pro eleemosyna vel ad aliquos vsus sicut ordinatum fuerit diligenter seruentur. Dʒ ẽt sępe cùm necesse fuerit visitare coquinam, & solicitare coquinarios, & eos iuuare cum põt, & ipsi indigent, vt meliꝰ, & citius omnia expediantur. Cùm verò non sunt tot infirmi vel tot facienda ꝙ oporteat eum morari multum in infirmitorio, dʒ cauere multum ne ociosę ibi commorans effundat se in dissolutionibꝰ, & omittat ea quæ ad studium pertinent, & ad religionem, & cõuentum, & committere põt aliqua modica infirmis facienda qui possunt illa facere, vt ẽ completio alicuius modici seruitij, vel ꝙ vnus qui non comedit seruiat alij vel ꝙ remoueat mappas vel mensas cum comederint aliqui & hmõi, vt possit ipse cum alijs interesse conuentui. Cùm aũt expeditus fuerit de conuentu, redire dʒ ad videndum si quæ commisit facta fuerint,

rint,& si quid deest, ẽ supplẽdum ab eo. D; ẽt curã hr̃e de faciendis lectis infirmorum qui non hñt proprios seruitores, cum ipsi voluerint.

¶Circa seruitorem specialem.

¶Porrô ad seruitorẽ deputatum alicui vel aliquibus decumbẽtibus pertinet eius coopertoria & vestes, & hmõi de dormitorio apportare, si ipse voluerit vel indiguerit, facere lectum infirmi, procurare ei vrinalia vel alia vasa, seu sellã, et hmõi quæ fuerint necessaria, reseruare vrinam ad oñdẽdum, assistẽ eidẽ de die et nocte cum fuerit necesse, iuuare eum in discalciando in surgẽdo, in intrando lectum, et similibus. Iacere ĩ infirmitorio, vigilare coram eo cum fuerit necesse, seruare eum in calore, coram eo stare ne se discooperiat. Quærere consilium diligẽter cũ inrfimario de infirmitate eius á medico, et quæ medicus mandauerit exequi diligẽter, siue in medicinalibus, siue ĩ cibis siue in alijs quibuscunq; Hr̃e etiam curam spãlem de eis quæ paranda sunt in coquina pro eo quotidie hora debita, & in hoc faciendo iuuare vel totum facere si fuerit necesse, & de aptando mensam circa eum cõmode & omnibus ad mensam pertinẽtib9 mĩnistrandis, & recolligendis, & reponendis in locis suis, & de calefaciendo aquam vel vinũ & brodium & similia. Vestes etiam eius & coopertoria & alia lauanda lauare, & purgare locum vbi iacet. Procurare etiam omnia quæ sunt in casu necessaria, vel cã balnei vel minutionis vel lotionis pedum, vel capitis, vel cocturæ alicuius, & similium, dummodo in aliquod periculũ mortis non sint vel grauis mutilationis, & his assistẽ,

& iuuare

& iuuare vel totum facẽ cum põt commodè & hone
ſtè. Panem verò & vinum & hmõi communia d3 ac-
cipere á communi ſeruitore, alia verò q̃ ñ hñr cómu-
niter quæ tamẽ ſunt neceſſaria interdum, d3 querere
ab infirmario. Ipſius ẽt intereſt prouidere de lumi-
ne & libris ꝓ officio dicendo cum eo, vel coram eo
cum ipſe non põt, in quo ẽt non eſt omittendum qn
dicatur coram eo offiñ miſſæ, cum ad miſſam ire non
põt. Cùm verò põt ſed debilis eſt, eũ iuuare d3, eun
do & redeundo. D3 ẽt aliquem librum cõſolatoriũ
& ędificatorium hr̃ę in ꝓmptu, in quo aliquid legat
coram eo interdũ ad eius conſolationem. Et ẽt tam
per ſe q̃ per alios Fr̃es ad hoc idoneos, quos interdũ
d3 ad hoc inducẽ, intendẽ cõſolationi, & ędificatio-
ni eiuſdem. Si qd verò petierit vel facẽ voluerit qđ
ſuę contrarium ſanitati ſit, cautè d3 eum aduertere.
Si aũt non ſit contrarium d3 ei obtemperare cùm cõ
modè fieri põt. Deinde quicquid põt excogitare qđ
ei prodeſſe poſſit ſiue quo ad corpus, ſiue ad animam
debet totum ſiue per ſe, ſiue per alios facere, vel pro-
curare diligenter. ❡Circa Sacramenta ſuſcipienda.
❡Porrò circa confeſſionem & vnctionem & commu-
nionem petendam ſi fuerit negligens, d3 eum cautè
ſolicitare, & cùm hæc facienda fuerint ſignificare il-
lis ad quos pertinet, & neceſſaria ex parte infirmi ſoli
citè procurare, & ingraueſcẽte infirmitate reducẽ ad
memoriam Priori in capitulo, vt faciat orare pro eo,
ſi infirmarius hoc non fecerit. Cùm verò morti ap-
propinquauerit d3 facẽ ſignum cum tabula, ad cõuo
candos Fr̃es ad cõmendationem faciendam, cineres

& locum

& locum p̃parare cum super eis fuerit deponendus, & pertinentia ad hoc & similia circa statnm illum dirigẽ & facẽ, socijs ad hoc cum indiguerit aduocatis vel à p̃lató petitis. Cûm verò mortuus fuerit dʒ hr̃e curam de aqua calefaciẽda ꝓ ablutione corporis eiꝰ & inuoluẽdo, & coopertorio ad hoc deputato apponendo, ipso verô sepulto, feretrum & coopertorium reportare ad sua loca. Deinde vestes eius & coopertoria in quibus iacuit (si apportata fuerant de dormitorio) dʒ tradẽ vestiario, vt ipsis lotis & mundatis p eum diligenter, de illis postea fiat quod fuerit faciendum. Si verò coopertoria p̃dicta erant de infirmitorio, ipsa & capitergia & hmõi quę cum eo fuęrint, dʒ tradẽ infirmario, vt illa faciat diligenter mundari, & aptari an̄quám in vsus Fratrum iterum assumantur, sotulares verò & bottas & consimilia dʒ reddẽ in sutoria. Dʒ quoq; infirmario reducẽ ad memoriam ꝙ habeat curam ꝙ in primo sequenti capitulo recõmendetur anima defuncti Fr̃ibus, & ꝙ citò denuncietur per alios conuentus, & ipsius in hoc supplere negligentiam, si forte ipse negligens extiterit.

¶Circa vtrosque seruitores.

¶Est notandum quôd in magnis conuentibus & vbi est multitudo infirmorum multiplicandi sunt seruitores tam cõmunes q̃ sp̃âles secundum indigentiam multitudinis ĩfirmorum, vbi verò sunt pauci, pauciores sunt ponendi, sufficientes tñ. Si verò adeo pauci fuerint ꝙ cõmunis seruitor sufficiat, vel seruitores, vel ẽt solus infirmarius, tunc ille vel illi dʒ vel debẽt exequi quantum necesse fuerit omnia supradicta.

Vtrum

Vtrum aūt ad hoc imponendi sint Fr̄es clerici, vel laici, vel ēt familiares & honesti famuli, & aliqui de istis vel de illis, & vtrum per septimanas, vel ad tp̄s ꝓlixius prouidentiæ Prioris est ordinare, hoc ꝓuiso quòd vnus principalis habeat alios adiutores. Ipsius etiā Prioris ē ordinare ꝙ postq̄ prima mēsa finierit, de comedentibus in refectorio aliqui Fr̄es vadant ad infirtorium, qui suppleant seruitorum vices, cum nondū completa sunt omnia, vt ipsi seruitores comedant in mensa secunda, vt tertiam fieri non oporteat. Qui postquàm comederint, debēt redir̄ ad īfirmitorium, ad videndum si illi qui eorum vicè seruierunt bñ omnia compleuerunt. Et si quid defuerit debent illud supplere. Si verò aliquem de familia vel aliquem extraneum in domo aliquo casu contigerit ęgrotare, ad infirmarium pertinet vt secundum voluntatem Prælati ordinet vbi ponatur & qualiter & per quos seruiatur ęidem tam charitatiuè & solicitè secūdum exigentiam personæ, ꝙ in hoc nunquàm negligentia committatur.

¶De officio Receptoris hospitum. Cap. XXIX.

AD receptionem hospitum talis Fr̄ cleric⁹ vel laicus est ponendus qui industrius in agendis, hylaris vultu, verbis affabilis, charitatiuus in necessitatib⁹ promptus in omni obsequio, disciplinatus ī morib⁹, in expendendo mediocris, inhonestis solatijs carens, non tardus in labore, competenter potens, ędificatorius in verbo, & qui sciat se morib⁹ aliorum & diuersitatibus varijs prudenter, & religiosè se cōformare,

& gratum

& gratum cunctis seruitium exhibere.
¶Circa curam quam debet habere.
¶Ad hm̄oi offi͞m pertinet hr̄e curam de domo vel de domibus hospitum (si sunt plures) custodiēdis, claudendis, aperiendis tempore suo, mundandis & honeste & cōmodè aptandis, in formis, in sedibus, in mensis & hm̄oi, et ꝙ habeatur lauatorium pro manibꝰ intus, vel extra in vicino, et receptacula aquarum q̄ effunduntur, vt domus nō madefiat, et mensæ, et sedes siue sedilia sufficientia, et ꝙ habeat ibi aliqua domūcula pro procuratione, et arcæ vel armaria, seu fenestræ et perticæ et hm̄oi, ad repositionem et conseruationem rerum quas ibidem opȝ seruari interdum. Et ꝙ habeantur ibidem ciphi et vasa ꝓpria, et coclearia, et vascula pro sale, et hm̄oi vasa seu vtensilia ꝓut necesse fuerit, siue ad pedū lotionē, siue ad alios vsus, q̄ dȝ mundare freq̄nter, et diligēter, et in locis debitis custodire. Dȝ ēt curam hr̄e dr lectis eorum parandis honestè et mundè vbicūq; fuerint, et hr̄e aliquas caligas, et tunicas, et caputia munda, et bottas sub aliqua claue, quas possit indigētibus tradē, pro tp̄e, ad mutandum sua, candelas ēt pro necessitatibus hospitum, siue in domo, siue in via cum recedunt, campanulam ēt aliquam cum qua fiat signum cū fuerit cōmunis hora comedēdi pro hospitibus, nisi sit consuetudo in illo conuētu ꝙ fiat in cimbalo ictibus. Porrò panē à refectorio recipiat, vinum verò á cellario; quale ꝑ procuratorē fuerit ordinatum. Quæ vero ꝑtinēt ad sotulares vel vestes, á vestiario si modica fuerint, vel à p̄lato si fuerint magna q̄rē dȝ & accipere:

Ea verò quæ ad cibum pertinent vel alia quæcunq;. d3 ministrare Procurator, & pro eis est recurrẽdum ad eum. Si qua verò mittuntur eis vt pisces, vel alia pertinentia ad cibum, præter panem & vinum, vel ẽt ista in magna quantitate d3 hoc indicari Procuratori, & secũdum eius ordinationem dispensare, & si venerit deferens hora comestionis, d3 prouidere ꝙ nõ ingrediatur, quousq; ꝓuideat, ꝙ in eis quæ visur⁹ elt circa mensam, non possit in aliquo male ędificari.

¶Circa Fratres hospites.

¶Cùm igitur intellexerit Fr̃ hospitarius aduentũ Fratrum aliquorum qui nõ sunt de cõuentu suo, vel etiã de conuentu qui diu steterunt extra domum, statim ad eos d3 festinare, & occurrere leto vultu, & si non sunt auctoritatis magnę d3 dare osculum pacis, si verò sunt grandis auctãtis, non d3 se ingerere ad osculum pacis, nisi primo inuitetur ab eis. Deinde ducere eos ad bñdictionem si non receperunt, & quærere Sacerdotem, si ipse non est Sacerdos, qui eam faciat, & ipsa recepta acceptis baculis & libris & alijs si qua gerũt, quæ sunt ab eo custodienda, ducere eos ad hospitium, et significare Prælatis aduentum eorum. Si verò fuerit Magister ordinis vel alius recipiẽd⁹ à cõuentu, sua interest pulsare campanam capituli, ad cõgregandos Fr̃es hora competẽti ad bñdictionem, et ipsa recepta iterum pulsare ad capitulum cũ debuerit intrare capitulum, primo super hoc eius inquisita voluntate. Cùm ergo resederint in hospitio si tali venerint hora ꝙ iam comederint, debent inuitari ad potum, deindę ad requiescendum in lectis si voluerint,

rint,et hora hoc requisierit,et de loco camerarũ edoceri. Et si non est dies in quo eos oporteat ieiunare inquisito de qualitate refectionis quã illa die habuerunt,dз hoc significare Procuratori,vt secũdnm exigentiam necessitatis debito modo paretur quod poterit haberi. Si verò nõdum comederint nec audierint Missam,dз de Missa audienda vel celebrãda cum ipsi voluerint,de ministris hñdis prouidere. Si veró fuerint fatigati,et qescere voluerint,fiat de hoc si voluerint añ Missam vel post et ĩterim solicitare Procuratorem de prouidendo quæ fuerint necessaria ad refectionem,et ipse solicitè adiuuet in præparando, et ordinet si necesse fuerit per Prælatum, ꝙ aliqs vel aliqui interim sint cum hospitibus, qui eos associent et dirigant si aliqua voluerint. Cùm ergo fuerint oĩa ꝑparata,si fuerir hora consueta comedendi pro hospitibus,faciendum est signum prædictum, aliter non. Quod etiam obseruandũ est omni tempore circa hospitũ comestionem,et deinde ablutis manibus,et dicta bñdictione,et collocatis Fr̃ibus ab eodem,secundum statum eorum,proseq̃nda sunt cętera q̃ ad mensam pertinent. Porrò in parandis et seruiendo, et remouendis mensis,et colligẽdis reliquijs et reponendis,tã illis quàm ciphis,et alijs hmõi,obseruãda sunt ea quæ supradicta sunt circa refectorium, et seruitores primæ mensæ et secundæ,et seruitores infirmorũ prout et quantum competere pñt in hospitio. Hñdꝰ est etiam aliquis liber in hospitio ędificatorius ĩ ꝓmptu,in quo dum comeditur legi possit interdum aliquid ab aliquo si visum fuerit expedire. Ablutis verò

manibus

manibus post refectionem offerendus non est potus nisi aliqui petierint vel indiguerint,et sit in patria talis vsus. Ordinandum verò est à Prælatis ꝙ cum comedũt hospites hora comestionis conuent⁹,nec sunt expediti finita prima mensa conuentus,ꝙ aliquis vel aliqui dꝭ Fr̄ibus qui comederunt veniant ad hospitiũ & suppleant vices receptoris hospitum,vt ipse comedẽ possit in secunda mensa,et facta cõmestionė redire dꝫ ad vidẽdum,si sunt omnia bñ facta, et supplendum quod factum fuerit minus. De lotione verò pedum et ministratione potus in prandio et cęna tempestiuè fiendis,dꝫ prouidẽ hora tali, ꝙ eorum occasione non protrahantur vigiliæ post signũ dormitionis,nisi forte ꝓp tardum aduentum hospitum, si obseuari non possit, in quo casu si fieri non possunt omnia consueta, fiat quod secundum horam fieri poterit bono modo,siue in procuratione eorũ,siue ĩ alijs. Cum aũt ad lectos ducuntur prouidendum est eis de vrinalibus vel alijs vasis idoneis ad vrinã, & edocendi sunt de loco camerarum si vsq; tunc nesciũt,et oñdendæ sunt eis tunicæ,et caligæ,et caputia ad mntandum,et bottæ siue fotulares,vt reficiantur, si aliquo indigent et vngãtur,et si nox fuerit,dandæ sunt eis aliquæ candelæ cũ quibus vadãt ad cameras vel alibi, et quibus dicãt offm̃,et de libro pro officio si nõ hñt est eis prouidendum. Si verò vestes eorum indigent lotione,cum eorum Inĩa dꝫ procurare ꝙ lauentur. Si verô hñt magnam indigentiam in fotularibus, vel aliqua vestè,vel fecerint aliquas rõnabiles expẽsas in via nondũ solutas,vt de naulo et hmõi, dꝫ hoc oñdẽ

Priori

priori, vt anquam petant, cum eius Inia illud quo indigent offeratur eisdem. Quanto aut sunt magis exnei, vel de nationibus remotioribus, vel de maiori labore veniunt, vel sunt maioris auctoritatis rone status seculi, vel rone maioris status i ordine, vel si sunt nouitij, tanto in omnibus sunt magis charitatiue tractandi. Quod si fuerint consueti vagationi & discursui, vel de minori religione notati, tanto disciplina religionis & austeritatis circa eos magis est obseruanda, & exclusi citò de hospitio mittedi sunt ad couentum, & ad capitulum suo tempore vocandi. Qui ergo digni sunt secudum ordinem prædictum offo charitatis, cum recedere voluerint inuitandi sunt ad manendum & morandum secure, & ad hoc quodammodo sunt cogendi. Cum vero omnino recedere voluerint, inuitandi sunt ad dicendum si aliquo indigent, quod possit pro eis fieri, & faciendum charitatiue quicquid pro eis pot fieri bono mo. Et si vias nesciunt docendi sunt de illis & de hospitio, & interdum conducendi per fratres vel familiam si necesse fuerit, & status eorum hoc requirit, secudum q sunt i maiori reuerentia hndi, vt sunt diffinitores, & priores, & fratres alij magnæ auctoritatis vel famæ, & dz poni magna cura ab ipso hospitario q consolati & ædificati recedant. Ad bndictionem vero vocandi sunt ab ipso aliqui de fratribus antiquis, & pcipue prelati, & cum osculo & recomendatione sui & orationibus eorum & aliorum fratrum sunt per eos Iniandi & vsque ad portam vel plus secundum q plato visum fuerit per aliquos conducendi. Porro in comunibus &

quotidianis seruitijs receptor hospitum d3 esse solicitus, tempestiuè parare omnia diligenter, & conferre cum procuratore tempestiuè vt pуideat de necessarijs competenter, secundum multitudinem & conditiones hospitum, & seruientes in coquina pro hospitibus solicitè iuuare, cum necesse fuerit diligēter. Cauere quoq; quantum in eo est, ne fiant, aliquę dissolutiones in hospitio, & facientes suo tempore proclamare. Et si aliqua dicantur in capitulo quæ pertinent ad hospites, ipsis referre, si in capitulo non fuerint. Quod si aliqui in hospitio nimis morari voluerint, vel nimis citò recedere, d3 p̄lato suggerere qđ viderit expedire, similiter de eis ad capitulum conuocandis, vel chorum interdum cum circa hæc accidit, si videntur. Cùm verò fratres minores apud nos cōtigerit comedere vel hospitari de nocte, in omnibus deuotius & hylarius debet eis assistere & ministrare, q̃ fratribus nostris. ¶Circa hospites extraneos.
¶Cum aliquos alios extraneos, siue religiosos. siue seculares hospitari contigerit apud nos, pertinet ad eũ hr̃e curam diligentem, secundum cōsuetudinem domus vel ordinationem prælati, vbi & quid comedāt, vbi iaceant, & conducere eos per officinas cum illas voluerint visitare, ducere ad refectorium, lotis prius manibus cum ibi debent comedere, & in locis debitis collocare, & finita mēsa cum eis remanere, & ducere eos ad Ecclesiam ad gratias, vel ducere ex̃, & dicẽ cum eis officium, si fuerint magnæ personæ, & postea ipsos ad loca debita ducere, reddere etiam cautos seruitores mensę ꝙ eis diligēter seruiat secundū

statum eorum. Si aũt capitulum vel chorũ vel ecclesiam ad officium intrare debuerint: debet eos in locis debitis collocare secundum statum eorum: & cũ exire debuerint eos iterum ad debitum locum ducere. Si aũt tales sint ꝗ horas dicere habeant & libros non habent dꝫ eis prouidere de libris & iuuare si volunt: si vero laici fuerint debꝫ eos instruere, qñ & vbi missam vel aliud officium si voluerint possint audire. Si aũt habẽt aliqua negocia extra domum debet eos dirigere, & iuuare prout cõmode põt in his que decet ordinem: petita licentia prius: si talia sunt que sine licentia fieri non debent. Lꝫ autẽ omnes sic tractare debeat ꝙ consolati & edificati recedant: tñ secundum exigentiam status eorum & familiaritatem maiorem, vel necessitatem plus vel minus est cum eis aliquid faciendum. Pro nullis vero parande sunt carnes vel linteamina in lectis ponenda: nisi illa apportauerint secum. Vtrum aũt cum fratribus in hospitio comedere debeant vel alibi, & vtrum illi soli vel aliqui fratres cũ eis: ad ꝑlati discretionẽ ꝑtinet ordinare. Si ãt fuerint adeo familiares ꝙ quasi frẽs hẽantur: non oꝫ omnem solicitudinem supradictam circa eos hẽri. Si vero alique dñe vel mulieres religiose aduenerint: quibus oporteat & deceat in aliquo ministrare: ad ꝑlati & procuratoris prouisionẽ pertinebit ordinare, vt in aliqua domo vicina & honesta ministretur eis quod fuerit ministrandum sicut viderit expedire. Super omnia vero cauere debet frater hospitarius ne extranei aliquid videant inter fratres siue in superfluitatibus siue in vanis locutionibus & similibus,

milibus, vnde male possint edificari: & e contrario dare operã per se & per alios, loquẽdo cũ eis de Deo & de vtilibus, & virtutum exẽpla monstrando, & mũdè & honestè ministrando: deuote & humiliter in omnibus obsequendo, ꝙ fratres vere reputẽt seruos dei. Vbi vero frater vnus ad omnia non sufficit propter hospitum multitudinem: expedit duos fratres poni ad istud officium, vnum scilicet propter fratres & alium propter extraneos, vel illi qui principalis est dare adiutores: & quos & quot siue clericos siue laicos: & vtrum scribi p septimanas aliquos vel ad tempus ꝓlixius assignari, ad prelati pertinet prouidentiam ordinare, cum tanta cura & solicitudine, ꝙ de hospitalitatis gratia cõuentus suus semꝑ habeat bonã famã.

¶ De officio coquinarij. Cap. XXX.

COquinarius dicitur frater qui habet curã de coquina, & depertinentibus ad coquinam. Ad qđ debet assignari frater laicus, qui habeat industriam in parandis eis que ad cibos pertinent competenter honestè & mundè. Qui ẽt sit discretus in dispensando, & prudens in prouidendo & custodiendo, & in occupationibus non turbulentus: patiens & pacificus cum omnibus qui secum habent aliquid agere: & non impotens ad officij sui labores. Ad officium ergo hmõi pertinet habere curam quantum põt circa domũ coquine, ꝙ sit bene aptata, & extraneis nõ peruia: & ꝙ munda seruetur, & suo tempore claudatur. Item ꝙ habeantur ibidem scutelle, & vasa, & huiusmodi vtensilia necessaria & sufficientia: & ꝙ diligenter custodiantur, & frequenter mundentur.

¶Item ꝙ prouideatur per procuratorem tempore debito, ꝙ habeantur ibidem in promptu semper ligna, sal, oleum, allia, cępe, & hmõi quæ quotidie, vel freq̄nter sunt necessaria & in loco debito illa custodiantur diligenter, & moderatè consumantur vel expendantur. ¶Item procurare debet aquam, & ignem & herbas de horto necessarias ad salsam & similia, & habeantur cum fuerit necesse, & propter casus in quibus contingat ignem extingui sic pęnitus, ꝙ non inuenitur in domo, debet habere lapidē & ferrum cum quibus extrahatur ignis, cum fuerit necesse. ¶Item ꝙ habeantur sub eius custodia legumina, quæ solent comedi in competenti quantitate. ¶Itē ipsius ītereſt ꝙ legumina, vel herbas de horto secundum dies in q̄bus illa solent comedi vel alia pulmenta, faciat tempestiuè & diligenter mundari & parari, Apponenda est etiam magna cura ꝙ pulmenta bona semper habeantur in conuentu.

¶Circa conuentum & hospites & alios extraneos.

¶Scire etiam debet á procuratore tempestiuè quid p̄ter pulmenta debeat præparare, & vtrum vnum pulmentum vel plura, & habere diligentiam magnam ꝙ fratribus nūquàm dentur oua putrida vel pisces vel alia, vel minus cocta. Cum autem appropinquauerit hora comedendi nunq̄ debet dicere ꝙ pulsetur cimbalum, quousq; omnia siue pitantiæ, siue salsæ, siue alia sint ita plenè vel ferè parata, ꝙ ministrādo omnia continuè, nullam moram oporteat facere. Ipsius ēt est facere scutellas, & diuidere & dispensare pitātias & alia hmõi bona fide, & omnia ad fenestram mini-

ſtrare ſeruitoribus, niſi forte procurator aliquando hoc ſibi aſſumere velit, vel ipſemet aliqua de iſtis cõmittere velit pueris, vel alijs qui tunc ſeruiunt in coquina. Si autem prælatus ordinauerit ꝙ alicui vel aliquibus paretur aliquid aliud q̃ communiter paratur propter aliquam infirmitatem vel cauſam, vel ad tempus vel ſemper, debet prouidere ꝙ circa hoc nõ fiat defectus. Similiter debet habere diligẽtiam debitã circa ea quæ parantur pro hoſpitibus, ſiue operarijs, ſiue alijs quibuſcunq;, ꝙ omnia fiãt tempeſtiuè & ordinatè & benè, & ꝙ omnia quæ de menſis remanent recolligantur diligenter, & reſeruentur ſiue ad eleemoſynam, ſiue ad alios vſus, prout eorum qualitas requirit.

¶ Circa adiutores.

¶ Circa pueros verò ſeu familiam quæcunq; fuerit in coquina debet habere curam vt indoctos charitatiuè inſtruat in agendis, minus diſciplinatos vel morigeratos prout poterit bono modo ad honeſtatem inducat, & corrigenda circa eos, eorum indicet correctori, & caueat ne res domus diſtrahant, vel prodigè pro ſe vel pro alijs expendãt. Et ſi viderit eos ineptos oĩno ad offm̃ coquinæ, vel inhoneſtæ vitæ, vel alias inutiles, vel indignos ſocietate fratrum, non debet hoc celare procuratori & prælato. Summè verò cauere debet vt nũquàm eos percutiat, vel conuicijs aut maledictionibus vel hmõi verbis inordinatis cõturbet, vel aliquid faciat vel dicat coram eis, vnde poſſint habere occaſionem detrahendi ordini poſt receſſum. Debet etiam prouidere eis de cibo & potu, & de nu-

mero & horis comestionis eorum ordinare, & distribuere eisdem quid in pitātijs vel alijs fuerit diuidendum, & carnes quæ infirmis remanent eis interdū dare & diuidere, si prælato visum fuerit expedire. Dȝ etiam cautè prouidere, vt cū eis vel seruitoribus hospitum vel infirmorum vel alijs accedētibus nunq̄ litiget, vel clamore contendat: sed in spiritu patientiæ, & mansuetudine omnibus satisfaciat prout pōt. Cauendum est etiam ei diligenter ne vnq̄ extranei intrent coquinam, nisi forte aliqui coqui magnatū cū apud nos comedunt & conuentum procurant: & tūc valde cauendum est ne videāt aliquid in coquina vel in accedentibus vel seruientibus ibidem, quod eos possit offendere: in quo casu cauendum est etiam ne coquina infirmorum cū carnibus vnq̄ paretur in cōi coquina conuentus, sed alibi. Vt aūt omnia fiant diligenter dȝ se extrahere ab alijs occupationibus, & mane breuem missam audire & euigilare seruientes in coquina cùm nimis dormiunt: & non solum dicēdo sed manum apponendo dare operam ad omnia peragenda. Cum aūt comedere hȝ in secunda mensa: dȝ ordinare ꝙ aliquis de seruientibus in coquina interim suppleat vices suas, & dicere quid sit ei faciendum.

¶Circa infirmos.

¶Vbi aūt in magnis conuentibus coquina infirmorū separata est a coquina conuentus: dȝ ibidem esse ꝓprius coquinari⁹: qui secundum modum notatū omnia peragat que ad coquinam infirmorum poterunt pertinere. Cuius est etiam habere curā ꝙ plume vel animalium pelles si que superfuerint: ad vsus aliquos reseruentur.

referuentur. Si vero coquina infirmorũ non est alia a cõi conuentus: sed in cõi præparatur pro eis: d3 ibidem esse proprius seruiens pro infirmis si cões seruitores non sufficiant: qui diligenter ibidem p̃paret que pro eis fuerint p̃paranda, sequestratim ab alijs & distinctè. De multitudine vero famulorum seu fratrum seruientium in cõi coquina vel infirmorum: d3 p̃latus ordinare, prout multitudo fratrum & negociorum requirit. Si vero contingat q̃ nullus frater ponatur in coquina pro coquinario: sed famulus aliq̃s secularis: d3 ꝓcurator supplere que p̃dicta sunt de coquinario per se vel per aliquem de famulis ad hoc aptiorem si potest & si viderit expedire.

¶De officio custodis cellarij. Cap. XXXI.

CVstos cellarij dicitur frater qui habet custodiam vini & omnium que ad potũ pertinent. Ad quod officium ponendus est frater aliquis, qui sciat de his que pertinent ad custodiam vini. Et si nescit: est circa hoc instruendus diligenter: & ipsemet qñ potest ĩquirere d3 ab illis qui dicũtur scire de arte hmõi, & exequi que ad hoc pertinent, ne vinum deperat aliquo modo, aut per eius negligentiam destruatur. Porro ad hoc officium d3 habere cellarium secundũ modum terre in bono loco & bñ aptatum: habens vnũ ostiũ ex parte exteriori ad inducendum vinũ: & aliud ex parte interiori ad intrandũ illuc secreto cũ fuerit necesse. D3 aũt si fieri potest sic esse dispositũ q̃ habeat fenestras ad aquilonẽ: bonũ ẽt est q̃ sint ibi due distinctiones in quarũ secũda plus reseruetᷣ de vino, ne forte seculares intrãtes a casu: primo intuitu

videāt oīa. Cauendū etiā est ne vnq̄ illuc intrēt extranei, nisi valde familiares & secretarij fratrum sint. Et ideo expedit aliquam domunculam, vel appēdicium fieri ante cellarium extra, in quo reponatur vinum á sæcularibus, postea ītroducendum est per fratres vel familiam vel alios magis familiares, siue per canales siue alio modo. In regionibus verò in quibus solent vina custodiri in diuersis locis in hyeme & ęstate, solent etiam habere duo genera cellariorum, vnum super terrâm pro hyeme, & aliud sub terra pro ęstate. Pertinet etiam ad istum officialem appropinquātib⁹ uindemijs habere curam de dolijs diligenter parandis, & habere utensilia in loco debito, uel instrumenta & similia, quæ possunt esse necessaria ad succurrendum, cum timetur de uini effusione, uel ad reparationem aliquam faciendā, uel ad alios usus. Debet etiā cum candela frequenter die et nocte circuire per dolia, ad uidendū ne aliquod periculū immineat de effusione. Cū autē dolia euacuata fuerint, debet ea diligēter mundare et reponere in loco apto custodię eorū ne putrescant uel deteriorentur, hoc prouiso, ne locus ille sit adeo patulus ꝙ frequenter uel facilè ab exterioribus uideatur. Ipsius quoq; interest frequenter temptare uina ne corrumpantur, et transferre de uasę in uas, et miscere ad inuicem cum fuerit faciendum, et scire quæ melius seruari possint, secūdum ordinationem procuratoris uel prælati, habita cum eis collatione primo ministrare quæ ipsi primo dixerint ministranda, et secundum ordinationem eorum scire quod uinum cōuentui, quod hospitibus, qđ infirmis, qđ

mis, quod familiæ, quod operarijs, quod aduenientibus diuersis & hmõi dare debeat, & vtrum temperatum, & qualiter, vel temperatum purum, & vtrum in mensura, & quali mensura, & qdr ipsi ordinauerit exequat diligenter. Post comestionem verò debet per omnes officinas ĩ quibus fuerit vinum discurrere, & recolligere si quid superfuerit in loco quocũq;, & ponere in certo loco, vt det postmodum quibus secundum ordinationem prioris uel procuratoris uisum fuerit expedire. Solet autem ad custodiam hmõi reliquiarum uel deputationem uini haberi dolium saliuiatum uel de rasepto in quo omnes hmõi reliquiæ reponantur, vt melius conseruentur. Debet etiã ꝓuidere ꝙ horis debitis inueniatur circa cellarium cũ uinum fuerit ministrandum, nec debet tradere nisi illis solis ad quos pertinet ex offõ accipere, & nec illis in alijs horis uel extra mensuram taxatam, nisi de licentia speciali. Cum autem aliquid de uino contingit corrumpi grauiter, nunquàm postmodum dandũ est fratribus, nec miscẽdum cum alio uino bono, sed secundum uolũtatem prælati fiat de eo quod ipse dixerit faciendũ. Cũ autẽ tẽpus fuerit procurãdi uel emẽdi uinũ, ubi emitur, uel ex toto vel ex parte, debet hoc ita tempestiuè prælato & procuratori ad memoriam reducere, ꝙ ualeant in tempore congruo ꝓuidere. In claudendis uerò fenestris & aperiendis, siue de die, siue de nocte, siue in calore, siue in frigore, siue in temperiè, siue in inquieto tempore, siue in uento australi, siue aquilonari & claudendo cellarium et custodiendo clauem diligenter, tãtam debet habere

curam

curam: ne ex omissione aliqua contingat ledi vinum vel per manum temerariam in aliquo deperire. Porro vbi nō est vsus vini sed ceruisiæ vel alterius potus sic facere d3 circa illud genus potus omnia supradicta que competunt circa illud & alia que requirit cōditio potus illius, sicut fuerit faciendum. Et caueat ne cum aliqua pitancia de vino datur procuratori ꝓ fratribus, vel infirmis, vel hospitibus, vel conuentui sic fiat incaute ꝙ cedat in scandalum aliorum.

¶De officio vestiarij. Cap. XXXII.

Vestiarius dicitur non frater qui facit vestes. S3 q est constitutus: tam super eos qui faciunt vestes q̄ super illos qui faciunt sotulares.

¶Circa res habendas.

¶Ad officium eius pertinet habere curam de omnibus que pertinēt ad indumēta & calciamēta & annexa his: vt sunt cappæ: caputia: tunicæ: pellicea: & capelli: cinguli: cinctoria: vagine cultellorum: sotulares: concisie sotularium: botæ: brachalia: siue corde & ligature ad caligas & vnctum ad sotulares: caligæ: socci: & similia. ¶Item lecti & coopertoria pro lectis & cussini: & ceruicalia: stramina: palee; & fiscones: culcitre: & capitergia pro infirmis: linteamina pro balneis: item foreli: & camisiæ, pro libris: item panni pro lotione pedum & capitum: & pro rasura: pectines: & rasoria: & bindelli pro minutione: & forcipes ad vngues scindendos: & si qua sunt alia. Ad horum aūt conseruationem & repositionem d3 habere domum aliquam idoneam & in loco apto p̄ter illam vel illas in quib⁹ operātur sutor & sartor qui de-

bent

bent habere duas vel vnam in duas distinctam in quib⁹ipsi & famuli seculares si qui fuerint necessarij operari debent: & omnes sub cura vestiarij & eius obedientia debent esse. Interest etiam ipsius curam habere de omnibus p̄dictis: procurandis: reparandis: reficiendis: ministrandis: recolligendis & conseruā dis, & expensis pro hmōi factis cōputandis: quas recipere dȝ vel a procuratore, vel aliunde, vel ipsemet, vel ab alijs querere secundum ordinationem p̄lati & consuetudinem domus. Cum aūt hyemale tempus appropinquauerit: dȝ apponere curā ꝙ id quòd dandum est fratribus ꝓ vestibus sic tempestiue procuretur, ꝙ anteq̄ frigore fratres ledantur omnia habeantur. In distributione verò interest ipsius videre quid quisq; habeat: vt melius sciatur indigentia cuiuscunq;. Dȝ autem scire a prælato quæ liceat eum dare sine licentia ipsius & que non: & quòd iusserit obseruare. Cum autem frater aliquid petierit de prædictis, & indiguerit: dȝ ei charitatiue sine difficultate ministrare si potest sine licentia, vel licentiam procurare. Si autem non indiguerit: dȝ eū charitatiuè monere, vt supersedeat a superfluitate quam petit. Qđ si noluerit: dȝ hoc ipsum indicare p̄lato, & facere qđ iusserit faciendum. Nihilominus dȝ inspicere fratrū necessitates: vel intelligere cum ab aliis ei significantur. Et licet frater indigens nihil petat: dȝ ei tanto magis solicite prouidere: quanto humilitas sua dignior est fauore. Cum autem nouum aliquid datur fratri: dȝ vetus reddere nisi de licentia (si indiguerit illo) eum retinere contingat, Cum autem emenda

fuerint

fuerint aliqua de prædictis, siue de bonis conuentus siue ex pecunia specialiter ad hoc alicui data: debét omnia emi per manum eius. Et cũ oritur aliqua dubitatio de aliquo panno vtrum sit notabilis in precio vel in colore, vel alio quocunq; modo: non dʒ inde aliquid facere, quousq; per examinatores (si sunt in domo) vel per prelatum (si non sunt) fuerit iudicatum vtrum sit secundum ordinationẽ vel nõ. Nunq̃ autem siñe licentia eius dʒ aliquis sibi facere scindi vęstem, vel sotulares, vel hmõi aut in domo aut ex̃: nisi forte sit in itinere constitutus. Eius etiam est recipere siue pannos, siue vestes, siue denarios qui dãtur pro huiusmodi, vel conuentui, vel etiã fratri cuicunq;, & custodire: & facere quòd de his fuerit faciendum. Ad ipsum quoq; pertinet nouitiorum vestes preparare cum fuerint induendi, & in capitulum portare, & vestes eorum seculares seruare: & nec sine eorum voluntate aliquid facere de eisdem. Dʒ etiam prouidere receptori hospitum de vestibus pro hospitibus ad mutandum, & familiæ de competẽtibus vestibus & calciamentis secundum ordinationem prelati: cum domus ipsis ad ista tenetur. Et aduertere ne vestes deferant lasciuas seu minus honestas. Seruitoribus etiam infirmorum & hospitum ministrare dʒ illa quibus indigent pro illis quibus seruiunt: siue pro lectis, siue pro alijs quibuscunq; ad suum officium pertinentibus. Cum autem in dormitorio sit aliquis lectus de nouo, vel aliquis est qui non hẽt necessaria: ipsius est in hmõi siue ibi siue alibi prouidere in tota domo quecunq; necesse fuerint. Tempore

verò

vero capituli superuenientis multitudinis fratrum, cum non sufficiunt lecti aut supellectilia domus: ipsius est procurare de foris quòd deest: & signare cuius sit vnumquodq;, & habere curam de reddendo tẽpore suo: prouiso ꝙ si aliquid deturpatum fuerit, vel in aliquo lęsum, prius reparetur & mundetur. Et cauendum est in his casibus ne coopertoria de serico vel aliter preciosa mutuentur: sed humilia vbi hoc poterit obseruari. ¶Item ad ipsum pertinet habere aliq̃ grossa scapularia pro conuersis, que eis tradat qñ seruiunt in coquina vel cemento, vel hmõi operibus q̃ solent vestes deturpare. Similiter pro fratribus vel famulis qui seruiunt in coquina, vel pro fratribus qui raduntur & illis qui radunt: aliquas camisias quibus tunc vtantur desuper ad mundiciam conseruandam. Porro cum lotio cõis vestium fuerit facienda: dꝫ de omnibus ad hoc pertinentibus siue lixiuio siue ministris & similibus curam habere, & hoc in capitulo predicere, vt certa hora & certo tempore deferant fratres que fuerint lauanda, & cum signis appositis vestibus: tradere singula ipso presente. De quibus custodiendis & reddendis singulis q̃ ad curam ipsius pertinent, & idem in vnctione cõi sotularium obseruetur. De particularibus lotionibus & vnctionibus sotularium cum frater ad eum recurrit: dꝫ procurare ꝙ fiat cum licentia, quod secundũ indigentiam fuerit faciendum. Cum autem aliqua viderit circa lectos vel alibi, siue coo ptoria siue alia ad suum officium pertinentia ociosa vel derelicta: dꝫ ipsa recolligẽ solicitè. & botas & pellicia omnia, tẽ-

pore certo ad vestiariam deferre: & dare operam circa omnia que sunt in vestiaria sic custodiēda & excutienda, vel ad solem proijcienda, vel ad aerem pro tēpore exponenda, vt a tineis, vel a muribus, vel alias non ledantur. Bottas autē & pellicia & vestes & alia quecunq; remanserunt, que pñt aptari ad vsus fratrū d3 facere sic cum tempore aliter ocioso reparari, ꝙ suis temporibus omnia parata sint ad fratrum necessitates. Que vero non pñt bono modo in vsus fratrū vel familiæ redire, d3 solicite ad eleemosynam reseruare, & cum consilio prelati distribuere tempore opportuno. Cum autem frater indiget aliqua reparatione vestis vt cum manicis alijs indiget vel soleis & similibus, super his, d3 prouidere ꝙ fiant. Cum autē indiget aliquibus sutoribus ad huiusmodi opera per agenda, nunq̄ d3 eos introducere ad loca fratrum secreta: nisi sint valde honesti & familiares: sed in loco a secretis fratrum remoto, in domo alicubi sunt ponendi: vel in villa ad eos vel ad domos proprias: interdum huiusmodi opera sunt mittenda, dummodo sint talia que possint a secularibus sine scādalo videri. Cum autem aliqui seculares domum frequentant, cauere d3 ne remaneant aliquam in loco tali ꝙ per manum temerariam aliquid deperire contingat, & super hoc fratres cautos reddē: ꝙ si frater aliquis circa custodiam huiusmodi negligens fuerit, vel vestes suas male tractauerit, vel in aliquo circa ea que ad suum officium pertinent offenderit, pertinet ad ipsum illum in capitulo proclamare, & suggerer p̄lato de admonitionib⁹ quas viderit faciēdas, circa ea q̄ ad

suum officium pertinent quoquomodo. Cum autē perpēderit ꝙ aliqui fratres aliquas superfluitates habeant in vestibus, & coopertorijs & hmōi: d3 instare apud p̄latū ꝙ iniungat in capitulo: ꝙ quicunq; hn̄t ali quid ex numerū taxatū a cōstitutionibus vel aliter superflua, sic vel sic, reddant infra certum tempus vestiario. Tempore vero scrutinij cū inuenitur aliquid superfluum de his que ad ipsum pertinent: debent omnia talia sibi tradi. Si verò aliquis frater aliunde asportauerit aliquam vestem, vel nimis longam, vel in aliquo notabilem, seu etiam sotulares, pertinet ad ipsum huiusmodi vestem corrigere, vel prælato suggerere ꝙ auferatur ei, si secundum ordinem tolerari non d3. Et cum a multis exceditur in longitudinem scapularium, vel capparum, vel in pilcolis præciosis & similibus: d3 erga priorem instare ꝙ huiusmodi corrigantur. Vbi autem pro vestibus faciunt fieri fratres pannos de lana vel empta vel alias data: debet sic hoc fieri cautè, ꝙ apud extraneos inde verba facile non possint exoriri.

¶De officio sartoris. Cap. XXXIII.

SArtor dicitur frater conuersus qui scit artem scindendi & suendi in pannis & in pellibus: & cognoscendi pannos: & si quid minus plene scit in istis debet adiscere diligenter.

¶Circa res habendas.

¶Ad huius officium pertinet habere secretam aliquā domum bn̄ fenestratam ad habendum multum de lu mine in qua sit aliquod incisorium scilicet locus aliquis de asseribus complanaris collocatus in alto, &

aptus

aptus ad ſcindendum : inſuper pertice, & arce & armaria, & huiuſmodi ad repoſitionem & cuſtodiā rerum que apud eum ponuntur. Ad iſtum etiam pertinet habere forcipes : acus : fila : & ſimilia ad artem ſuam neceſſaria, in locis certis pro ſe & ſuis adiutoribus abundāter ſecundum ꝙ requirit multitudo eorum quos oportet interdum ad ſuū adiutorium conuocari. Eos verò qui ei adiunguntur in adiutorium : d3 edocere in his que minus ſciunt, & in omnibus dirigere : & ipſi ſecundum ꝙ ipſe dixerit operari, & ī omnibus ei obedire. Non debent autem aliqui famuli recipi nd manendum in domo continuè ſine licentia prælati : nec ad horam etiam ſine licētia veſtiarij. Debent autem illis qui debēt in domo comedere ſecundum ordinationem procuratoris & quid & qñ & vbi comedant prouidē : & de lectis ſi iacent in domo ſecundum ordinationem veſtiarij, ſuper hoc cum prælato collationem habentis. Si verò pro p̄cio ſtant cum fratribus : pertinet ad veſtiarium ſoluere, & ipſius eſt ad hoc eum inſtigare. Si verò aduerterit in eorum aliquo : aliquid propter quod non expediat vel deceat eum in domo commorari : vtpote q̄a deſtruūt bona domus vel ſunt malę vitę in aliquo vel ſimilia d3 veſtiario ſine mora vel prælato ſignificare D3 autem tam honeſte coram eis ſe habere, quandiu ſunt, apud nos, & eos in his que ad ſalutem pertinent dirigere & inſtruere ꝙ nō ſe ingerant ſuper fratres vel ac loca vbi non debent : & ſimiliter ꝙ ipſi ex conuerſatione inter fratres meliores fiant & fratres ab eorū ſocietate non moleſtentur in aliquo vel perturbent.

¶Circa

¶Circa actus eius.

¶Porro in operando sic d3 esse solicitus ꝙ non solum de die: verum etiam de nocte tempore quo fratres vigilare solent, operetur ad lumen, orationibus pro matutinis breuiter consumatis. Similiter in estate dum fratres dormiunt in meridie: si potest cōmode sustinere & licentiam obtinere quæ de facili dari debet; & in hoc indulgeri, vt pòsit a matutinis remanē & dormire tunc vt posit huiusmodi vigiliam de die melius sustinere. Potest etiam petita licentia a prælato operari in omnibus festis quæ non sunt ab ecclesia vel consuetudine patriæ introducta. Propter opus etiam potest ab horis omnibus præterquam a completorio remanere: & sufficit vnicam missam priuatam breuiter & expeditè audire. Sic autem debet subiacere vestiario, ꝙ in omnibus preferat ea que ipse dixerit: nec sine eius licentia debet aliquid dare fratribus: licet etiam modicum, ut capellum vel socos & huiusmodi: nec magnum quid pro eis facere, vt est scindere tunicam: ponere nouas manicas & similia. Modica tamen vt est suere aliquid in tunica vel apponere modicam petiam in veste, & huiusmodi, debet facere sine licentia speciali. In scindendis vero vestibus fratrum debet diligenter curare ꝙ religiosè & non seculariter fiant, vel cum aliqua lasciuia parentur; & vniformiter: & ideo debet habere formas aliquas, vel exemplaria de pergameno vel signo pro caputiis pro capellis, pro manicis, & similibus, vt vniformiter & modo religioso ad illa exemplaria faciat vniuersa: vt fiant in competēti mensura

cum non fiant vestes in incertum: sed pro fratre aliquo uel aliquibus certis, debent aduocari: vt secundum eorum staturam coaptentur. Cum autem aliquis pannus ei apportatur a quocumq; etiam vestiario, & videtur reprehensibilis in preciositate, vel colore vel alias: nunq̃ debet ipsum incidere quousq; prælato ostenderit, ut ipso examinato ab eo iubeat quid voluerit super illo. Cum autem non habuerit certum opus debet circa illa quæ reparanda sunt vel paranda pro futuris temporibus sic vacare: ꝙ tempore necessitatis maioris illa expedita sint, & tunc possit melius se impēdere necessitatibus instātibus. Si vero non sufficiat per se ad omnia facienda: debet instare apud vestiarium, ꝙ sic tempestiue prouideat eidem de adiutorio: ꝙ tempore opportuno sint oĩa competenter expedita. Deniq; in his quæ pertinent ad officium vestiarij supra notatum, & respiciunt officium suum: debet eum solicitare & dirigere, & iuuare, & eius negligentias, vel ignorantias, seu etiam offensas circa suum officium prelato ostendere diligenter, vt vel corrigatur uel mutetur.

¶ De officio Sutoris. Cap. XXXIIII.

SVtor dicitur frater laicus qui scit artem faciendi sotulares & suendi in corio. Cum autem huiusmodi officium imponitur ipsi: pertinet ad eum scire omnia circa huiusmodi materiam quæ dicta sunt de Sartore circa pannos: & cauendum est ei diligenter ne faciat sotulares qui in forma vel strictura vel in aliqua alia nota: aliquid sapiant sæculare, sed potius humilitatem & religionem: nec sint in altitudine ni-

mia reprehensibiles, Cum autem contingit eum cũ Sartore habere domum communem debet, sic in illa secundũ aliquam distinctionem operari, ꝙ eorũ opera non commisceantur confuse. Cum autem habet vterq; famulos, possent in ministrando eis cibnm, sic officium per septimanas diuidere, ne vterq; insimul occupentur in eo, quod potest per alterum fieri cõpetenter. Cum autem officinę huiusmodi operariorum sunt ita extra clausuram claustri ꝙ de nocte non possunt ire ad illas ad operandum: debent aliqua apportare ad dormitorium, vel ad locum aliquem intra clausuram prædictam tempore hyemali: in quibus operentur nocte, cauentes à tumultu. Cum autem indiget vnus altero in aliquo, vt sutor Sartore in iuuando ad vnctionem: Sartor Sutore ad lotioné vestium & similium, debent libenter muto se iuuate. Porro cum non est aliquis in domo frater ad artem huiusmodi vel earum alteram exercendam, sed famulus aliquis sęcularis: pertinet ad vestiarium huiusmodi famulo committere omnia quæ ad officialem pertinent prædictũ, vel aliqua: & ordinare de eo & circa eũ hoc & alia prout viderit expedire. Si vero nec frater nec famulus sit in domo ad ista facienda quod valde cauendũ est: prouidendum est a uestiario ꝙ sic caute p familiares fiant hmõi, ꝙ ex inde non posfint oriri scandala, vel domus in bonis hmõi damnificari.

¶ De officio Præfecti operum.

Cap. XXXV.

PRæfectus operum dicitur frater qui constituitur ad exequendum circa opera illud quod prælatus

de consilio operariorum (si magnum quid fuerit) vel etiam alia sine consilio (dummodo non sint magna) duxerit ordinandum. Debet autem ad huiusmodi officium haberi si possit frater qui circa huiusmodi habeat prudētiam bonā: qui inter operarios: & alios sæculares sciat honeste & pacifice conuersari: qui etiam circa agenda soleat gerere solicitudinē competentem, & qui a maiori bono propter huiusmodi occupationes non euellatur. Cum autem secundum modum prædictum instant aliqua opera facienda de nouo, vel cōplenda vel reponenda: ipsius est cogitare & prouidere de materia habenda, & ad domum portanda: ut sunt ligna, lapides: tegulæ: arena, calx, & similia. Si autem aliqua istorum possunt procurari per fratrum studium & laborem: debet super hoc solicitare priorem vt fiat cum debita diligentia, tempore opportuno. Si autem oporteat ista emi, debet cum bonis viris qui circa hoc habeant experientiam conferre, qualiter bona matetia, & cum meliori foro, & quo tempore, & vbi possit haberi, & qualiter deferri: & exequi quod ipsi consuluerint faciendum. Et si statim non ponatur huiusmodi materia in operibus, cum fuerit ad domum apportata, vel extra etiam quæsita: suum est prouidere quomodo custodiatur diligenter ne pereat uel deterioretur. Porro circa opera quæ fiunt debet attendere, ne fiat aliquid quod curiositatem uel superfluitatem prætendat: & ad hoc operam dare ꝙ fiant opera durabilia & humilia, & quæ paupertati & religioni consona videantur. Ad ipsum etiam pertinet condu-

conducere operarios & seruare, & solicitare eosdē: & cum sunt in expensis domus in cibo, & potu, debito prouidere eisdem loco, & tempore opportuno: & si debent aliqui aliqua occasione iacere in domo, de loco & lectis secundum ordinationem prælati ordinare. Debet autem attendere ꝙ illi quos assumit sint operarij boni in arte sua, & fideles, & honestæ conuersationis & famę: & si contrariū in eis inuenerit sunt ab eo q̃ cito licentiandi cum tali cautela ꝙ scandalizati non recedant. Pro eis vero non sunt carnes in domo perandæ vnq̃, nec linteamina ad iacēdum, nisi ipsi sua apportent: & hoc debet eis in conuentione prædici cum ad cibum & lectos fratrum conducuntur. Sic autem se debet habere & dare operam ꝙ fratres alij sic se habeant coram eis & cum eis, ꝙ non videant apud fratres aliquid quod eis cedat in scandalum vel offensam: sed magis apud fratres proficiant in his quę pertinent ad salutem. Soluere quoq; eis mercedem ita tempestiue & fideliter, ꝙ occasionem non habeant contra fratres murmurandi. Itē ipsius interest notare & videre quæ sunt in domo reparanda, vel meliorāda, siue in tectis, siue in clausuris, siue in his quæ ruinam minantur, & in aliis quibuscunq; & ostēdē prælato: & secundum dispositionem & licentiam eius dare operam ad huiusmodi facienda. Debet etiam diligenter computare quantum recipit, & vnde & quantum & in quibus expendit: & de hoc suo tempore reddere rationem, & procurare quod poterit pro operibus si ei imponatur: & quod datū fuerit pro operibus specialiter si non ad manus alias

sed ad suas secũdum ordinationem prælati deueniat in capitulo recitare. Si vero frater aliquis fuerit in domo qui sciat in huiusmodi operibus operari, si ponatur ad operandum, huiusmodi officiali obedire debet, & eum adiuuare in quibus dixerit ei: nisi forte ipsi istud officium imponatur.

¶ De officio Hortulani. Cap. XXXVI.

HOrtulanus dicitur frater qui habet curam videlicet de horto procurando: ad quod officium ponendus est frater qui habeat experientiam circa huiusmodi, vel sciat saltem habere solicitudinem ad inquirendũ ab illis qui sciunt: & exequendum quod fuerit circa hoc faciendum secundum consilium aliorum.

¶Circa virgultum.

¶ Ad huiusmodi officium pertinet dare operam ad arbores, vites, arbusta, & omnia ad virgultum pertinentia, plantanda, inserenda, riganda, purganda, seu putanda, appodianda, liganda, suffodienda, & similia facienda prout eorum & terræ conditio requirit. Et cauendum est circa huiusmodi ne arbores vel arbusta, vel alia huiusmodi inutilia habeantur, sed ea quæ fructus vtiles & abunde secundũ modum terrę producere solent, & varios secundum tempus & varietates, & precipue tales qui infirmis prosint, vel saltem non sint infirmitatum facile generatiui. Porro prouidere debet ne arbores alte sint iuxta clausurã, per quas possit ascensus fieri vel descensus. Item ꝙ nõ ponantur nimis spissę precipue vbi terra sub arboribus non solum reseruatur ad pratum sed ad aliquid seminandum, & ꝙ in decenti ordine & distantia collocen-

locentur: vt non solum ex fructibus sed etiã recreationem faciant ex decore. Item ꝙ nunq̃ sit tanta spissitudo arborum vel lignorum vel obumbratio, ꝙ omnes deambulantes vel residentes in loco quocunq; possint competenter videri. Porro in plantandis arbustis debet attendere ꝙ sint talia quæ possint in aliquo valere, vt vimina ad ligãdum, rosæ ad aquã roseaceam, altarium ornatum & similia, & ꝙ hæc in talibus locis collocentur ꝙ non impediant vtilitatẽ maiorem. Sine licentia vero prælati non debet magnum quid nouum facere, vt arborem aliquam eradicare vel plantare in loco qui solet ad aliquos vsus haberi, & similia quæ possunt fieri.

¶Circa terræ nascentia.

¶ Pertinet etiam ad eum dare operam ꝙ habeantur prata siue pro infirmis, siue pro hospitibus, siue pro conuentu in locis opportunis, secundum dispositionem prelati competentia pro recreatione, & honesta & munda, & quod huiusmodi opus exigit, facere diligenter. Item apponere curam magnam ꝙ habeantur in horto semper abundanter herbæ tempore cõpetenti ad faciendum olus. Item aliqua legumina quæ recentia conuentui solent dari, vt fabę & pisa noua. Item porri, cepe, allia cucurbitæ, cucumeres, pepones, & similia prout gignẽ potest humus nationis illius. Item saluia, petrosilium, & huiusmodi herbæ vel flores pro salsis, tam solicite cultiuentur ꝙ quocunq; tempore de ipsis reperiatur copia pro salsamẽtis optimis faciendis, ne deperire videantur solemnia fercula pulmentorum pro condimento pulmen-

ti, pro pulueribus, pro medicinis idoneis. Item radices vt pastinacæ, & similia, Semina feniculi, & anisij & similia quæ in varias vtilitates & vsus cedere possunt, siue pro conuentu, siue pro medicinis, siue certo tempore consumenda, siue in tempus longius cõseruanda. Debet autem in ipso horto tales distinctiones & vias facere ꝙ omnia sint distincta, & locis debitis sic collocata, ꝙ non contingat ea pedibus trãseuntium conculcari. Vbi vero solent multi conuenire causa habendi saluiam vel petrosilium, & huiusmodi modica, faciendus est aliquis hortulus prope portã vbi fieri possint, in quo sint huiusmodi de quibus extraneis sufficiat, ne ad interiora eos frequenter oporteat intrare. ¶ Circa vtraq;.

¶ Item pertinet ad eius officium procurare diligenter bonos surculos aliunde ad inserendum bona semina & huiusmodi precipue quæ non habentur in domo, & tempora obseruentur apta ad singula faciẽda. Item vt melius terra fructificet debet habere curam de ipsa firmãda & riganda, si haberi valeat aqua & defodienda, & eligendis lapidibus, & eradicandis herbis, & arbustis malis suis tẽporibus, singulis istis, & similibus faciendis. Item ostendere seruientibus in coquina, siue pro conuentu, siue pro infirmis quæ herbæ, & in qua parte horti sint pro tempore colligẽdæ. Scire etiam debet quo tempore qui fructus semina, quæ radices & similia sunt colligenda, quæ & quomõ debeant & valeant conseruari, & vbi & apud quem secundum dispositionem prælati, & dare operam vt fiat circa hoc quod fuerit faciendum. Si vero

huiusmodi hortulanus sit conuersus, debet propriis manibus laborare in prædictis,& alia quæ circa laborem diurnum dicta sunt superius de sartore, possunt ad ipsum pertinere, si vero sit clericus potest idem, licet non tantum laborare si sciat, si vero sit hortulanus aliquis extraneus sęcularis & familiaris pertinet ad procuratorem ipsi præesse, & secundum supradicta ordinare de ipso. Cum aūt hortulanus quicunq; sit indiget adiutorio pro variis necessitatibus,debet ad ꝓcuratorē super his recurrere,& si negligens fuerit ad prę latū. Ipsorum autē qui ad hoc sunt necessarii debet hortulanus curam habere in conducendo, in ministrādo,si debent de bonis domus comedere, & in aliis prout supradictū est de præfecto operū circa operarios,hoc excepto ꝙ a procuratore debet expēsas recipere ad eorū solutionē, & alias quascunq; fecerit ad hortum pertinentes, nisi forte ordinatum fuerit a prælato ꝙ de aliquibus bonis de horto venditis fiant expensæ quę pro horto fuerint faciendæ,in quo casu de venditis & de expensis debet reddere rationē procuratori vel alij prout prælatus duxerit ordinandū. Cum aūt aliqua de horto vēdenda fuerint, sic caute fieri debet, ꝙ inde verba inter homines vel scandala non sequantur. Ipsius etiam est custodire clauem horti & claudere & aperire tpe opportuno, & cauere ne aliqui extranei indiscrete ingredientes dissipent horti bona. Si vero fuerint personæ reuerendæ,nullatenus debet eos prohibere vel molestare,dare quoq; non debet aliquid de horto extraneis sine licętia generali, vel particulari.

¶De

¶ De quibusdam communibus ad officiales multos. Cap. XXXVII.

DEinde circa officiales sunt quædam notanda, quæ ad multos pertinere uidentur. Debet siquidem omnis officialis dum imponitur sibi officium aliquod, si videtur sibi ꝙ nō habeat gratiam vel vires ad illud faciendum, humiliter excusare se apud imponentem,& ostendere sine falsitate vel fictione defectus suos circa illud officium. Quod si non audierit illum imponens officium,debet in confidentia de bono obedientiæ suscipere deuotè quod fuerit imperatum. Item recepto officio debet cōsiderare cuiusmodi licentię generales sunt sibi necessariæ ad officium exequēdum,pro quibus difficile nimis est recurrere ad pręlatum assiduè & de illis cum pręlato conferre, quas debet prælatus liberaliter ei concedere. Quod si nolit,debet nihilominus facere quod potest bono modo, & pro licentiis huiusmodi recurrere ad ipsum, q̃q̃ graue & difficile videatur. Item cū aliqui excedunt circa aliqua de pertinentibus ad officium suum,debet super his proclamare, & prælatis suggerere ꝙ fiant admonitiones vtiles aliquę circa illa de pertinētibus ad officium suum, de quibus eidem videbitur expedire. Item cum non sufficit solus peragere ea quę sunt officij sui, potest erga prælatum pro adiutore instare,& cum adiutoribus sibi datis ita sociabiliter & amabiliter se habere,ꝙ inueniātur facile qui in eius adiutorium sustineāt assignari. Item cum contingit eum recedere de domo, vel infirmitate,vel alia impotētia ab officio præpediri, de-

bet

bet officium ſuum vel aliis committere, vel ad officiales qui in hmõi habent poteſtatem, vel ad prȩlatũ recurrere, & ſic diligenter aduertere, ꝙ ex eius abſentia defectus non fiat. Item debet diligenter aduertere ſi qua ſcripta ſunt in conſtitutionibus vel ordinationibus, vel emanant ab admonitionibus vel ordinationibus capitulorum generalium, vel prouintialiũ vel quotidianorum, quæ ad ſuum pertineant officiũ, & illa ſolicite cuſtodire. Cum etiam imponatur ſibi officium cui res aliquæ ſint annexæ, vt ſacriſtæ, calices, paraměta, libri & huiuſmodi, & ſic de aliis, debet cum recipit officium ſuum ſcire quæ & quot recipit, & in dimisſione ſi excreuerint vel ſi aliqua nõ ſuperſunt reddere rationem. Non debet autem ſine licentia generali, vel ſpetiali aliquid dare de pertinẽtibus ad officium vel intus, vel extra nec recipere, cum receperit etiam de licentia, debet in capitulo beneficium collatum fratribus ad ſuum officium pertinens recitare. Item expenſas quas facit pro officio ſuo recipere debet, vel a procuratore, vel aliunde ſecundũ diſpoſitionem prælati, & de ipſis computationis tempore uel quandocunq, requiſitus fuerit reddere rationem. Item cum vnus officialis habet aliquid facere cum aliquo, & in aiiquo non conſentiunt, non debent litigáre adinuicem, vel adinuicem ſe perturbare, ſed ad prælatum, vel alium recurrere, qui ſuper his habeat poteſtatem. Item cum habent aliquos ſæculares in adiutorium vel cum eis aliquid facere cauſa officii, debent ſic honeſte & pacifice cum eis & corã eis agere vniuerſa, ꝙ nõ ſcandalizentur in eo, & cum ſunt

ſunt de familia ad ſuum officium pertinente, de pertinẽtibus ad eos curam gerere ſpecialem & in omni tempore caue ne vnq̃ aliquem famulũ vel operariũ etiam leuiter percutiat uel iniurijs laceſſat, charitatiuè tamen poteſt eum corrigere & inſtruere. Item cũ vni plura officia cõmittuntur, pertinet ad eum ſcire & agere omnia quæ de huiuſmodi officijs ſunt notãda. Cum vero vnum officium duobus committitur, debet ſic prouideri per prælatum, quid ad quem pertineat, ꝙ in confidentia de altero aliud vel negligere, vel omittere non contingat. Deniq; ſuper omnia cauere debet ne ſit in aliquo negligens circa ea quę ad officium ſuum pertinent,& pręcipue in his, vnde turbatio vel damnum temporale,vel ſpirituale fratrum ſequi,vel ſcandalũ poſsit oriri. Cum autem imponi tur ei officium de nouo de quo non eſt conſcius bene ꝙ ſciat illa quæ ſunt in illo officio facienda, debet a prælato petere vt per aliquem exercitatum in illo officio ſe faciat in omnibus inſtrui diligenter.

¶De officio diffinitoris capituli generalis.

Cap. XXXVIII.

¶Circa ea quę ſunt agenda ante diffinitionem,

AD officium diffinitoris capituli generalis pertinet cum electus fuerit ſi præſens fuerit in capitulo poſtulet a priore prouinciali huiuſmodi laborem ſibi iniungi in remiſsionem peccatorum, & ſic ipſo imponente recipiat officium humiliter veniam faciẽdo,& hoc ſi oportuerit eum ire in regionem longinquam. Bonum eſt etiam ꝙ ſuper huiuſmodi officiũ pro ſe & pro ſocio ſibi aſsignato teſtimoniales reci-

piat

piat litteras, a priori prouinciali & diffinitoribus, vel aliquibus alijs prioribus de capitulo, quam non negligat propter multas difficultates quæ ex defectu literarum huiusmodi possent oriri. In ipso capitulo in quo eligitur debet ordinari de socio si præsẽs fuerit, vtrum insimul ire debeant & quando & per quas vias. Si autem alter illorum tantum præsens fuerit, debet qui præsens fuerit prædictas litteras procurare, & de supradicta via cum absente per literas ordinare, ꝙ si neuter præsens fuerit, debet prior prouincialis prædictas literas procurare & diffinitori vel socio mittere, & qui primo recepit, alteri debet de via prædicta significare. Porro in eundo qnantum possibile est debet diffinitor sic formam ordinis seruare eundo pedes, & sine expensis & famulo, ꝙ fratres per quos transierit in hoc ædificet, & audaciam possit habere in capitulo excessus huiusmõdi in alijs corrigẽdi. Cum autem declinauerit ad cõueutus, & in ipso capitulo, & inter extraneos per quos transit, sic in vigilijs, in sobrietate, in silentio, in studio, in oratione, & in omni honestate & obseruantia religionis, in collocutionibus & verbis edificatorijs dare dȝ exẽplũ & consolationem omnibus, vt euidenter appareat ꝙ non immerito ad tm̃ negociũ ordinis sit assumptus. Si vero fratres aliqui per quos transit, vel in ipso capitulo velint ipsi aliquid dicere de pertinentibus ad ordinem; quod suum officium possit respicere, debet eos diligenter audire, sed cauere ne credat omni spiritui, vel suggestioni, vt loquentes plene sibi sint noti, vel post inquisierit a fratribus discretis,

diligenter & fide dignis de conditione, & discretione,& zelo & intentione & motu loquentiū,& in quibus,& in quantum debeat eis credere. Debet etiam scire ꝙ melius est frequenter sequi consilium,& sensum eorum qui parum ei loquuntur, q̃ multorū qui multum se solent ingerere ad loquendum, & solent de singulis iudicare,nec est securum conscientiā suā ex huiusmodi auditu formare, quousq; constet sibi plenius de auditis. Item postq̃ factus est diffinitor, debet diligenter respicere acta capituli præcedentis, & conferre cum fratribus discretis tam super illis q̃ super alijs quæcunq; ad vtilitatem ordinis possint in capitulo promoueri, & super his per totum annum frequenter cogitare & conferre, vt sit melius instructus circa huiusmodi,vt melius ea possit promouere in capitulo,ad quod debet dare operam habendo in aliquo memoriali constitutiones nouas,vel admonitiones, & alia huiusmodi quæ videntur ei promouenda, quæ proponere debet inter diffinitores tempore opportuno.

¶ Circa diffinitionem.

¶ Item ad capitulum debet ita tempestiue venire, ne mora eius diffinitores alij ex hoc impediantur a procedendo in agendis, & cum in domo fuerit, sic officium & missam dicere vel audire in tēpore congruo, ꝙ eorum occasione vel alia nō impediatur,quin semper sit cum ipsis tempestiuè vel in capitulo, vel in loco diffinitionum. Cum autem in capitulo resederit, sic in loquendo,iudicando, & in omnibus socijs suis debet deferre,& sibi eos anteponere, & in omnibus

matnrè,honestè,& commodè agere,iustè & rigidè tamen,& sic sine personarum acceptione pro tempore se habere,ꝙ nec pręsumptuosus vel inutilis,vel remissus,vel sine zelo religionis valeat ab astantibus reputari. Porro in diffinitionibus non debet multum curare de ordine loci, vel vocis, sed modum sequi in hoc qui cōmuniter alijs placuerit obseruari. Nec cōtentiosè aliquid agere vel clamosè nec esse multum confirmatus in sensu suo super his quæ ante deliberauerat,vel alijs quibuscunq; emergētibus,præcipue cum in discussione videt validiores ad oppositum rationes,vel videt illos qui magis exercitati sunt & discretiores habentur, a sua sententia discrepare, ꝙ si forte in aliquam declinat sententiā quę ante pronunciationem diffinitionum videbatur sibi nimis bona, potest & debet illam sententiā reuocare ante diffinitionem prædictam. Summopere cauendum est sibi cum sit iudex,ne aliquo casu faciat aliquid pro persona aliqua,vel conuentu,vel prouincia,vel natione,vel contra,quod sapiat acceptionem quācunq;, neq; vnquam debet declinare in aliquam sententiam quę ad eneruationem ordinis, uel minoratione status eius cedere possit,uel in aliquam ordinationem quę intolerabilis communitati fratrum reputetur, vel possit esse transgressionum occasio plurimarum, sed sic in omnibus cum zelo sancto & discretione intendat, ꝙ in patriam reuertens,super aliquo quod fecerit modico tempore potestatis suæ non reportet conscientiam remordentem. Si vero aliqua sibi iniuncta fuerint a cōdiffinitoribus facienda,vt pote legē litteras

vel

vel ſcribere aliqua memorabilia de his quę leguntur inter diffinitortes, vel habere curam, vel cuſtodiam de aliquibus quæ inter eos recitantur vel aguntur, de huiuſmodi debet ſic habere curam diligentem, ꝙ circa hoc omisſio vel negligentia nulla contingat. Si uero fratres aliqui velint ſibi tradere literas aliquas, vel aliqua pertinentia ad diffinitores debet ea recipe, & diffinitoribus in communi præſentare. Debet etiam introducere quandoq; fratres qui habent negocia, cum commode poteſt ad eos. Ipſius etiam eſt prouidere quantum poteſt ne ipſe, vel alij diffinitores tantum occupentur circa aliqua perſonalia, vel localia, vel minus vtilia, ꝙ communia & vtiliora currente tempore expedire non posſint. Item de his negocijs quæ pertinent ad prouinciam ſuam debet conferre cum ſocio ſuo, vt ea cum communi cōſilio (ſi talia ſunt quæ vtriq; ſunt communicata, vel communicari posſint) expediat diligenter & non cōfuſe. Proinde ſi habentur literæ aliquæ, aut negocia aliqua pertinētia ad ſolum magiſtrum; debent ante capitulū q̃ cito poſſunt ſibi literas præſentare, & negocia proponere ordinatè, ſcilicet ea quæ prouinciæ ſunt primo, quæ ſunt conuentus, vel conuentuū aliquorum ſecundo quæ ſunt fratris, vel fratrum tertio quæ ſunt eorum qui non ſunt de ordine quarto. Si vero pertinēt ad diffinitores, obſeruata hora ab ipſo diffinitore, debet ingredi ſocius, & cum diffinitore reddere literas, vel proponere negocia ordine ſupra dicto, & debent habere curam de expediendis negocijs & reſcribendo cum fuerit reſcribendum. Si vero

ſunt

sunt negocia impertinentia ad magistrum:vel ad diffinitores, vt sunt emptio librorum & similiũ,debent cum licẽtia magistri (si fuerint necessaria) vel prioris domus (si ad eum pertinuerint) adiutorio (si indiguerint) illa prout poterunt honestè & religiosè expedire. Si vero fuerit aliqnod negocium tale ꝙ inter vtrunq; non sit comunicandum :debet ille cui commissum est vel ad quem pertinet, illud prout cõmode poterit expedire. Cum autem inter diffinitores agitur de prouinciæ suæ statu vel aliquibus ad ea pertinentibus : debet super quibus requiritur ab eis vel a magistro per se fidele testimoniũ dare: loquendo de singulis de scientia vel credulitate,vel nescientia,prout cõscientia sua reperit vniuersa. Si autẽ aliquid habet referre de sua prouincia:debet omnia sic recitare distinctè vt sciatur à diffinitoribns quid dicat de motu suo: quid ex parte capituli prouincialis vel diffinitorum capituli prouincialis, vel cõuentus, vel conuentuum, vel fratris vel fratrum aliquorum.

¶ Circa ea que fuerint agenda post diffinitionem.

¶ Postremo determinata diffinitione sua interest dare operam ꝙ omnia que ad suã pertinent prouinciã, quę nondum sunt expedita expediantur : & vbi in regressu inuenerit fratres turbatos de aliquibns in capitulo ordinatis, reddere eis rationem super istis,& eos vt commode poterit sedare : in capitulo vero suo prouinciali debet reddere omnia, & conferre q̃ ad ipsum pertinent,quæ de capitulo generali emanauerint, vt sunt acta capituli generalis:literæ magistri: literæ vel indulgentiæ nouæ si q̃ sunt impetrate de

nouo & similia: & habere curam ꝙ ibidem publicentur: & constitutionibus inchoatis de nouo vel admonitionibus si qua obscuritas inuenitur vel admiratio oritur, declarare intelle**ct**ū, & rationes assignare, q̄ diffinitores mouent ad ista. Si vero magister vel diffinitores commiserint ei aliqua verbo vel literis in sua prouincia vel alibi nuncianda vel exequenda, quod iniun**ct**ū fuerit diligēter executioni mādar̄.

¶ De officio socij diffinitoris capituli generalis.

¶ Capitulum. XXXIX.

OFFICIVM socij diffinitoris capituli generalis est huiusmodi. Cum officium sibi fuerit iniū**ct**um & excusationem eius recipi non contingit: dꝫ cum venia & humilitate recipere: deinde cum diffinitore de agendis (si præsens est) verbo, vel si absens est, per literas pertra**ct**are, & ei tanq̄ maiori in eis q̄ cōmuniter ad eos pertinent obedire: habere etiam curam spālē de petitionibus prouinciæ, & literis capituli prouincialis, vel conuentuū vel fratrum portā dis, de negocijs alijs, vt sunt causæ vel qōnes, vel alia quæcunq; proferendis, & cum consilio diffinitoris & au**ct**oritate ipsius suo tempore promouēdis. Si aūt contingat eum ire cum diffinitore, licet prior sit in ordine: debet eum tanquā priorem habere, & procurare erga priorem prouincialem, ꝙ hoc ipsum ordinetur ab eo.

¶ Circa capitulum.

¶ Porro cum in loco capituli fuerint, dn̄t in dicendo officium, in celebrandis missis, in iacendo prope eū si fuerit ordinatum, in scribendo vel exequendo aliqua ꝓ eo si voluerit, & similibus, ei assistere, fuerēter,

&

& diligẽter iuuare:negocia quoq; ꝓut poterit debet eidẽ reducere ad memoriam, & cũ eodẽ si vult cõsilium,promouere: literas quoq; ad magistrum & diffinitores pertinentes,quas habet cũ eius cõsilio reddere tempore opportuno. Item dum diffinitor vacat diffinitionibus, debet habere curam spẽlẽ de scribendis actis,& literis magistri, & indulgentijs nouis si ibi fuerint,& sub autẽtico sigillo habendis,& similibus, q̃ oportet ad profectum suæ prouinciæ deferre,& solicitare magistrum ad rescribendum illis qui scripserunt de sua prouincia eidem. Et si magister ei dixerit, ipsemet curam hẽat de huiusmodi literis secundum modum cõsuetũ scribendis. Debet etiã literas procurare de beneficijs q̃ fuerint procurãdæ pro personis ad suam prouinciam pertinentibus, & prosequi causas suæ prouinciæ si q̃ fuerint, vel agendo vel respondendo quantum de iure potest, & alia negocia suæ prouinciæ,quantum potest sine diffinitore expedire,& pro istis cum potest ad eum recurrere,& omnia huiusmodi sic solicite expedire, ꝙ facta diffinitione nõ oporteat morã cõtrahere propter ista. Si vero non fuerint expedita omnia, diffinitione completa: tunc cum diffinitore iam expedito dꝫ operam dare ad omnia q̃ remanent expedienda quã cito potest. Si vero diffinitores vel magr̃ inquisierint aliquid ab eo de pertinentibus ad prouinciã suã uel ipse aliquid de isti habeat dicere eis debet circa ista fideliter & discrete ꝓcedere, sicut supradictũ est de diffinitore.

¶ Circa regressum.

¶ In regressu vero magis specialem curam dꝫ habe

re de actis & literis & alijs huiusmodi reportandis q̃ distinitor: licet vterq; habeat de his cogitare, & reddere omnia quibus fuerint reddēda. In capitulo vero prouinciali debet acta: literas magistri, & indulgentias q̃ sunt nouæ,& alia pertinētia ad capitulum illud reddere diffinitori,& laborare cum eo vt legantur,& fiat de eis quod fuerit faciendũ. Si vero magr̃ vel diffinitores aliqua commiserint, ea agenda cum diffinitore vel soli,debet exequi diligēter prout fuerit sibi dictum. ¶ Circa susceptionē in diffōne.

¶ Quod si oporteat eum diffinitorem esse secundũ formam constitutionum propter mortem vel impedimentum diffinitoris: tunc ad eum pertinēt omnia q̃ de diffinitore sunt prędicta. Si vero antequam recesserit de prouincia sua contingat illud impedimētum tali tēpore ꝙ hoc prouinciali possit significare: debet illi innotescere,& cum eius cōsilio socium accipere,qui prędicta de socio prout poterit compleat diligenter. Si vero in via diffinitor impediatur, vel tam tarde ꝙ non possit habere recursum ad priorem prouincialem: tunc sicut poterit prouideat de socio: & si non est sufficiēs: vel idoneus ad officia socij pera gēda peragat ipse prout melius poterit vniuersa. Deniq; tam ad diffinitorem quam ad socium pertinet cum sunt noui & inexperti in istis, dare operam vt per expertos circa huiusmodi in his q̃ nesciunt instruantur:& ipsi cum instant agenda debent diligenter notarę quomodo se habeant illi qui magis sufficientes in huiusmodi reputantur,& eisdem prout potuerint se conforment.

¶ De

¶ De officio electoris magistri. Cap. XXXX.

AD Officium electoris magistri pertinet ꝙ postq̄ electus est postulet vt supradictum est de diffinitore, si oporteat eum ire longius, a priore prouinciali huiusmodi laborem sib iniūgi in remissionem peccatorum & iniūctum suscipere cum venia humiliter & deuotē, & hoc si fuerit pręsens in loco electionis. De literis quoq; testimonialibus idem seruetur ꝙ de diffinitore est supradictum: de socio vero & via & tēpore eundi debet facere secundum consilium procincialis. Porro in via inter fratres inter extraneos in conuentibus, in capitulo & vbiq;: debet illam honestatem & religiositatem seruare, q̄ de diffinitore superius sunt prædicta. Pro negocio vero electionis debet a tēpore sue electionis orare deuote, & orationes a sanctis ꝑsonis cū poterit impetrare: vt secūdū volūtatē dei & vtilitatē ordinis tā ipsi quam alij dirigantur. Cum autem aliquos fratres inuenerit discretos & deum timentes, exercitatos in negocijs ordinis & persouarum, habentes ordinis notitiam: debet libenter cum eis conferre in sancta & simplici intentione, vt per eos in aliquibus pertinentibus ad negocium plenius informetur. Cauendum est autem ei ne propter auditum aut notitiam leuem ad eligendum aliquem inclinetur, nisi prius per fide dignos, & qui talem magis de propinquo nouerint, plenius instruatur: nec vnquam sic debet animū suū in aliquem firmare, quin si aliquid melius ex collatione aliqua postmodum appareat, paratus sit ad alium transferre vocem suam. Illud quoq; diligentis-

sime præcauendum est ei, ne notio vel familiaritas vel confidentia præsumpta de aliquo, vel turbatio contra alium, vel despectio quecũq;, vel alie similes, vel dissimiles causæ, q̃ spiritumsanctum non sapiunt eum moueant in aliquo contra aliquem, sed solum pura & sancta intentio, & recogitatio: solum dei voluntatem, & vtilitatem ordinis inuestigans: dz etiã attendere ꝙ licet in huiusmodi persona sunt multa attendenda si reperiri possent in aliquo, vtpote conditio generis & personæ, scientia, fama, auctoritas, notitia, gratia prædicandi, & inter hommines cõuersandi, & talia multa, tamen super omnia videtur attendenda: vitæ sanctitas: discretio naturalis: experiẽtia prælationis: zelus sanctus; animositas ad mala persequenda, & bona promouẽda: maturitas in agẽdis cum oportuerit, condescensio ad infirma: firma de deo fiducia in insolitis & grauibus cum emergũt. Ceterum vero tanquam perniciosum & vilissimũ est procul abijciendum, ne vnquam inducat vel inducere sustineat quemcunq; circa huiusmodi negocium ad aliquid, nisi quod purè sanctitatem sapiat & virtutem: sed sic in omnibus cum timore dei diligẽti deliberatione procedat, & votum suũ solum in deum & ordinis transferat vtilitatem: habens præ oculis ꝙ nihil faciat vnde malam reportans conscientiam gemere habeat in omnibus diebus vitæ suæ cum aliq̃d fecerit quod postmodum nunquam poterit emendare. Si vero fctõ scrutinio publico nondum valet electio, nec videatur per processum ꝙ valere possit nisi mutet vocem suam: multo melius est mutare vocẽ

dummodo

(dummodo cum bona conſcientia fieri poſſit) quam diu diſcordiam ſuſtinerè. Sed in mutatione illud videtur ſecurius ꝙ cum oportet mutari propter concordiam, illorum ſequatur conſcientiam & ſenſum, qui ſecundum ſuam conſcientiam & ſenſum melioris & ſanioris ſententiæ, reputantur. Si vero electio valeat per ſcrutinium pro aliquo quem ipſe non elegerit, nihilominus debet in ipſum libenter & liberaliter conſentire, & poſt publicatum ſcrutinium aſſẽtire, dummodo ad contrarium conſcientia non compellat. Deniq; omnia que acta ſunt in ſecreto ſic dꝫ habere ſecreta, ꝙ nunq̃ ex ore eius egrediatur aliqd vnde poſſit aliquid de illis percipi, vel poſſit aliquis fratrer percipere talis vel tales fratres elegerũt hũc, vel illum reprobauerunt, vel illi contrarij fuerunt, & ſimilia q̃ pñt inducere turbationẽ. Debet etiam eſſe cautus ꝙ in collatione facienda de aliquibus eligendis ante electionem inter electores ſuos, non eſt ſecurum conſentire, propter occaſiones denigrationis famæ multorum, & alia mala multa q̃ ſolẽt inde ſequi. Porro in regreſſu cum declinat ad fratres debet laudare quantuncunq; poteſt cũ bona conſciẽtia quod factum eſt: & ſuper hoc fratrum animos conſolari.

¶ De Officio electoris prioris Prouincialis.
Capitulum. XXXXI.

AD Officium electoris prioris prouincialis pertinet, vt cum electus fuerit conferat cum priore & conuentu de literis ſuper hoc habendis, & de ſocio in via, & faciat prout ſuper hoc duxerit ordinandum: in alijs autem q̃ ad electionem pertinent, obſeruet

habito respectu ad prouinciam, omnia q̄ supradicta sunt de electione magistri, habito respectu ad ordinē vniuersum. Multum autem attendere debet ꝙ talis eligatur (si fieri potest) qui sit ad pacem & cōsolationem cōmunem prouinciæ, dummodo aliæ circunstātiæ bonæ concurrant: & libentius debet procurare ꝙ aliquis de prouincia eligatur, dummodo sit sufficiens & habeatur vtilis, quā aliundæ etiam si magis sufficiens habeatur, de quo non separetur ꝙ possit haberi, nisi cum magna angustia animi sui, & anhelaret ad recedendum q̄ citius posset. In formatione vero decreti si opus fuerit, debet in omni casu sine difficultate qualibet testimoniū perhibere veritati.

¶ De Officio diffinitoris cap. Prouincialis.

¶ Capitulum. XXXXII.

AD Officium diffinitoris capituli prouincialis pertinet vt post electionē audiat negocia fratrum, mō sequestratim modo cum alijs diffinitoribut, prout ipsi requirunt, & ipse poterit vacare: recipere etiā literas: vel memorialia q̄ ad diffinitores pertinent cū ei porriguntur vt ea inter diffinitores præsentet tp̄e opportuno. Postq̄ autem inchoatū fuerit capitulū: debet cum priore prouinciali in loco diffinitorum in capitulo sedere, hoc ordine seruato inter diffinitores: vt qui primo sedent in choro primo sedeant inter eos. Cauendum est autem ei ne aliquid faciat ꝓ fratre: vel conuentu: vel contra, quod sapiat priuatum amorem: vel turbationem: vel vindictam cōtra alium: sedtantum ea q̄ sapiunt equitatem & bonum. Item ne sit facilis ad mutationes faciendas siue in

abſolutionibus priorum multorum, vel translationi bus lectorum & fratrum: niſi quado poſt diſcuſſio nem diligentem manifeſta rõ reperitur. Item non tantum intentus ſit circa particularia facta: ꝙ cõe bonum & magis quod pertinet ad ſtatum totius pro uincie negligatur. Porro circa conuentus nouos et remotos, & deſolatos vel præ paucitate fratrum, vel paupertate, vel propter aliqua ſcandala ibi orta: vel alijs de cauſis, vt releuentur a grauaminibus & bene prouideatur eiſdem & in aliquo non grauẽtur. Similiter circa ſtudiũ & omnia pertinẽtia ad id promouenda. Item circa fratres qui notati ſunt de ſcãdalo turbationis, & periculoſi reputantur reprimendis, & refrenandis, & in talibus conuentibus collocandis vbi ſub diſciplina & cuſtodia bona alicuius cuſtodiantur, & ſimilibus q̃ ſunt maioris neceſſitatis debet habere curam maiorem quantum in eo eſt. Sunt & alia quedam notata in capitulo de officio prioris prouincialis circa fratres, q̃ pro magna parte eidem quantum ad officium ſuum in modico tempore pertinent: conſiderãda ſunt & ſolicite obſeruãda. Item pertinet ad eum cũ alijs diuidere viſitatoribus domos viſitandas, & alia quedam q̃ in conſtitutionibus expreſſa ſunt: & in ammonitionibus capituli generalis quandoq; inſeruntur: inſuper & multa alia de illis q̃ ſupra notata ſunt de officio diffinitoris capituli generalis: q̃ omnia ſunt ab eo conſiderãda diligenter: & prout competunt obſeruanda. Deinde finita diffinitione cũ aliquos turbatos viderit de aliqua ordinatione, non debet ita ſe ſuper aliquo excu-

fare (licet in illo non consenserit) ꝙ super socios su os calumnia deuoluatur: vel que acta sunt inter eos de quibus oritur turbatio, per quos factũ sit reuelet.

¶ De Officio visitatoris. Capitulum. XXXXIII.

¶ Circa ea que precedunt visitationem.

AD Officiũ visitatoris pertinet si laboriosa fuerit sua visitatio postulet a priore prouinciali laborẽ in remissione peccatorum sibi iniungi. Sociũ quoq; de eius ordinatione si potest ei loq : vel scribere : vel si hoc non potest de ordinatione prioris sui conuen tualis assumere debet. Si vero ante tẽpus visitandi contigerit eum infirmari vel aliter impediri: debet priori prouinciali hoc indicare vt de alio prouideat qui suppleat vices eius. Porro tempus ad visitandũ debet eligere tale in quo fratres melius possint habe ri in domo, sine danno predicationis, vel prouisio- nis temporaliũ : & ꝙ non concurrat cum visitatione prioris prouincialis, vel nimium sit vicinum visita- tioni, vel capitulo sequenti, vel precedẽti prouincia li vel generali, si fuerint in prouincia illa celebranda. Cum autem venturus est ad domum aliquam debet primo significare tempus aduentus sui, vt fratres ab sentes commode conuocari possint. Non debet aũt ad conuocandos fratres inferre necessitatem qui si- ne magno danno domus aut salutis animarum con- uenire nõ possint, nisi magna & rationabilis causa & necessitas hoc requirat.

¶ Circa quedam in generali.

¶ Interest etiam ipsius portare secum regulã & con- stitutiones bene correctas, & acta capitulorum gene

ralium & prouincialium,ſaltem illius anni, & literas magiſtri,& alia que emanauerũt a capitulo generali vel ꝓuinciali, & in domo omni viſitationis ſuæ ſi nõ habentur,facere ſibi ſcribi.vel corrigi ſi minus corre cta habentur, & facere ea legi que emanauerunt illo anno a capitulo generali vel prouinciali in preſentia ſua, in capitulo vel in menſa cum fratres comuniter interſunt. Debet autem ſummati in omni conuentu videre & inqrere ſi habentur libri officij eccleſiaſtici bene correcti. Item ſi habentur libri ſcholaſtici ſufficienter,ſi habentur paramenta eccleſiaſtica,& huiuſmodi que pertinent ad cultum dei competentia. Item quomodo fit diuinum officium,& quomodo proficitur in ſtudio. Item q & quot fratres ſunt in domo qui multum reputentur idonei ad proficiẽdum in ſtuſtio,quos exigentibus meritis ad hoc expediat promoueri,quot boni prædicatores,quot boni in conſilijs, quot boni ad confeſſiones, ſiqui graues in moribus vel notati publice de ſcãdalo,ſi multi grauibus & longis infirmitatibus prægrauati, ſi habentur competenter tẽporalia, & qualiter. Item ſi habitant inter deuotos homines,ſi domus eſt onerata multitudine fratrum,vel paucos habet, ſi ſunt fratres de illa natione vel aliunde, ſi libenter morantur fratres in illo conuentu vel inuiti,ſi habent pacẽ fratres cum prelatis & ſimilia multa, vt tẽpore ſuo his cognitis in genere,ſciat melius priori prouinciali vel diffinitoribus conſulere de his que circa domum illã fuerint ordinanda,& ipſe nihilominus faciat bonum quod potetit,quantũ officium ſuũ ſe extendit. Porro

ante

ante tempus visitationis sue non pertinet ad eum facere aliquam inquisitionem ex officio licet ipse possit audire aliqua, si aliqui gratis ad hoc se ingesserint, vel sine inuitatione aliqua gratis dicere voluerint, in quibus tamen non sunt expendendi dies multi, ne in fraudem prolongandi dies officij hec fieri videātur.

¶ Circa capitulum.

¶ Cum autem primo capitulum intrauerit ad officiū exercendum, potest aliquam breuem collotionem facere fratribus de aliqua spirituali materia & vtili si voluerit, deinde recommendare fratrū orationibus illos quos voluerit. Postmodum facere iniunctioné, & admonitiones de pertinentibus ad officium, sicut viderit expedire. Solet autem in comuni visitatione capituli vbi aliqua specialis causa hoc reqrit iniungi vniuersis absq; præcepti expressione, ꝙ quilibet dicat ei illud quod sibi videt̃ dicendum secundū suā cō scientiam pro bono ordinis siue in capitulo siue ex̃, secundū ꝙ requirit natura negocij, vȝ quod dicendū est in capitulo dicat ibi, & quod extra dicendū est dicat extra. In admonitionibus vero solent fratres reddi cauti, ne aliquid dicant contra aliquem ex aliqua turbatione vel motu inordinato, sed solum ex sinceritate fraternæ charitatis & amore ordinis. Itē ne taceant aliquid dicēdum vel ex familiari amore personæ vel timore quocunq; vel alia quacunq; ex cā minus religiosa. Ipsis etiam prælatis & fratribus potest iniungi si videatur expediens, ꝙ occasione eorum q̄ dñr bono & consueto mō contra aliquem nihil postmodum dure agāt. Cum etiam sit consuetum ꝙ ipsi

priores

priores instante visitatione soleant animare in capitulo fratres ad dicendum fideliter omnia que videntur eis dicenda. Item ꝙ caueant ꝙ non dicant inutilia, vel q̃ alias sunt correcta, vel q̃ secrete sunt dicenda non dicant in publico, & similia. Item ꝙ in proclamando se habeant modestè & formam cõstitutionum obseruent diligenter. Hec quoq; & similia plura vel pauciora pñt dici secundũ ꝙ rõ suggeret statui domus, & circunstantijs ad hoc pertinentibus consideratis. Post huiusmodi vero iniunctiones & admonitiones anteq̃ ꝓcedatur ad culpas audiẽdas, dandũ est aliquod tempus fratribus ad loquendum sibi secreto si voluerint, vt ex aliqbus auditis magis instructus, sciat melius quid sit agendũ. Si vero sibi videatur potest vocare aliquos & maxime discretos & magis dignos fide etiam si gratis non veniant, ad inquirendũ de statu domus leuiter & summatim. Ex his vero que sibi dñr ad partem, non multum expedit ꝙ conscientiã suã formet, nisi postq̃ diligentius inuestigauerit de conditionibus persone loquentis, si forte eum non cognoscat, & discretione & zelo, & motu & modo. Ex his autem que dñr in occulto, nõ dꝫ ad aliquam sententiam contra aliquem in aliquo ꝓcedere, nisi in publico recitentur. Instruere etiam dꝫ sibi loquentes in secreto, cum loquuntur de talibus que solent & pñt in proclamationibus dici, ꝙ nõ bñ liberant animas suas nisi in publico illa dicant. Si ãt viderit aliquos paratos ad dicendum aliqua in publico, que dici sic non solent nec dñt, debet eos instruere charitatiue si ex simplicitate hec faciunt, quid eis

sit agendum. Si vero sibi videatur malitiose, terroribus, & comminationibus debet eos in iustitia refrenare, & condigne punire postmodum, secundũ quantitatem excessus, si procedunt. Porro cum prælibatis pædictis tenetur capitulum de culpis, sic cũ debito moderamine, & discretione cuncta sunt eidem agenda, vt visitatio que inducta est ad correctionem malorum, non sit occasio excessuum agendorum. Proinde solicite curandum est ei ꝙ forma capituli q̃ scripta est obseruetur, ꝙ male accusantes reprimat & refrenet, & ꝙ bene accusantes iuuet, ꝙ dubia diligenter inquirat, ꝙ accusato det licentiã & tempus ad rñdẽdũ, ꝙ in friuolis nõ permittat occupari, ꝙ ea q̃ digna sunt reprobatione cum audiuntur, valde verbis reprobet & insinuet esse horrẽda, ꝙ laudabilia sic commendet ꝙ ad similia animet audientes, ꝙ iniungendo penitentias prouidè discernat quantitates culparum, & prout possibile est sine transitione pũiat iusto modo, & plusq̃ in quotidianis capitulis puniri soleant excessus, ne visitatio veniat in contemptũ. Añ iniunctionem vero penitentiæ aggrauet culpas: quas audiuit dignas maiori reprobatione in quolibet accusato, vt per hec audientes inducantur efficatius ad cauendum. Ad hoc si in his que in secreto vel in pu blico, in domo vel etiam extra domum audiuit, videatur ꝙ circa aliqua maiora sit plenius aliquid inquirẽdum, de quibus per cõmunem modum supradictum visitandi nõdũ ei est satisfactũ, potest ꝓcedere ad p̃cepta, vel omnibus vel aliquibus facienda, in publico uel in secreto. secundũ ꝙ negocij nãrequirit. Cauẽdũ

tamen

tamen ne faciat aliquid contra aliquem iniuriose. In grauibus vero ne ita parcat alicui, ꝙ culicem excolare & camelum glutire videatur, & caueat ne ventilanda secreto vel coram paucis deducat in comuni, vel que mota sunt coram omnibus sic sepeliat, ꝙ his qui audierint non satisfaciat per punitioné male accusantis vel bene accusati. Sunt & alia ei diligenter obseruāda q̃ in cōstitutionibus & admonitionibuscapitulorū, & supra in capitulo de officio prioris prouincialis circa visitationem sunt conscripta. Cum autem ad terminationem visitationis accedere voluerit, si vult aliquas ordinationes vel admonitiones arctius custodiendas relinquere, debet primo super his cum discretis fratribus conferre, & eorū sensui qui nouerunt plenius statū domus & patriæ q̃ sensui suo credere. Potest autem & huiusmodi in scriptis in aliquo memoriali relinquere in custodiam supprioris, vt sciatur tempore suo si illa fuerint correcta vel obseruata, & ipse potest memoriale retinere. Finaliter autē & principaliter debet intendere ad hec, & laborare ꝙ per visitationē suā sequatur correctio excessuum, pax & tranquillitas relinquatur. Propter quod si videt aliquā turbationem, debet ante determinationem visitationis dare operam ad quietandū, si religio in aliquo depereat reformetur, obedientia, concordia, deuotio, & omne bonum in fratribus augeatur. Non pertinet autem ad eum confessiones audire, aut absolutionem aliquam facere generalem vel specialem, sꝫ in fine factis absolutionibus & admonitionibus siquas voluerit facere vel collatione

vel vtraq;, & commendato conuentu super bonis q̃ inuenit,& rogato ad corrigendum & obseruandum quæ dixit, potest se commendare eisdem, & aliquos alios si voluerit quos forte nondum commendauit, & sic terminare visitationem,

¶ Circa quedam post visitationem.

¶ Si vero frates vel conuentus rogauerint eum, vel super aliquibus promouendis apud prioré prouincialem,vel ad diffinitores capituli prouincialis, vel magistrum,vel alibi si sibi rationabilia videntur,dз eis libenter acquiescere,& super his memoriale facere, & proponere ea tempore opportuno,fratrum defectus nisi solum prouinciali vel diffinitoribus vel magistro prout est secundum ordinem faciendũ dicat,sed potius bona de conuentibus visitatis predicet,prout secundum conscientiam facere poterit bono modo.

¶ De officio predicatoris generalis.

¶ Capitulum XXXXIIII.

AD Officium predicatoris generalis pertinet cum ad hoc assumitur cum venia suscipere illud officium,& singulis annis ad capitulum prouinciale venire,nisi de lnĩa vel ex causa remanserit. Cum autem non venerit,debet se excusare per literas continẽtes causam absentiæ suæ. Ipse etiam est de corpore capituli prouincialis, & ideo pertinet ad ipsum tanq̃ ad membrum omnia q̃ pertinẽt ad illud capitulum, ut electio diffinitorum prouincialis & generalis capituli,& visitatorũ,& discussio petitionũ capituli eiusdem, & similiter q̃ ad ipsos pertinent. Et ideo solet specialiter talibs concedi, ꝙ habeant speciale sigillum.

gillum. Ad hoc etiam quia eſt de capitulo tali; debet apponere curam ꝙ habeat maiorem notitiam fratrum de prouincia,& exercitium circa ea que in capitulo ſunt agenda,vel pertinent ad cõmunẽ ſtatum domus vel prouinciæ. Debet etiam frequentius & libẽtius vbiq; predicare,præcipue ſi gratiam habeat predicandi. Non eſt autem propter hoc officium exẽptus in aliquo ab obedientia prioris ſui, vel a cõmuni vita fratrum aliorum, niſi quo ad hoc ꝙ poteſt ſine licẽtia ſpeciali ire ad capitulum prouinciale,vt prædictum eſt. Sed tantum de ſocio & tempore eundi ſtare debet ordinationi prioris ſui, dummodo ſic ordinauerit ꝙ ſperetur ꝙ poſſit illuc commode peruenire. Procuratio vero negociorum conuentus ſui vel fratrum eiuſdem in capitulo,ad eum non pertinet ex officio, ex charitate tamen debet pro eis procurare bonum quod poterit bono modo, & pro eis ſtare fideliter in eis que iuſta fuerint & honeſta. Priori quoq; prouinciali, & diffinitoribus cum de pertinentibus ad cõuentum ſuum fuerit requiſitus, enarrare meram & ſimplicem veritatem.

¶ De officio ſocij prioris conuentualis euntis ad capitulum prouinciale.

Capitulum. XXXXV.

¶ Circa quedam ante capitulum.

PRIORI conuentuali ituro ad capitulum prouinciale eligendus eſt in ſocium frater qui poſſit laborem viæ ſecundum formam ordinis ſuſtinere, qui commodè exercitium habeat,vel ſaltem ap-

titudinem ad ea que in capitulo sunt agenda, q etiã fidelis reputetur ad agendum pro omnibus, siue ꝓ conuentu siue fratribus singulis, siue prælatis siue lectore, quod secundum veritatem fuerit faciendũ. Ad huiusmodi ergo officium pertinet accusationes prioris siquæ fuerint, petitiones & literas, & negocia quecunq, siue conuentus siue fratrum singulorum recipere, & portare ad capitulũ, & dare operã ꝙ illa que sigillanda sunt sigillentur. De socio vero accipiendo, & quando arripere viam & quam viam debeat, sequi debet ordinationem prælati.

¶ Circa capitulum.

¶ Cum autẽ fuerit in capitulo, pertinet ad eum sicut ad membrum cum sit de corpore circa omnia que ad causam pertinent, sicut predictum est de prędicatore generali. Specialiter vero negocia conuentus vel fratrum suorum debet procurare, videlicet literas missas priori prouinciali, vel distinitoribus vel alijs reddere tẽpore opportuno. Accusationes prioris sui in capitulo discrete & simpliciter proponere, prout fuerint formare. Si autẽ aliquas alias de motu suo facere voluerit, eas sequestratĩ, & distinctè ab alijs opponere. Petitiones singulorum fratrũ ad prouincialem, si que sibi commissæ fuerint ostẽdere & procurare, & similia. Si vero a prouinciali vel diffinitoribus aliquid ab eo fuerit inquisitũ, de statu prioris vel conuentus vel fratrum aliquorum, sic simplicem veritatem dicere debet, ꝙ pro aliquo vel cõtra aliquem nunquam inclinet se ad aliquid, nisi solum quantũ requirit equitas & veritas omni

motu

motu inordinato excluso. Cum autem aliquid dicit, debet huiusmodi distinguere discrete, quid dicit de motu suo, quid de aliorum, & quorũ, quid de volũte conuentus, vel totius vel maioris partis, & q̃ sit pars illa maior, si expedierit enarrare. Item pertinet ad ipsum oñdere priori prouinciali indigẽtias domus quas habet, aut in lectore, aut in predicatoribus, aut in fratibus expeditis in cõsilijs, aut in cõfessoribus, aut in cantoribus, aut in conuersis, secundum varia exercitia, aut in paucitate fratrum & similibus, & grauamina aut in infirmis, aut in discolis, aut in nimia multitudine fratrum & similibus, & laborare debet per se & per fratres sibi notos & amicos sui conuentus, vt domui sue per priorem, & diffinitores vtiliter prouideatur. Cauendum est ei ne de motu suo vel aliorum de suo conuentu qui ad partes locuti fuerint, sibi procuret aliquid quod ad turbationem conuentus vel fratrum de conuentu suo qui meliores & discretiores reputantur valeat prouenire. Item ipsius est scribere, vel procurare ꝙ scribantur cito & vere omnia que de capitulo generali vel prouinciali illo anno emanãt in scriptis, & portare ad conuentum suum, & tradere suppriori, vt per eius diligentiam conseruata & scripta vbi fuerint scribenda inueniantur.

¶ Circa quedam post diffinitionem.

¶ Verum si cõtingat priorem suum absolui, vel post diffinitiones omitti aliquid eorum que in suo conuẽtu sunt necessaria, vt prouisio de lectore & huiusmodi, tunc cum illis qui fuerint in capitulo de do-

mo sua,vel etiam aliorum fratrum de quibus conuentus suus confidit debet, tractare quid possit fieri pro domo sua siue in postulando quos possit eligere : siue in confirmationis cōmissione:siue in prouisione & de lectore & similibus que sūt omissa vel minus facta bñ pro domo sua:& tam cum ipsis procurare quam per priorem prouincialem, quod poterit ꝓ necessitate sui conuentus & vtilitate eiusdē. Deinde in regressu non debet moram cōtrahere, s3 sicut poterit bono modo ad conueutum suum festinare. Et si aliqua negocia fuerint q̃ expediat eis tam cito scire,debet hoc quam cito poterit per literas intimare: si ante aduentum snum hoc prescire expediat. Cum autem venerit : cauere debet ne rumores inutiles vel non bonos de capitulo referat: vel infirma quæ non cedunt ad vtilitatē audiētium referat,vel aliquid vnde fratres turbet contra priorem prouincialem,vel diffinitores, vel aliquos fratres qui minus fuerint fauorabiles vel contrarij in suis negocijs: sed potius ea referat quæ ad consolationem & pacem fratrum debeant prouenire : & det operā pacificare fratres in cōmuni, & singulariter,si aliquos eorum viderit turbatos super his que acta sunt in aliquo vel omissa:super his reddens pro ut poterit excusationem rationabilē. Super his vero que sibi specialiter commissa fuerint : sic studeat omnibus & singulis reddere rationem : ꝙ de negligentia iustè non valeat reprehendi.

¶ De Officio confessoris. Capitulum. XLVI.

FRATER qui confessiones auditurus est : necessa

rium

rium est vt sciat quantum potestatis habet. Item vt sciat que & qualiter a confitente inquirere debet. Item oportet eum esse cautum circa absolutiones, & circa excõmunicationes, dispẽsationes, & alias satisfactiones, & circa casus matrimoniales, & circa penitentiarum iniunctiones, & symoniarum resignationes, & circa modum se habendi ad confitentem: & specialiter circa secretum confessionis.

¶ Circa potestatem.

¶ Circa potestatem notandum est ꝙ frater cui nõ est dictum a prelato suo vel ab alio qui possit ei dare iurisdictionem ꝙ audiat confessiones: de nullo peccato mortali potest absoluere. Si vero dictum est ei a prælato suo vt audiat eas priuilegio dñi pape: potest audire confessiones: iniungere penitentias quantũ priuilegium se extendit. Aliter vero non potest, nisi habeat auctoritatem vel a diocesano, vel a sacerdote parochiali, vel ab aliquo alio qui eam possit ei dare. Ille autem qui habet ptãtem a diocesano: videre debet quam potestatem habeat, vtrum plenã potestatem quantum ad omnia que ad forum penitentialem pertinẽt scilicet quantum ad omnia genera peccatorum: & quantum ad dispensationes, & absolutiones excomunicationum, vel habeat aliquantulum restrictam: & ad maiorem certitudinem bonũ est ꝙ de hoc literas habeat vel memoriale aliquod. Sacerdotis vero parrochialis potestas dependet ex cõsetudine & ex statutis sinodalibus & cõciliorũ prouincialium: propter quod debent cõfessores in vnaquaq; diocesi scire ista: vt ex his sciant quid possint

eis commitere sacerdotes: & quid episcopi sibi reseruant. ¶ Circa inquisitionem.

¶ Circa inquisitiones. Notandum est ꝙ duo sunt genera interrogationum que a peccatore confitente querendæ sunt. Quedam, enim pertinent ad ipsam personam confitentis: quedam vero ad factam personæ. Ille vero que pertinent ad personam naturaliter sunt priores: vnde nisi sacerdos sciat potest inquirere a confitente vtrum sit clericus: vel laicus: & si clericus vtrũ religiosus: vel non, & vtrũ hẽat beneficium ecclesiasticum: vel non precipue cum cura animarum. Si laicus, inquiri potest cuius officij sit & vtrum in matrimonio sit vel solutus: & vtrum paterfamilias vel de familia alterius. Cognito vero qualis sit persona, secundum statum suum vel personæ possunt fieri alique alie interrogationes. Mulieres vero precipue inquirende sunt de sortilegijs: de fractione votorum, & suffocatione puerorũ: & vtrũ viris subiectæ sint: & vtrum diligenter filios instruant; & si iuuenes inquirende sunt de ornatu & choreis: si vetule sunt de consensu aliorum peccatorũ. Milites inquirendi sunt precipue de rapinis & iniurijs, de vẽditione iustitiæ, de profusione pecuniæ cã adulationis vel instrionatus facta: de vanagloria & laboribus & doloribus quos pro ea habẽt: & sũptibus quos propter ea faciũt. Mercatores vero q̃rẽdi sunt de mendacijs & periurijs, & venditione ad terminũ in fraudem vsurarũ facta: & de alijs fraudibus. Burgenses vero inquirendi sunt de societate, de modo congregãdi diuicias & causa. Si enim cõ

gregant

gregant diuicias propter se, non propter aliquam causam honestam, quasi idolatre sunt. Inquirendi sunt etiam de inuidia: mos enim ciuiũ est alios alijs inuidere. Illi vero qui sunt de familia alicuius potẽtis, inquirendi sunt de fidelitate vtrum domino suo fideles extiterit: de adulatione de mendacijs de rapinis: de prauis consilijs: de iniqua acceptione munerum vtrum domino precipienti aliquod impium obedierunt. Clerici vero inquirendi sunt de perceptione simoniaca, beneficiorum & ordinum: & si deseruiunt prout beneficia sua requirunt: & an dicant officium secundum ꝙ ordo eorum requirit: & modo dispensandi reditus suos. Alij qui habẽt curam animarum, inquirẽdi sunt de solicitudine vtrũ. scilicet sint soliciti, quomodo de cibo spirituali filijs suis prouideatur: & de alijs quę ad regimen animarum pertinent. Inquirendi sunt agricolæ de fraudatione sui laboris. Si enim habent bonam intentionẽ & sunt absq; mortali peccato: martyres dei sunt: & exhibent corpora sua hostiam deo viuentem: si vero ex cupiditate tantum laborant, velut martyres diaboli sunt, & exhibent corpora sua diabolo hostiã fetentem. Rectam vero intelligimus intentionem, vel quando laborant vt agant penitentiã adeo iniunctam scilicet in sudore vultus tui vesceris pane tuo: vel vt corpora sua doment ne lasciuiant, vel ne oporteat eos male accipere vnde viuant, vel vnde habeãt ad eleæmosynas tribuendum. Item inquirendi sunt vtrum reddãt que sunt cesaris cesari & que sunt dei deo: de falsis testimonijs, & de vsurpatione aliena-

rum terrarum,& de inuidia,& de accusatione proximorũ apud deũ.Generaliter inqrendus ẽ peccator de his quinq; silicet de odio, vtrum .s. aliquod odiũ habeat & vtrum sciat aliquem qui eum odio habeat propter factum vel dictum suum:& de peccato luxuriæ,& iniuria & inobedientia erga ecclesiam, vel fractione penitentiæ,vel non obseruatione solemnitatum : vel alio modo, & de peccatis oris: precipue de crapula & ebrietate, mendacijs, periurijs, blasfemijs, conuicijs, detractionibus, maledictionibus, prauis consilijs. Ista quinq; saltẽ d3 inquirere qui audit confessionem a peccatore,qñ per occupationem querere plura non põt. De fide non est tutũ interrogationem facere,l3 aliqui magnifaciant,nisi in casu in quo illa persona suspecta esset de fide. De peccatis vero occultis vt ẽ de peccato cõtra naturam,non est inquirendũ nisi caute, ne aliquid manifestetur simplicibus: quod ipsi nesciant quod possit eis esse occasio peccandi. Modus autem inquirẽdi poterit esse talis. Poterit queri vtrũ insultus carnis aliqñ patiatur & si responderit ꝙ sic: poterit q̃ri vtrum illa titillatio ducat eum ad aliquid faciendũ, & si sic,quod est illud,& sic nihil ei manifestatur s3 datur ei occasio manifestandi se, vel sic poterit esse modus inquirendi. Si peccator opus carnale perpetrauerit ,potest queri ab eo vtrum vigilãdo absq; naturali vsu mulierũ scilicet delectationem vnquã habuerit: & si sic: queratur,quid tunc faciebat: si vero non perpetrauit, p̃t q̃ri vtrum dormiendo de muliere aliquid sõniauerit:& si sic: queratur vtrum vigi

lando similē delectationem habuerit,& quid tunc faciebat. Aliqui tamen querunt vtrum vigilando semen effuderit absq; naturali vsu mulierū, & si rńderit ꝙ sic, qua occasione ei accidit. Sed in experti opus carnale nō intelligerēt q̄d eēt effusio seminis.

¶ Circa absolutiones vero notandum est ꝙ non est requirendum ab eo qui confitetur iuramentum, vel votum,vel alia obligatio ꝙ abstineat a mortali:sʒ sufficit ꝙ habeat bonum propositum & bonam volūtatem abstinendi ab omni peccato mortali, & specialiter a luxuria, & ꝙ remitat odium si quod hʒ contra aliquem: & ꝙ velit satisfacere pro posse de iniurijs si quas fecit: & quod peniteat de omni peccato mortali quod fecit,ad minus in generali. Si autem dicit se nolle vel non posse abstinere ab aliquo mortali: non est iniungenda penitentia: sʒ significandū est ei ꝙ si decederet in tali statu, damnaretur. Verū dandum est ei aliquod consilium quod faciat vt deus illustret cor suum ad penitentiam: & dicendum est ei ne in tali statu communicet.

¶ Circa excōmunicationes notandum est ꝙ ille qui audit confessiones non debet se intromittere de alicuius absolutione excōmunicationis,nisi sciat se potestatem habere: & nisi sciat formā secundum quā debet fieri absolutio. De qua forma breuiter notandum est,ꝙ minor excomunicatio absoluitur solo verbo: maior absoluitur ita: excōmunicatus expoliatur: virgis verberatur cum hoc psal. Miserere. In quo tamen cauendum est ne in publico sic eum absoluat nisi de licentia eius: si secreto est confes-

ſus de excomunicatione: ſʒ in loco ſecreto fiat. Dicit autem ille qui abſoluit ab aliqua excõmunicatione hec verba: vel equipollentia cum in recta forma abſoluat. Auctoritate qua fungor abſoluo te ab omni vinculo excomunicationis, vel ſpecialiter ab excõmunicatione qua ligatus es pro hoc fcõ. vel a tali iudice. Alia que pertinent ad formã talis excõmunicationis quere in ſumma magr̃i raymundi, in tractatu de excõmunicatione. De poteſtate aũt talium abſolutionum breuiter notandum eſt: ꝙ ille qui audit confeſſionem nõ poteſt abſoluere ſua auctoritate ab aliqua maiori excõmunicatione quã alius iudex tulerit q̃ ſit maior vel par ei. Itẽ notãdum ꝙ abſolutio excõicatiõis debet præcedere abſolutionẽ peccatorum. Cum enim abſolutio peccatorũ ſacramentum ſit: non dʒ dari alicui excõmunicato niſi prius abſoluatur.

¶ Circa diſpenſationes. Notandũ eſt ꝙ circa diſpẽſationes nullus debet intromittẽ ſe de aliqua diſpẽſatione votorum vel irregularitatum, niſi ſciat ſe habere poteſtatem licentiandi & diſpenſandi: neceſſe eſt etiam vt ſciat ſecundum quam formam dʒ fieri diſpenſatio votorum. Dicat ergo peccatorì vt que vouit impleat, donec ſibi conſultum ſit ab eo qui cum eo poſſit diſpenſare.

¶ Circa vero reſtitutiones. Notandum eſt ꝙ nõ eſt alicui danda penitentia niſi voluntatẽ hẽat reſtituendi ꝓximo quòd ei abſtulit: niſi ꝓximus voluerit ei reſtituere vel remittere. Caueat vero ne det ei dilationem: ne iniungat ꝙ inde faciat elemoſynas. Spo

liato

liato enim debet illud restituere,vel heredi eius quã citius potuerit: nisi spoliatus det ei dilationem: vel nõ possit inuenire cui restituendum est. Tunc enim etiam potest ei dare dilationem si cã subsit. Tunc ẽt debet erogari de consilio ecclesie in pios vsus, & nisi peccator hẽat voluntatẽ sic faciẽdi,non est ei iniũgenda penitentia. Si vero occultũ est factum,instruẽdus est peccator qũo occulte restituat, vel occultè dilationem petat,scilicet per aliquã honestam personam præcipue sacerdotem cui in confessione reueletur: ꝙ tacito nomine pctõris negocium procuret. Si vero pctõr aliquẽ offẽderit, iniungendũ ẽ ei vt studeat q̃ citius poterit sedare eum per se vel per aliũ.

¶ Circa vero casus matrimoniales. Opꝫ enim in causis matrimonialibus eum esse cautum qui audit confessionem,vt non det consilium nisi valde certus sit: sꝫ differat rñdere donec discretiores cõsuluerit, vel ad eos eum mittat. De celebratione diuortij nõ se intromittat cũ hoc ꝑtineat ad epm vel eius officialẽ.

¶ Circa iniunctiones penitentiarũ. Similiter opꝫ eẽ cautũ vt ꝑuas iniungat: melius est enim ponẽ hoĩes in purgatorio q̃ in inferno. habet enim deus vbi purget filios suos si non purgentur hic. Dicat etiam qñ numerum orationũ iniungit: ꝙ si aliqñ ñ dixerit nõ ei ad culpam imputetur: ad minus mortalem. Caueat etiam ne multitudinem missarum iniungat penitentibus:ne fiat eis occasio cõmittendi simoniam. Caueat iterum ne iniungat penitẽtiam vñ sequatur scandalum: sicut accidit qñ adolescentulis q̃ viros habent,qui hñt eas suspectas iniũgitur talis peniten-

tia vnde confirmantur in sua mala suspetione,vt est ieiunare in pane & aqua & hmōi, Item non iniungatur penitentia alicui si habet offiñ quod secundū conscientiam suam sine pctō mortali facere nō possit,nisi deserat id officium. Item si hēat aliquam aliam peccandi occasionem ex qua verisimile est ꝙ nō possit sibi cauere a peccato mortali nisi eam a se remouerit,vt est cohabitatio mulieris suspectæ cū qua peccare consueuit,penitentia non detur ei nisi occasionem illam a se remoueat,

¶ Circa vero simoniacos. Notandum est ꝙ ille qui ꝓ simoniam adeptus est aliquod beneficiū non debet recipi ad penitentiam,nisi habeat propositum renūciandi illi beneficio pure & simpliciter,q̄ āt dispēsatio possit postea fieri cum eo:inuēies in summa. Raimundi in tractatu de symonia. Forma vero absoluēdi a peccatis hæc est. Facta vero generali confessione in latino: vel in Romano a peccatore,& dicta illa oratione,misereat̄ &c. Debet ponere sacerdos dexteram manum super caput confitentis, ita tamen ꝙ si mulier est, nō est necesse nec securū vt cōtigat manus caput,& tunc dicere debet absolutionem &c.subiungatur etiam benedictio dei pr̄is &c. ita vt signo crucis signetur pcōr,vel secundum alios debet dr̄e. Et ego absoluo te auctoritate qua fungor in nomine patris &c. Debet āt tunc esse fides,tam sacerdotis q̄ eius qui confitetur,ꝙ nisi per culpam confitentis steterit,remittentur peccatori pctā sua tunc, & gr̄a dei infunditur,si prius non erant dimissa & gratiam non hēbat. *Si vero* prius peccata dimissa & gratiā prius

hēbat,

hēbat, tunc augetur dei gratia.

¶ Circa modum hñdi se ad confitentem.

¶ Item ad officium confessoris pertinet omnes confiteri volentes benigne & affabiliter recipere, & precipue illos qui raro confiteri consueuerunt. Si aūt aliq̃ magne persone confiteri voluerint de q̄bus credat ꝙ erubescant in cōmuni auditorio confessionū videri, debet eos ducere ad alium locum magis secretum & honestum. Omnes āt qui nesciunt modū standi in confessione, debet eos instruere vt stent flexis genibus, inclinato capite, apodiādo se ad dexteram vel ad sinistram sacerdotis. Añ q̃ vero incipiat confiteri, p̄t illis qui non sunt assueti cōfiteri frequēter, aliqua verba dr̄e de pertinentibus ad confessionem, vt querere de patria sua, vel hmōi vt cōfitens interim sumat audaciam ad cōfitendum, dum aliquātulū in huiusmodi detinetur, deinde p̄t ei dicere vt incipiat dicere qd sibi placuerit. Quòd si perceperit eum ita respondere ꝙ nesciat confiteri, debet ei aliquam circa hec instructionem facere, ꝙ si nec sic sciuerit confiteri, potest procedere ad inquisitionē iuxta modum predictum. Cauendum est āt confessori ne vnq̃ confitēs scandalizatus recedat, s; placet eū sicut poterit, si forte non potest eum absoluē, vel alia de causa in aliquo ipsum perceperit perturbari. In penitentia vero iniungēda d; reminisci ꝙ preter ea q̃ iniungit specialiter imponat ei etiā omnia bona que fecerit in remissionem omnium peccatorū, & det ei potestatem cuicunq; confiteri poterit, q. laxare poterit de penitentia sibi iniuncta ab eo si forte

viderit

viderit expedire. Debet ēt multum ipm inducere ꝙ frequenter assuescat confiteri. Obseruandum est ēt confessori,ꝙ sēper libentius & prius audiat cōfessiones illorum qui magis indigere reputantur, vel qui raro venire solent,vel qui sunt extranei, vel qui sunt in statu maiori,vel de quorum cōfessione maior vtilitas secutura speratur.

¶ Porro circa mulieres cauere debet ne vnquam audiat eorum confessiones nisi in publico,& vbi ab aliquo,vel aliquibus videatur. Audiēdo vero eas nūq̄ habeat faciem contra faciem, nec multum immoretur,nisi quantum necessitas confessionis requirit. Illas vero quæ vocantur beghine & frequenter volunt confiteri,temperet ab huiusmodi nimia & quasi inutili frequētatione,& certum tempus eis assignet ad confitendū,extra quòd ipsas non audiat, nec in alijs collocutionibus frequentibus se eis exponat vnq̄,& semper potius duris & rigidis verbis vtatur ad eas quam mollibus.

¶ Deinde circa secretum confessionis sic debet esse cautus ne vnquam directe vel indirecte de longe vel de prope in genere,vel in particulari possit aliquid percipi de ore eius quod aliquam notam habeat de aliqua reuelatione quantuncumq; leui. Vnde cauendum est ei ne vnquam dicat in sermone vel locutione,ego audiui huiusmodi casus in confessione, quia simplices credūt ꝙ sit reuelatō. Nec vnquā debet dicere in illa abbatia vel capitulo vel villa in quib⁹ audiuit cōfessiones sunt multa mala & hmōi. Nec etiā debet in speciali laudare aliquem cuius confessio-

nem

nem audiuit, de virginitate vel innocentia & hmōi, ne apud sapientes cum de alio orietur verbum quē etiam audisset & non ita laudaret, posset oriri suspitio ꝙ idem non esset in illo. Nec vnq̄ debet propter aliquod genus peccati confitenti ostendere minorē familiaritatem, vel signa dilectionis minoris.

¶ De officio predicatoris communis.

Capitulum XXXXVII.

¶ Qualis debet esse in se.

PREDICATOR comunis habet officium speculi quantum ad bonum exemplum, & habet officiū lucerne ardentis quātum ad prædicationis verbum. Vnde necesse est vt concordet in ipso vita & doctrina, ne quòd per vnam manum edificat, per aliam destruat. Pretendat itaq, prædicator in hītu humilitatem, in moribus honestatem, in verbis discretionē, in zelo animarum charitatem, in cibo & potu sobrietatem, in agendis maturitatem.

¶ Qualiter ad socium.

¶ Predicator egrediens difficultatem si faciat in socio, s3 accceptet illum quem sibi prior assignauerit. Ad hec etiam niti debet vt quem libet socium sustineat, vt possit quemlibet sustinere in via & in hospicijs, non se notabiliter separet a socio. Itē concordes sint ad inuicē & pacifici, nec, loquatur simul aspere aut contentiose, precipue coram secularibus mutuo se honorent ac supportent. Si vnus ipsorum dixerit sñiam aliquam coram secularibus q̄ tollerari possit, alter non cōtradicat. Si ad vnum mota fuerit qō aliqua, alter non respondeat ꝓ eo, dummodo

ille

ille sit sufficiens rñdere, pro via non litigent, si qñq; errauerint non propter hec se obiurgent. Iterum si ambo sunt p̄dicatores & equalē habent grām, maior in via ñ sibi solemniores statões eligat, s3 p̄dicatões suas diuidant, ꝓut paci ipsorum & saluti animarum viderint expedire, nisi prælatus aliter cum ipsis ordinauerit. De nocte meliorem lectū maior notabiliter non eligat, nec in alijs super socium extollat.

¶ Qualiter in hospicijs.

¶ Predicator nō solum domi studeat, s3 etiam in hospicijs & in via, edificatoria extra libenter dicat. Nō fatiget homines alios cibos quam preparauerit postulando, aut etiam aliquos refutando. Item ñ hēat in consuetudine cibos mense diuersis mittere vel diuidere, vel etiam elemosynas dare ꝓ arbitrio sue voluntatis. Itē in bonis consuetudinibus conformet se his quibus conuersatur. Verbi gratia in aliq̄bus regionibus indecens ē bibē vltra ciphū, dum quis bibit potagium de cocleari, sorbē vt sonꝰ audiat, mēse cubitis incumbē, & similia q̄ quāuis pctā nō sint tñ vitanda sunt propter honestatē apud eos q̄ talia reputant indecora. Sunt ēt alia q̄ apud homines sunt indecētia, sicut dormire in mensa, vel loqui dum q̄s cibum in ore t3 & hmōi, hec vbiq; sunt vitanda. Itē qñ p̄dicator propter estum vel propter vie laborē sitim patitur, p̄t in mensa, vel añ per haustū aq̄ illam restringē, vel vinum cum aqua melius tēperare. Committat socio verbum qñq; in mensa, nec ibi dicant ociosa s3 seriosa, & de passione dñi non d3 fieri mētio, nisi cum omni reuerētia & maturitate.

¶ Quid

¶ Quid predicandum.

¶Cum predicator proponit verbū dei attendat quid dicat, qa mä sermōis eius est deus: angelus,hō,celū diabolus,mund⁹,infernus,pcepta,cōsilia, sacra scriptura,virtutes,vicia. Itē magis illa studeat sp pdicare per q̄ magis videatur posse fructificare.

¶ Quibus predicandum.

¶ Attendat ēt qbus dicat,vt secundum hoc sermonē suum formet. Quibusdam enim cōpetūt subtilia, quibusdā plana & simplicia,qbusdā instructiua,quibusdā motiua,quibusdā terribilia,qbusdā gaudiosa. Consideret ergo quid clericis conueniat vel laicis, quid religiosis vel secularibus,quid militibus aut rusticis,quid sanis aut infirmis, quid iuuenibus aut antiquis,quid obstinatis vel humilib⁹ ac deuotis. Itē nō solum curet predicare multis sed paucis, nec tm̄ in castris & ciuitatibus,sed & in villis.

¶ Qualiter predicandum.

¶ Studeat quādo q; pdicare breuiter,feruenter, vtiliter, faciliter & decenter,multum deniq; nitat ꝙ tractim pdicet & distincte. Item si fratres minores añ sermonis inchoationē supuenerint,verbū pdicatōis eis exhibeat,nisi rōnabile qd obsistat. Si vero q̄stuarij supueniunt hñtes lrās apostolicas vel epi: studeat vt in pace sit cum eis.

¶ Que sunt vitanda in predicatione.

¶ Nō pdicet sine pmeditatōe,nisi sciat alias qd dicere,velit,vel dēat.Itē vitet qñ bono mō pt pdicare immediate p⁹ prandium. Id .n. tps est tā audientib⁹ q̄ loq̄ntibus min⁹ aptū, sʒ si oportet fieri, tēperantius

sumat

ſumat cibum & potum. Item ñ capiat in irã contra impediētes pdicatiōem, vel cõtra pueros ibi flentes aut ēt contra dormientes ſʒ benigne mōeat eos. Itē caueat inordinatū motum corporis, vt vʒ faciē non deformet, caput nõ agitet, manibus non percutiat, pedib⁹ ñ calcet & ſimilia. Itē deuitet dicēdi velocitatem, plixitatē, ſupfluam ſubtilitatē, inordinatū clamorē: & breuiter oīa q̃ reddē pñt auditores minus dociles bēeuolos & attentos. Item caueat in ſermo ne deriſiōes pñtium, vel derogationes abſentiū, ſpecialiter ãt vitã clericorū vel religioſorum cõrã populo nunq̃ arguat: nec eos directe vel indirecte quaſi ſub pallio notet, qa de talib⁹ nõ ſequit̃ edificatio, ſʒ freq̄nter ſcãdalū & turbatio plurimorū. Item videat diligētiſſime pdicator ne qñ de verbo dei faciat ſibi viã vindictæ, vt vʒ in ſermone ſuas perſequat̃ iniurias. Item dubia pro veris non pdicet, nec fabulas vanas aut ſcurrilia quæ pñt ſermonem facere cõtemptibilem, vel minus autenticum. Item nõ verecundetur id pdicare ſepius, dũmodo bonũ ſit & vtile, nec etiam id omittat dicere ꝙ alias pdicauit. Item caueat precipue ne ſit in his notabilis contra q̃ predicat. Deniq; tam in ſermonib⁹ publicis quam in collationib⁹ priuatis aduertat pdicator: circunſtãtiasq̃ continētur in hoc verſu, reſpice, quid: cur: vbi: cui: quo modo: quando: loquaris.

¶ Explicit liber de inſtitutione officialium ordinis fraternitatum predicatorum Reuerendiſſimi patris fratris Vmberti prefati ordinis generalis magiſtri.

ℂ Regeſtum Capitulorum.

De

¶ Explicit Regeſtum capitulorum.



FORMVLARIVM, PRINCIPALIVM ACTVVM, AD OFFICIVM PRIORIS PROVINCIALIS ET CONVENTVALIS ORDINIS PRAEDICATORVM SPECTANTIVM.

CVM FORMA, ELECTIONVM, PROcessuum & Capitulorũ faciendorum Iussu. Reuerendiss. P. F. Vincentij Iustiniani, Magistri ordinis, per Venerandum P. F. Felicem Castelfranco, de Castro franco eiusdem ordinis editum.



PTIMA Totius ordinis nostri dispositio consurgit, cum partes omnes in seipsis bene dispositæ fuerint, & alteræ cum alteris congruo loco conuenerint. Iccirco supposita cura Reuerendiss. Magistri ordinis, cui totum ordinẽ moderari incumbit, erga singulas prouincias. Priores Prouinciales summa ope niti oportet, vt singuli conuentus, optimo iure gubernentur. Quod profectò, efficiet cum eorum capita & membra præcipua, sana et integra fuerint. Iis enim rectè decèterq; dispositis, facilè cætera componẽtur & velut in harmonico instrumento, ex disparibus vocibus concors & suauis resonabit melodia. Debet igitur P. Prouincialis, prouidere, primum de Prioribus ac Præsidentibus Conuentuum, de Inquisitoribus, & Visitato-

ribus Lectoribus, quorum opera cæteri dirigantur, Deinde singulorum fratrum, vel benefacta gratijs & fauoribus promouere, vel minus bona, aut ẽt mala, monitis & correctionibus emendare, vel (vt alij caueant) castigare & punire, De quibus omnib⁹ non nihil hoc libello agitur. Priores, eliguntur, confirmantur, visitantur, Deponuntur, Quorum omniũ formulam dedimus.

De electionibus.

ECclesiæ nostræ, Priuilegio D. Gregorij Papæ ix. & Innocentij iiij. ac aliorum summorum Pontificum dicuntur Conuentuales Conuentus autẽ iuxta cap. Rom. 1558. sex ad minus fratribus vocem in capitulo hãbẽtibus cõstat Qui rectè dici potest collegium, quod iuxta leges. ff. de verb. sigf. l. Neratius, tribus perficitur, ergo ad illum iure communi, sui capitis & Prioris electio pertinet.

Electio non potest fieri in aliquo conuẽtu, nisi is qui tali officio præest sit penitus amotus.

Nec potest fieri sub cõditione Videlicet si eũ amoueri contigerit. Nec potest vltra mensem à notitia mortis vel amotionis differi, d. 2. c. 2. ¶ 3. si autem differatur ita, ꝙ nullus actus ab electorib⁹ fiat, deuoluitur ad superiorem potestas eligẽdi cap. Tolos 1504. & Rom. 1542. et si cassetur non potest ab electoribus denuo fieri, nisi eis intimet cassatio, per verbum casso, vel cassamus d. 2. c. 2. 1.

Eligendus in Priorem debet esse professus in ordine tacitè vel expressè, Item debet esse sacerdos quia curam gerit animarum, & fuisse in habitu quatuor an-

nis

nis à professione, Item Illegitime natus non pōt eligi sine dispensatione, Quam potest dare Prior prouincialis, 4. Qui semel electus vel postulatus fuerit, confirmatore electionem eius vel postulationem aliqua rationabili causa cassante, non poterit pro illa vice secundo eligi vel postulari, sine licentia confirmatoris Quod si electores, cassata eius electione vel postulatione, eundem sine licentia confirmatoris vel ipsius superioris denuo elegerint vel postulauerint, electio nulla erit, & potestas prouidendi de Priore ad ipsum Prouincialem deuoluitur cap. apud Montem pesulanum 1271. & Florentiam 1272. 5. Non potest eligi aut confirmari, nisi sciant grāmatice loqui absq; falsa latinitate, & cōpetenter ꝓponere verbum Dei d.2. c.2. ¶ 3. 6. Qui nō potest sequi chorū Dormitorium. Refectorium & communia prout decet. cap. Cenomaneñ. 1491.

¶ Elector debet esse in sacris ordinibus, nō irregularis, Narbon. 1354. post quatuor annos à professione d. 2. c. 2. ¶ 5. Translatus autem de habitu conuersorum ad clericalem post annos quinq; a, susceptione habitus clericalis. 1369. Brugis. Si vero de aliena prouincia fuerit, admittitur, postquam per annū continuum in illa prouincia assignatus, moratus fuerit. 3. Electores debent esse presentes in Cōuentu, quāuis nō intersint capitulo seu loco electionis. Et si fuerint infirmi, debent scrutatores, ad eorum cameras ire, & illorum vota scrutari & recipere. Quoniam electio in ordine nostro non ꝓtest fieri per procuratorem, licet secundum iura fieri possit.

¶ Electio tribus modis fieri potest scilicet per cōmunem inspirationem, per compromissum, & per scrutinium, de quibus singillatim dicetur, In Capitulo Salmantin, additus est quartus, videlicet per cōpromissum limitatum, de quo vide in actis illius capituli.

Modus faciendi electionem Prioris Conuentualis.

CVM electio Prioris Conuentualis est facienda primo Debet Supprior vel Vicarius per literas vocare, & citare omnes vocales absentes, non tamē plusquam per vnam dictam distantes, & eis terminū statuere, & dare conueniens temporis spacium intra quod cōmode cōnuenire possint. 2. ¶ Vocatis & expectatis absentibus, ad diem præfixam vocari debēt vocales per sonum campanæ, ad locum electionis, & præmisso tractatu saltem in comuni de persona eligenda, debet interrogare vocales si eis placet locus & tempus pro electione. ¶ 3. debet facere potestationem, ꝙ non intendit excludere, aliquem admittendum, nec admittere quenquam excludendum ¶ 4. ad cautelam facere absolutionem a, censuris ¶ 5. Inuocetur, spiritus sancti gratia, per hymnum Veni creator, añam Veni sancte. Kyrieleison Christe, Kyrieleison Pater noster. ver. Emitte spiritum. Oratio. Deus qui corda. ¶ 6. debet proponere, triplicem viā procedendi scilicet per scrutinium, per compromissum, per communem inspirationem ¶ 7. Si accepta fuerit via per scrutinium debet assumere secum duos qui diutius habitum post professionem portauerunt, & cum eis accedere ad bācum præ foribus capituli paratum

ratum qui duo ſcrutatores nō debent eſſe ceci, neq; ſurdi, ꝙ ſi aliquis præſentium in conuentu cuius intereſſet ſedere ad bancum, eſſet aliquo prędictorum, vel alio quocunq; legitimo impedimēto impeditus, debet, non antiquior in habitu illi ſuccedens, ſed alius per electionem capituli loco illius ſubrogari. ¶ 8. Scrutatores debēt primo, ſe ipſos, demum ipſi ſimul aliorum vota ſingillatim recipere & ſcribere. ¶9. Votis omnium in ſcripta redactis, debet vnus illorū vota publicare, ita vt ab omnibus poſſit audiri, & hoc antequam ad alios actus diuertant. ¶ Notandum, ꝙ quilibet ante publicationem ſcrutinij, poteſt mutare votum ſuum, ſed ſcrutinio publicato nequanquā id facere poteſt. ¶ 10. Fiat collatio numeri votorū ad numerum eligentium, & eis numeratis, ſi maior pars in vnum cōſenſiſſe reperiatur, dicat qui præeſt. Cum Frater N. habeat vltra medietatem votorum, & ſecnndum iura ſit eligendus, vos qui eum non elegiſtis, vultis in illum conſentire? Si autem omnes in vnum conuenerint, non eſt neceſſe facere collationem numeri ad numerum. ¶ 11. Minori parte cōſentiēte, vel nō cōſentiēte debet ille qui primus nominauit, ipsū F. N. electum, formare decretū tenens librū conſtitutionū in manibus, hoc mòdo, Ego F. N. Vice mea, & omnium electorū, præſentium & conſentientiū eligo R. Patrem F. N. in Priorem Conuentualem huius Conuentus Sancti N. in nomine patris et filii et ſpiritus ſancti Amen. ¶ Hic modus procedendi per ſcrutinium iuxta conſtitutiones, antiquitus ſeruabatur. At quia in Concilio Tridentino decretūm eſt,

ne vota manifeſtentur iccirco in Capitulo Generali Bononien̄. 1564. præſtituta, & ſeruari mandata eſt forma quæ, nunc, ſequitur v3. Primo, in ea ſeruantur ſex capita, in ſupradicta forma expreſſa, & ipſis ſcrutatoribus, poteſt (ſi maiori parti capituli placuerit) quartus adiungi. Ille videlicet qui per ſchedulas electorum, a tribus illis recipiendas, a pluribus licet medietatem votorum non excedant nominatus fuerit, & ſi plures, æqualia vota habere contingat, antiquior in habitu ordinis præferatur, ita q̄ primo ſuffragio ſemper ſcrutator habeatur, pro ea dūtaxat electione, ¶ 7. Scrutatores, tres vel quatuor (ſi quartus electus fuerit) ad bancum ſedentes, in aliquod vas, ſingulas, à ſingulis electoribus acceptas ſchedulas inferant, inuolutas ſeu clauſas, in quibus nomen eligendi tantū ſcriptum ſit, abſq; nomine eligentis hoc modo. Eligo Fratrem N. ¶ 8. ſchedulas effundāt, & antequam ipſas aperiant numerent, & ad numerū vocalium conferant, & ſi æquales numero non ſint, ſtatim eas comburant, & iterum alias ſchedulas modo conſimili accipiāt. Quas ſi cum vocalium numero conuenire inuenerint aperiant, & nomina eorum qui in eiſdem nominati ſunt ſcribant, cum numero votorum quem habet vnuſquiſq;, & facta collatione numeri ſchedularum ad numerum & nomina ſcriptorum, in cedulis, eas ſtatim comburant. Deinde ad medium capituli veniētes, ſcrutiniū publicent vnius cuiuſq; in ſchedulis nominati nomen & numerum votorum quem habet exprimētes. Et ſi nullus à pluribus vltra medietatem nominatus fuerit, iterum ad

recipiendum

recipiendum ſchedulas procedāt vt prius, donec aliquis, a maiori parte vltra medietatem fuerit nominatus, niſi fuerit de gremio eligentiū quia tunc oportet, vt habeat vnum votum ſupra maiorem partem vltra medietatem. ¶ 9. Inuento ꝙ aliquis eſt nominatus, a maiori parte, modo iam dicto, primus ſcrutator (licet ipſe in ſchedulis non nominauerit electū) formet decretū, niſi forte ipſe fuerit ſic nominatus, quia tūc ſecūdus ſcrutator habet publicare vota, & formare decretū, quod his verbis formari debet, Ego F. N. nunc præſentium electorum, eligo F. N. in Priorem huius conuentus N. in nomine patris, & filij & ſpiritus ſancti Amen ¶ 10. habeantur literæ paratæ, & in literis ſcrutinij ſcribantur confirmatori ea tantū, quæ in capitulo plublicantur, iuxta formam inferius expreſſam, & ſic, a ſingulis ſcrutatoribus ibidem ſub ſcriptæ & ſigillo, coram omnibus clauſæ, mittantur ad confirmatorem, niſi ſit præſens in Conuentu, Quia tunc non oportet claudere aut ſubſcribere literas.

De Poſtulationibus Priorum.

POſtulationes admiſſæ ſunt in ordine noſtro ex conceſſione appoſtolica, per literas. Alexandri Papæ iiij. & Sixti ſimiliter iiij. quibus cōceditur confirmatori Prioris tam prouincialis quam conuentualis, vt poſſit cōfirmare aliquē de illis fratribus, quos ipſi electores, vel maior pars eorum per literas ſuas ab eo petierint, ſeu poſtulauerint, quando ad ipſum pro electi confirmatione mittunt, ſi ex aliqua cauſa electionem ab ipſis fratribus eiuſdē ordinis quorū

 intereſt

intereſt factam,non confirmari contingat. Et ideo non oportet eſſe ſolicitum ad quærendum, & ſciendum,quid ſecundum iura vel ſacros Canones ſeruādum ſit in poſtulationibus,ſed ſufficit noſſe practicam ordinis, quæ tamē in verbis litærarum apoſtolicarum ſuprapoſitis eſt expreſſa,& in cap.Rom. 1553 declarata, ꝙ ly. per ſuas literas,intelliguntur literæ ſcrutinij electionis,& eſt talis. Si electio fiat per ſcrutinium iuxta formam in conſtitutionibus poſitā,electores exprimunt vota ſua ſcrutatoribus,hoc modo Ego F. N. eligo Fratrem A. & poſtulo F. B. & F. C. & F. D. & quot quiſq; voluerit poſtulare, & qui inuentus fuerit (præter electum) nominatus hoc modo a maiori parte,dicit̄ in illo ſcrutinio poſtulatus, Ita ꝙ aliquando contingit vltra electum plures eſſe poſtulatos, immo contingit aliquando ꝙ ille qui a maiori parte electus fuerat,ſit etiam in eodem ſcrutinio ab alijs quibuſdam poſtulatus. Et illa poſtulatio fauet electioni adeo, vt electoribus exiſtentibus decem,ſiquis fuiſſet electus,a ſeptem,& poſtulatus a tribus reliquis,perinde eſſet apud confirmatorem, ac ſi fuiſſet ab omnibus electus. Itē electoribus exiſtentibus decem,ſiquis poſtularetur, a quinq;, & ab alijs duobus eligeretur, diceretur poſtulatus a maiori parte,& poſſet confirmari. Non tamen poteſt ad confirmatorem mitti ſola poſtulatio, Nec poſſet ab eo confirmari poſtulatus, nulla exiſtente ſeu comitante electione. Quoniam priuilegium eſt vt poſſit poſtulatus confirmari,quando aliquo caſu electionē factam non confirmari contigerit. Vbi ergo nō eſt

electio

electio facta, non habet locum priuilegium postulationis confirmandæ.
Cum ergo ad electionem proced tur per scrutiniũ iuxta formam cap. Bonień. per schedulas, tacito seu omisso nomine eligentis, solum nomen eligendi scribatur cum nomine vel nominibus postulatorum sic. Eligo Fratrem A. & postulo Fratrẽ B. & F. C. & F. D. & quot quisq; voluerit, & si plures vltra medietatem fuerint, præter electum postulati, debent coram omnibus legi cum electo, & in literis scrutinij seu decreti ad confirmatorem mittẽdis scribi debent sic, F. A. in electione habuit tot vota & F. B. in postulatione tot, & F. C. & F. D. &c. Dummodo sint plura vltra medietatem.

Forma literarum scrutinij seu decreti electionis mittendarum ad confirmatorem.

REuerende Pater &c. Vacante Prioratu, nostri Cõuentus N. post expletum triennium Reuerendi Patris F. N. in officio prioratus eiusdem, vel propter absolutionem R. P. F. N. vel propter assumptionem R. P. F. N. ad Prioratum N. soliciti fuimus nobis de capite & pastore prouidere, ne diutius absq; legitimo capite permanentes, aliquod dannũ pateremur. Ideoq; citatis per me F. N. suppriorem, vel Vicarium eiusdem conuentus, & vocatis ac expectatis omnibus & singulis, quorum intererat, aut interesse putabatur ad electionem conuenire, Die 6. Maij, ad consuetum sonum campanulæ, capitulũ ingressi sumus, cumq; locus & tempus eligendi cunctis placuisset, protestatus sum me nullum admittendum, exclude-
re

re velle, nec excludendum admittere, inuocata deinde gratia Spiritus sancti cuius nutu cuncta reguntur propositis tribus modis procedendi & accepto cōmuniter modo procedendi per schedulas. Omnibus deniq; & singulis præmissis quæ in huiusmodi electionibus præmitti debent & solent, ego cum duob⁹ in habitu ordinis, a professione antiquioribus, ad mēsam coram omnibus paratam accessimus ibiq; vota omniū & singulorum in schedulis accepimus. Quibus, acceptis, enumeratis atq; apertis & demū lectis, nominibusq; eligendorum in scripta redactis, atq; ad numerum, collatis inuentum est ꝙ F. A. a maiori parte vltra medietatem per dictas schedulas in electione nominatus fuit. Nam cum essemus octo, vel nouem, habuit quinq; vota. Itē F. B. & F. C. & F. D. fuerunt postulati, cum enim essemus nouem F. B. habuit septem postulationes F. C. sex & F. D. quinq;. Tunc ego cum prædictis scrutatoribus ad medium capituli veniens, & librum constitutionum nostrarū tenens formaui decretum hoc modo, Ego F. N. supprior, vel Vicarius huius Conuentus N. vice præsentium electorum eligo R. P. F. A. in priorē huius conuentus N. & postulo F. B. & F. C. & F. D. ad idem officiū in nomine patris & filij, & spiritus sancti Amē. Cum ergo electio nostra sit rite facta, & de persona, tam moribus & religione, quam prudentia & doctrina prædita, rogamus Reuerend. P. V. vt eam probare, & electum omnino vel saltē vnū ex postulatis confirmare & nobis concedere dignetur, cui nos & cōuentum nostrum cōmendamus Romæ 1. Maij 1566.

Si

Si autem aliqua contradictio vel oppositio fiat ab ali quo, debet scribi in eisdem literis, vel alijs separatis cum decreto tamen mittendis, puta, Duo fratres, vz F. N. & F. P. noluerunt huic noster electioni consen tire, vel opposuerũt ei, ꝗ facta fuera ꝑ practicas & mi nas, quod tamen non probauerunt, Deinde subscribantur hoc modo. Ego F. N. supprior vel Vicarius & primus scrutator subscripsi manu propria.
Ego F. P. 2. scrutator ita esse confirmo.
Ego F. M. 3. scrutator ita esse cõfirmo, & sic claudantẽ

Alia Formula, introducendi predictum scrutiniũ.

Reuerende Pater Absolutio Reuerẽdi P. F. N. ab officio prioratus nostri Conuentus N. per R. T. facta, vel Assumptio Reuerẽdi P. F. N. ad prioratum conuentus N. reliquit nos & conuentum nostrũ N. sine legitimo capite desolatos curamq; iniecit nobis prouidendi quamtocius de Priore, Ideoq; data est opera per me F. N. suppriorem, vel Vicarium eiusdem conuentus, vt quorum intererat ad electionem conuenire, citarentur ad constitutam diem videlicet 10. Maij. Quibus omnibus vocatis, & expectatis, eadem die ad cõsuetum sonum campanulę capitulum sumus ingressi, & acceptatis ab omnibus tẽpore & loco, ꝓtestatus sũ, me nullũ excludendũ admitterẽ nec admittendũ excludere velle, sicq; gratia spiritus sancti qua filij Dei aguntur deuotius implorata, modus procedendi per scrutinium & schedulas, nobis præ cæteris propositis probatus est & acceptus, omnibus ergo præmissis. &c. vt supra

De

De electione per compromissum.

ELectio per compromissum hac forma fieri debet Primo seruentur sex capita in supradicto modo posita, & oportet ꝙ omnes in hanc formam conueniant Quoniam vno contradicente, non potest procedi per viam compromissi. ¶ 7. Accepta ab omnibus de capitulo, via procedendi per compromissum, debent ab eis eligi compromissarij vel compromissarius, quoniã in vnum & in plures compromittere possunt. ¶ 8. Debent illi vel illis cõmittere vices suas, & dare liberam vel limitatam facultatem, prout eisdem electoribus placuerit, & ius eligẽdi, cũ attestatione, ꝙ illum accipient in Priorem, quem ille vel illi aut maior pars eorum eligent, nec refutabũt, quam tamen facultatem electores reuocare possunt Re integra, idest antequam compromissarij incipiant de electione tractare, sed postquam inceperint habere tractatum, non est in potestate electorum illam ꝓ ea vice reuocare. ¶ 9. Compromissarij accepta potestate, trahant se ad partem, & simul conferant & deliberent de persona idonea, quæ tuta conscientia eligi possit, & possunt eligere vnum de seipsis. ¶ 10. Si cõcordauerint omnes vel maior pars, ad capitulum redeant, & vnus eorum (non autem omnes) formet decretum, sic. Ego F. N. de voluntate F. A. & F. B. collegarum meorum in quos vnanimiter, a capitulo cõpromissum est, & data potestas eligendi priorem huius Conuentus, Vice mea & ipsorum & aliorum omnium in electione ius habentium, prouideo de priore huius Conuẽtus, & eligo Reuerendum P. F. N. in

priorem

Priorem huius conuentus N. in nomine patris & filij, & ſpiritus ſancti Amen. ¶ Si compromiſſarij non eſſent de capitulo,non oportet dicere Vice mea,ſed Vice totius capituli. ¶ Item licet compromiſſarius magis proprie dicat, prouideo,ſi tamen dixerit (eligo) non officit.

Forma literarum electionis per Compromiſſum.

REuerende Pater, Poſtquam Deo & obedientiæ placuit,vt cura & prouidentia Reuerẽdi P. F. N. noſtri quondam Prioris deſtitueretur, hic nr̃ conuentus N.noſtrarum partium eſſe putauimus,de idoneo nobis paſtore & capite prouidere,cuius cura, & ſolicitudine regeremur, Scimus enim membra non poſſe diutius ſine capitis directione cũ ſalute ſubſiſtere,ideoq; indicta & intimata omnibus quorũ intererat electionis die,ad 6. v3 Maij per me F. N. ſupriorem vel vicarium eiſdem conuentus,cum omnibus qui intereſſe poterant & debuerant, ad ſonum campanulæ (vt moris eſt) intrauimus capitulum,acceptantibus omnibus locum & tempus eligẽdi. Facta igitur ſolita proteſtatione, & ſpiritus ſancti numine inuocato,omnibuſq; præmiſſis quæ in huiuſmodi electionibus præmitti ſolent & debent, conſiderantes multitudinem minus facile, paucos vero facilius in vnum cõuenire poſſe,e tribus modis procedendi propoſitis,modus per compromiſſum, magis arriſit,& ab omnibus nullo diſcrepante electus eſt ſicq; in Reuerendos Patres F. A. & B. & C. de quorum integritate religione & prudentia confidebam vota noſtra compromittentes, dedimus eis poteſta-

tem & ius eligendi priorem nostri conuentus, promittentes nos ratum habituros,& omnino recepturos in priorem quem ipsi elegissent vel prouiderēt, Qui secedentes,& prudenter deliberantes, & diuino spiritu desuper radiante conuenientes in vnum, ad nos in capitulum redierunt. Quorum antiquior electionem formauit his verbis. Ego F. N. de voluntate meorum collegarum N. & N. in quos vnanimiter,a capitulo fuit compromissū, & data potestas eligendi Priorem huius cōuentus,vice mea, & ipsorum atq; aliorum in electione ius habentium prouideo de Priore & eligo R. Patrem F. N. in priorem huius conuentus N. in nomine patris, & filij, & spiritus sancti Amē. Cū igitur hæc electio rite & canonicè facta sit,& psona literis,religione, moribus & prudentia spectabilis sit & omni ex parte dignissima rogamus Reuerendā P. T. vt eā nobis concedere & confirmare dignetur sua authoritate supplendo omnibus ac singulis defectibus qui in ea intercidissent, Nosq; & nostrum conuentum cōmendatum habere Romæ 1. Maij. 1566. Ego F. N. supprior, his omnibus interfui & ita esse attestor.

Ego F. N. omnium in capitulo existentium antiquior in ordine et pater consilij confirmo.

Ego F. N. secundus post supradictū, ita eē confirmo.

De electione per communem inspirationem.

Electio per communem inspirationem tunc fieri dicitur. Cum fratribus intrantibus capitulum nullo praecedente speciali tractatu, quasi diuino nutu moti omnes in aliquem repente consentiunt. simulq;

mulq; eum nominant,& eligunt vna voce, A. eligo N. B. eligo N. C. eligo N. & sic de alijs. Quæ electio licet ex singularibus facta,non dicitur plures electiones,sed vna, omnibus communis,propter vnanimitatem voluntatum & votorum,& ideo non datur in ea potestas vni qui vice omnium eligat. Et licet credibile sit, quod a spiritu sancto procedat,quia tamen de diuina inspiratione non constat,debet ad cautelã peti confirmatio,formari decretum,& examinari an sit a spiritu sancto,qui est spiritus consilij. &c.

Forma literarum electionis per communem inspiratiorem.

REuerende Pater Instãte termino electionis Prioris nostri Conuentus,post expletum triennium officij prioratus vel propter amotionẽ vel assumptionem,vel obitum Reuerendi patris F. N. ad diem 6. Maij pro electione constitutam & indictã,solito more,Capitulum ingressi sumus,vbi factis debitis protestationibus,& absolutione a censuris, dum spiritus sancti gratiam deuotius imploraremus, vnusquisq; nostrum,nullo præcedente speciali tractatu, repente consensimus,in R. Patrem F. N. eumq; vna voce elegimus in priorem caput & pastorem nostri Conuentus,atq; in eum vnanimiter, nemine discrepante,vota nostra direximus. Ideoq; electionem nostram tanquam miraculo factam misimus confirmandã Reuerende P. t. Quam obnixè rogamus,vt præfatum R.P. F. N. alioqui literis religione & prudentia tanto muneri idoneum,& vel ex hac miraculosa electione dignissimum admittere, nobisq; ac nostro conuentui

caput

caput & Priorem concedere & confirmare dignetur cui nos & conuentum noſtrum commendamus. Romæ 1. Maij 1566. Subſcribantur literæ per ſuppriorem Vel Vicariũ,& duos antiqores in capitulo.

De confirmatione Prioris &c.

CONfirmator,in electionibus ſeu poſtulationibus per ſcrutinium, ſi hoc ſolum ſeruatum viderit, ꝙ maior pars medietate conſenſerit ante publicationẽ ſcrutinij,poteſt eas pro canonicis approbare. Et ſẽper intelligitur ſupplere defectus electionis qui eius ſubſunt poteſtati,quando ſine clauſula diminutiua confirmat electionem, ex conſtiti. d. 2. c. 2.

Forma literarum, confirmationis Prioris electi per ſcrutinium.

IN Dei filio ſibi dilecto Reuerendo Patri F. N. &c. ordinis prædicatorum F. N. eiusdẽ ordinis & prouinciæ B. Prior prouincialis ſalutem.

Cum fratres Conuentus noſtri N. ſuo legitimo Priore deſtituti conueniſſent,vt ſibi & ſuo Cõuentui prouiderent, diuino (vt credimus) numine inſpirati, te cuius probitatem,religioſum zelum,in agendis prudentiam atq; doctrinam,apprime nouerant,vnanimi voto (vel ſi electio non ſit vnanimis) canonicè elegerunt,noſq; rogarunt, vt eorum electionem probare: teq; illis concedere,præficere,& confirmare vellemus. Quorum votis & petitionibus facile condeſcendimus, Licet enim tibi tua tecum tractare, ac ſolitudines in corde edificare,& inibi quam ſuauis eſt dominus guſtare cupienti, durum videri credamus, poſt gregum veſtigia detineri, eorum diſtrahi curis

infirmitatibus

infirmitatibus infirmari: passionibus angi et concuti, confidimus tamen, quod solita prudentia, considerabis te non tibi soli esse natum, & charitate christiana fretus, alienos profectus proprijs commodis antepones, ac demum Christi & Apostolorum eius exemplo, rem tuam omnem, & si opus fuerit, etiam vitam pro fratrū salute contennes. Ideoq; his atq; alijs animi tui dotibus & virtutibus nobis ingentia promittentes, prudentumq; patrum confirmati consilio, dedimus præfecimus & confirmauimus & authoritate officij nostri, ac præsentium tenore. Te Venerandū Patrem F. N. damus præficimus, & cōfirmamus priorem, caput, & pastorem præfati conuentus N. Datūq; præfectum & confirmatum decernimus & declaramus in nomine patris, & filij, & spiritus sancti Amen Damusq; tibi, in & super dicto conuentu, & fratrib⁹, ac personis etiam vtriusq; sexus tertij ordinis nostri ad ipsum quauis ratione spectantibus, omnem in spiritualibus ac temporalibus authoritatem & potestatem, quam cæteri Priores in nostro ordine & prouincia, vel eodem conuentu rite confirmati, de iure vel approbata consuetudine seu etiam ex priuilegijs, habere consueuerunt. In super instituimus te Vicariū nostrum, super Monasteria. A. & B. cum eadē authoritate, quorum curā per te vel alium seu alios gerere possis. Et quanquam de tua voluntate & prōpto animo confidimus, tamen, vt meritorum cumulus per obedientiam tibi non desit. In virtute sanctæ obediētiæ tibi pręcipimus vt intra quatuor horas, dicta prioratus ac Vicariatus officia suscipias, & ad illorū exe-

quutionem quamtocius te accingas. Eodem quoq; præcepto præcipimus omnibus & singulis ad dictum conuentum & Monasteria quomodolibet pertinētibus, vt te tanquam verum & legitimum suum & dicti Conuentus Priorem, & Vicarium respectiue suscipiant, habeant, ac venerentur. Non obstantibus quibuscunq;. In quorum fidem his hofficij nostri sigillo munitis, manu propria subscripsimus. Dat. Romæ. 10. Maij 1566.

¶ Alia introductio ad idem.

IN Dei filio &c. Non te lateat, conuentum nostrum N. suo priore destitutum remansisse, ac subinde, a Fratribus eius legitime adunatis, te cuius sufficientiā probè nouerant, vnanimiter, (vel) canonice fuisse electum, vel postulatum, prout planissimè constat, ex eorum ad nos misso decreto, quo requisiti sumus, vt eorum electionem confirmare, teq; illis concedere vellemus. Nos ergo tuam ad hoc sufficientiā, exploratam atq; compertam habētes, eorū votis absq; alio examine poteramus facere satis, veruntamen vt res spectatior prodiret atq; probatior, seniorum prudentumq; patrū consilium habere, iudiciumq; & sententiam expectare maluimus, quæ tibi dura & grauis propter onus fortasse videbitur, si tamē ad brauium & præmium, quæ ex eiusmodi cursu te manent oculos mentis direxeris, si charitatem qua christi membra complecti debes tenere volueris, onus aut omnino non senties, aut cum suauitate portabis, vel saltem cum patientia perferes, atq; in eandem sententiam, manibus ac pedibus ibis. Quæ, quia de tua prudentia

détia religione,probitate & charitate nobis promittimus,iccirco electionem prædictam tanquam canonicam probauimus,& eorundem fratrum votis con descendentes, te eis cõcessimus atq; præfecimus. Ac authoritate officij nostri & præsentium tenore Te &c.

¶ Alia ad idem.

IN Dei filio &c. Summus Pater familias qui cõtractiorem nostri ordinis uineã, opera Beatissimi patris nostri Dominici plãtauit,ad partes illius fructuo sius excolendas,operarios continue conducere non desistit. Id eum nunc fecisse credimus,cum in Conuentu nostro N. huius vineę portione non contẽnen da,per fratrum illius canonicam, vel vnanimem electionem,ad eius spiritualem culturã vocatus es, put ex eorum decreto quod confirmari petierunt latissimę patet. Vide igitur & considera ꝙ ad opus peteris,ad laborem vocaris. Attamen, ne viribus fatigeris. Non despondeas animum. Opus quidem arduũ est,& humeros poscens plusquã athlanteos. Tu Christi tantum viscera & amorem indue, illum solum in omnibus intuere,& cum apostolo, in eo qui te confortat omnia poteris. Quæ quia te facturum confidimus,& prudentum consilio moniti & impulsi sumus,ideo eorundem votis & petitionibus satisfacerẽ decreuimus. Quare,authoritate officij nostri &c.

¶Forma confirmandi electum per communem inspirationem.

IN Dei filio &c. Vacante prioratu Conuentus N. cũ fratres eius,pro eligẽdo priore,capitulariter,cõue-

 nissent

nissent, concordi voto,& vnanimi consensu,in consonam vocem de repente prorumpentes te elegerũt. Decretoq; super his autentice facto, rogauerũt nos, vt eorum electionem tanquam miraculo factam nullo modo reijcere,quin etiam probare & confirmare vellemus. Nos igitur eorum electionem tanta pace & vnitate factã ab vnitatis & pacis authore Deo,prodire præsumentes,ac propterea Dei voluntati obsistere formidantes,eam admisimus ac probauimus,& de tua ad tantum munus sufficientia confidentes,authoritate officij nostri, & præsentium tenore, te Venerandum Patrem F. N. &c.

¶Forma literarum scrutinij Prioris Conuentualis ad Capitulum Prouinciale.

REuerendi Patres, post humilem commendationem &c. Instante celebratione capituli nr̃i prouincialis hoc anno in Conuentu N. noluimus debito,quo iuxta cunstitutiones nostras tenemur habere scrutinium super confirmatione vel amotione Venerandi P. nostri Prioris,vllo pacto deesse, ideoq; vocatis per me F. N. suppriorem,vel Vicarium conuẽtus N. & adunatis fratribus dicti conuentus, ad diem 8. Maij,vt moris est intrauimus capitulũ, & cum duobus in habitu ordinis post professionem antiquioribus,ad bancum coram omnibus accessi,& primo q-dem electo per schedulas socio, Prioris, Veuerando P. Fratre N. scrutinium deinde super confirmatione nostri Venerandi Prioris habuimus,hoc modo vz Ego F.N. supprior vel Vicarius & prim⁹ scrutator pro confirmationem.

Ego

Ego F. A. 2. ſcrutator peto confirmationem.
Ego F. B. 3. ſcrutator peto confirmationem.
Ego F. C. peto amotionem.
Ego F. D. Renuncio voci meę.

Quod ſcrutinium habitum & per nos ſubſcriptũ coram omnibus clauſimus, & conuentus noſtri ſigillo ſignatum dedimus ſocio predicto, deferendũ veſtris R. P. Quibus nos & conuentum noſtrum commendamus, Romæ 8. Maij. 1566.

Ego F. N. ſupprior, manu propria
Ego F. A. 2. ſcrutator manu propria
Ego. F. B. 3. ſcrutator manu propria. A tergo ſeu ſuperſcriptio. Scrutiniũ. Veñ. Prioris Conuentus N.

¶ Forma literarum ſocij Prioris Conuentualis, ad Capitulum prouinciale.

NOS infraſcripti fidem facimus, & atteſtamur qualiter Venerãdus Pater F.N. electus fuit, a maiori parte vocalium noſtri capituli & conuentus N. in ſocium noſtri Reuerendi P. Prioris ad Capitulum prouinciale habendũ in Conuẽtu N. hoc anno 1566. Nam in electione eius quæ ſeruatis quæ ſeruãda fuerant, habita eſt per ſchedulas, cum eſſemus octo vel nouem, ipſe habuit ſex vota. Cum ergo ſit electus, a maiori parte, & ſocius factus, Rogamus vt tanquam ſocius admittatur. In quorum fidem his manu propria ſubſcripſimus. Nõ oportet has literas claudere, aut munire ſigillo, ſed ſufficit ſubſcriptio ſcrutatorũ, ſic. Ego F. N. ſupprior vel Vicari9 ita eſſe atteſtor.
Ego F. A. 2. ſcrutator, confirmo vt ſupra.
Ego F. B. 3. ſcrutator confirmo vt ſupra.

Electores peccantes in forma eligendi, aut in materia electi, sunt ea vice priuati iure & voce ad eligendum, potest tamen eorum P. Prouincialis (si sibi placuerit) eos habilitare, & voci restituere sic.

In Dei filio sibi dilectis Venerãdis Patribus Supprióri, vel Vicario, & fratribus vocalibus Conuentus N. ordinis pdicatorũ F. N. Prior Prouincialis &c. Examinato diligenter decreto electionis vestræ quã fecistis de Venerando Patre F. N. in priorem vestri conuentus, & iudicio peritorum bene discusso, percepimus vos commisisse talem defectũ in forma, vel materia, &c. ac propterea, incidisse, in pœnam priuationis vocis, ita ꝙ pro hac vice nõ potestis eligere Priorem, & quia vestram electionem (Cum iure subsistere non posset) cassauimus, & irritauimus, conuentus vester adhuc remanet absq; Priore. Nos ne hanc ob causam detrimentum patiatur, potestatem eligendi quę ad nos deuoluta erat hac vice, vobis restituimus & conferimus, vosq; & vestrum quemlibet ad eligendum habilitamus, Mandantes vobis, vt ad nouã electionem, ea discretione & prudentia procedatis, que nullius vitij, vel intolerabilis defectus accusari possit, eumq; nobis eligatis quẽ nos habere, & nos confirmare possimus, Bñ valete & pro nobis Deũ orate

¶Forma eligendi Priorem per P. Prouincialem, quando ad illum propter aliquem defectũ potestas eligendi deuoluta est.

IN Dei filio &c. Cum Fratres vocales Conuentus N. in electione quam fecerunt de Venerando Patre F. N. in priorem cõuentus eorum, intolerabiliter defecerint,

fecerint,eligẽdo illegitime natum ſine diſpẽſatione, vel,a nobis vel a iure prohibitum vel nõ formãdo de cretum electionis,vel excludendo talem admittẽdũ & ob id non ſolum illi a iure religendi quod habebãt ceciderint, ſed etiam poteſtas eligendi ad nos deuenerit ac translata fuerit, Nec volentes Conuentum prȩfatum,diutius cum grauioris alicuius damni periculo ſine Priore permanere, Idcirco ad prouidendum de priore procedentes, diſcretorum patrum ſu per hoc habito conſilio & iudicio, te Venerandũ Patrem F. N. de cuius religione,prudentia . Zelo & doctrina confidimus, ad hoc munus deſignauimus, ac authoritate officij noſtri & prȩſentium tenore, eligigimus, damus præficimus & confirmamus Priorem caput, & paſtorem præfati conuentus N. & ſic electũ datum,prȩfectum & confirmatum declaramus in nomine patris & filij & ſpiritus sancti Amen. Damuſq; tibi &c. vt ſupra.

¶ Corripiũtur Priores ꝑ literas priuatas clauſas,quarum tenores arbitrio R. Prouincialium dimitti mus,ſuſpenduntur autem ab officio,multis cauſis quas explicarȩ poteſt in liliteris ſub hac forma.

NOS F. N. ordinis prædicatorum prouinciæ N. Prior prouincialis, certiores facti, a fide dignis te Venerandũ Patrem F. N. priorem N. publice iurgatum fuiſſe cum Dño N. & ipſum in iurgio percuſſiſſe,cum ſcandalo plurium adſtantium & ex tua ipſi us confeſſione de eodem confirmati nec valentes modo cauſam definire,ſcientes tamen eam nonnul-

lam satisfactionem apud scādalizatos exposcere, suspēdimus te ab officio Prioratus, & tibi in virtute sanctę obedientiæ præcipimus, vt nullum actum ad officium prioratus spectantem exerceas, donec re iudicialiter cognita, per nostram diffinitiuam sententiā, vel tanquam reus danneris, vel vt innocens declareris. Inquorum fidem &c.

¶Forma excusatoria P. Prouiacialis, nolentis confirmare electum vel postulatum.

VEnerandi Patres, Accepi dectetum electionis vestræ, de Venerando Patre F. N. in priorem conuentus vestri N. cum postulatione, pro F.N. ad idem officium, cui adiunxeratis preces pro illius confirmatione, quibus propter bonos respectus, & rationabiles causas, adhærere vel condescendere nō potui prout velletis, & propterea tam electionem quam postulationem cassaui, & præsentium tenore, casso & irritas esse declaro, adhortans vos, vt me excusatum habere velitis, & ad alterius electionem denuo procedatis, valete. A. tergo. Venerandis Patribus, suppriori vel præsidenti & vocalibus Conuentus N. ordinis prædicatornm.

¶Forma instituendi Suppriorem.

NOS F. N. &c. Requisiti vt Conuentui N de Fratre qui supprioratus officium competenter exequi, & honeste gerere posset prouidere vellemus, te Venerandum Patrem F. N. considerationis oculo respeximus, & in tuam sufficientiam direximus intuitum, sperantes tua industria & prudentia prædicto conuentui pro eodem officio sufficienter esse prouisum

sum,& propterea authoritate officij nostri & præsentium tenore. Te in dicto Conuentu assignamus remouentes assignationem tuam, a quocunq; alio conuetu & loco, & sic assignatum instituimus & facimus suppriorem, cum omni authoritate & potestate, quā cæteri suppriores, in nostra prouincia, iuxta constitutiones & approbatam consuetudinem habere solent Mandantes tibi in virtute sanctæ obedientiæ, vt quā primum commodè tamen potueris, in dictum Conuentum te conferas & præfatum supprioratus officium diligenter exequaris. Dat. Romæ sub nostro sigillo Die 10. Maij. &c.

¶Forma Instituendi Vicariū super tota prouincia.

IN Dei filio &c. Cum ad celebrandum nostrū iamiamq; instans generale capitulum proficisci debeamus, & eē extra prouinciā, ne propterea detrimentū patiatur, si absq; capite directore permaneat, vices nostras in & super ea tibi committere decreuimus. Ideoq; authoritate officij nostri & præsentium tenore Te Venerandū Patrem F. N. præfatum damus instituimus & præficimus Vicarium nostrum generalem in & super tota nostra prouincia N. Atq; ita datum, institutum & præfectum declaramus, in nomine patris & filij, & spiritus sancti Amen. Damusq; tibi in & super ea & omnibus ac singulis Cænobijs Monasterijs Conuentibus locis ac domibus, nec non omnibus & singulis fratribus, sororibus, ac vtriusq; sexus personis tam capitibus quam membris, etiam tertij ordinis ad eam quomodolibet pertinentibus, omnem in spiritualibus & temporalibus authorita-

tem,

tem,quam nos habemus,& ſpecialiter, confirmandi (ſi opus eſſet) non tamen abſoluendi Priores,& generalr̃ omnia faciendi quæ nos facere poſſumus,etiã ſi mandatum exigerent ſpeciale,quæ authoritas, poteſtas & officium incipiat,duret ac locũ habeat,quãdiu fuerimus extra prouinciam.Mandantes,tam tibi, quam omnibus & ſingulis ſupranominatis in virtute ſanctæ obedientiæ tibi quidem, vt dictum Vicariatus officium ſuſcipias, & diligenter exequaris, Illis vero,vt te tanquam Vicarium noſtrum ſuſcipiãt, habeant ac venerentur. Non obſtãtibus quibuſcũq; In Quorum fidem. &c.

¶Si vero inſtituatur Vicarius Nationis vel partis prouinciæ, formetur ſic.

IN Dei filio, &c. Negociorum multitudo & grauitas, meiq; corporis & virium imbecillitas non permitunt me ſingulis quibuſq; partibus noſtræ prouinciæ(prout vellem,& ipſis opus eſſet) intẽdere,& quia melius & diligentius ſingula prouidentur, cum frequẽtius & proptius diſpiciuntur, Tibi Venerãdo Patri F.N. qui in Natione N. degis & ex propinquo crebrius inueſtigare, & penitius noſſe,& religioſo zelo atq; prudentia,male,vel minus benefacta corrigere. & bona promouere ſufficis,in eadem Natione vices noſtras committere decreuimus. Ideoq; authoritate officij noſtri & præſentium tenore Te Venerandum Patrem F.N. præfatum Damus,inſtituimus,& præficimus Vicarium noſtrum,in & ſuper Natione N.noſtræ prouinciæ,ac ſuper omnibus & ſingulis Conuentibus Monaſterijs locis ac domibus, necnon omnib⁹

ac

ac ſingulis fratribus ſororibus ac vtriuſq; ſexus perſonis etiam tertij ordinis tam capitibus quam membris,ad dictam nationem quomodolibet pertinentibus,omnem in ſpiritualibus & temporalibus authoritatem & poteſtatem, quam huiuſmodi nationum Vicarij,ex conſtitutionibus noſtris,vel approbata cõſuetudine habere ſolent , Mandantes. &c.

¶De Viſitatoribus.

Viſitatores iuxta cõſtitutiones antiquas. d. 2.c.11 in capitulo prouinciali a P. Prouinciali & diffinitoribus inſtituebantur, ſed in capitulo Bonoñ.1275. in conſtitutiones redactum fuit capitulo 3. vt P. Prouincialis totam prouinciam ſuam per ſe (ſi poterit) vel Vicarios idoneos teneatur ſingulis annis viſitare, Quibus authoritatem ſuam committat,prout ſibi videbitur expedire,ergo poteſt ex conſtitutionib⁹ ipſe ſolus inſtituere Viſitatorem.

¶Forma inſtituendi Viſitatorem.

IN Dei filio &c. Cum vultum pecoris noſtri (iuxta ſapientis præceptum) cognoſcere teneamur ex officio,diuerſæ tamẽ & graues occupationes, quib⁹ nũc detinemur obſiſtunt,ne id per nos ipſos agere valeamus,Verumtamen tua nobis explorata,& comperta prudentia & fides,tanti apud nos valet, vt quod per te gerimus,nos ipſos geſſiſſe putemus . Ea ꝓpter cũ conuentus noſtri N. & N.hoc anno viſitati non fuerint,& nos de ipſorũ diſpoſitione certiores fieri cupiamus,eorundẽ viſitationẽ tibi cõmiſimus. Ideoq; authoritate officij noſtri & præſentiũ tenore Te Venerandum Patrem F.N. inſtituimus & facimus Viſitatorem

tatorem præfatorum conuentuum, Damusq; tibi in & super eis,& omnibus & singulis personis ad eos pertinentibus tam capitibus quam membris, omnẽ in spiritualibus & temporalibus authoritatem & potestatem, quam cæteri visitatores ex constitutionib⁹ nostris vel approbata consuetudine habere solent. Mandantes tam tibi, &c.

¶ Visitator taliter institutus cum primum peruenerit ad conuentum,accepta benedictione & facta breui oratione, conuocari faciat fratres ad capitulũ, ibiq; legi suas literas, vt innotescat omnibus eius authoritas. Inde exponat succinctè quæ intendit, a fratribus audire, tã circa essentialia religionis & tria vota,quam circa ceremonialia,& cæteras obseruantias regulæ & cõstitutionum, iuxta ea quę in eis expressa sunt d. 2. c. 11. Inde super his faciat præceptũ in virtute sanctę obedientiæ, vt fratres dicant sibi confidẽter, & zelo religionis absq; vlla passione, quæ dicere tenentur. Inde vadat ad sepulturas fratrum,comitatus a conuentu, & dicto cum fratribus. Psalmo. De profundis, Kyrieleison christe eleyson Kyrieleison Pater noster. A porta. Orationem Absolue, ques Inde visitet infirmos siqui sunt. Locũ suæ professionis vel gradus vbiq; teneat nisi in capitulo dũ actus visitationis exercet. In inquirendo,examinando, impendere potest quot dies iudicauerit necessarios & opportunos;tres vero dies tantum iuxta constitutiones expendat in corrigendis,& disponendis his quæ occurrunt,& per visitationem inuenit,& nihil prçter uictum accipiat.

Forma

¶Forma instituendi Inquisitorem.

IN Dei filio &c. Quamquã cælestis paterfamilias, per apostolos & apostolicos viros, in fertilissimo ecclesiæ agro purissima credibilium fidei semina seminauerit, iniqui tamẽ & inimici homines (iuxta parabolam euãgelicam) cessantibus vel dormientibus agricolis infelicia non cessant hæresum superseminare zizania, & nisi vulpibus illis per Inquisitores tanq̃ per sampsonem, ignis suæ censuræ quo philisteorum cadentium segetes cremãtur, alligaretur ad caudas, breui tempore, dominicam messem a zizanijs præfocatam plangeremus, Nobis ergo quibus apostolico priuilegio, concessa est facultas huiusmodi censores, & Inquisitores instituendi, operosius laborandũ est, vt hoc munus illis committatur, qui scientiæ lumine adulterina semina, a veris discernere norint, q̃ prudenter ijs quæ discreuerint, remedia ad hibere sufficiant, qui demum zelo fidei succensi velint, & animi fortitudine valeant, quæ prudenter disposuerant ad effectum perducere. Et quia de tuo feruenti zelo, constanti fortitudine, efficaci prudẽtia, catholica doctrina, & vitæ integritate cõfidimus, eiusmodi munus tibi iniungere decreuimus. Cum igitur in ciuitate & Dioc. N. propter amotionem, vel obitum Reuerendi N. inquisitionis officium vacet, nobisq; illi prouidere incumbat, Authoritate apostolica nobis, & nostro officio commissa, & præsentium tenore, Te Reuerendum P. F. N. decernimus, instituimus, & facimus Inquisitorem hæreticæ prauitatis in præfata ciuitate & dioc. N. factumq;, institutum, & decretum de-

claramus,cum omnibus gratijs,priuilegijs, immunitatibus,authoritate & potestate,quibus cæteri Inquisitores rite instituti, summorum pontificũ indultis & priuilegijs,ac secularium principũ,Regum,vel Imperatorum concessione,quomodolibet potiri & gaudere consueuerunt. Vt autem tam præclarum sanctumq; munus & opus,non vacet obediẽtiæ merito, In virtute sanctæ obedientiæ tibi præcipimus,vt intra horã dictum Inquisitionis officiũ suscipias, ac iuxta gratiam tibi a domino præstitam,diligentius exequaris, In quorum fidem his officij nostri sigillo munitis manu propria subscripsimus.

¶Forma dandi facultatem alienandi,iuxta breue Clemẽs Papæ vii. Concessum Prouinciali Romano & Magistro ordinis sup sibi subditis in Italia conuentibus Monasterijs,& locis.

IN Dei filio sibi dilectis, Venerandis Patribus Priori & Fratribus nostri Conuentus N. ordinis prædicatorũ. Exposuistis nobis, ꝙ pro victu sustentatione & necessitatibus Fratrum vestri Conuentus coacti fuistis multa exponere,propter quod, ære alieno ac debitis obnoxij remansistis & remanetis,ad quorum solutionem cum redditus annui ac eleemosyne quotidianæ minimè sufficiant,necesse est vendere aliquid immobile,vt creditorib⁹ pro iustitia satisfiat, Ideoq; rogastis nos,vt agrum seu fundum terræ quem conuentus vester habet in loco N. inter alia bona ad ipsum spectantia minus vtilem,vendendi licentiam vobis concedere vellemus, Nos igitur qui Iustitiã per debitorum solutionem seruari cupimus, & agrũ seu

fundum

fundum illum in loco N. cuius valor annuus centum aureos non excedere, & vobis minus vtilem esse credimus, authoritate apostolica nobis per literas in forma breuis, a fe. re. Clemente vii. collocata, & præsentium tenore vobis dictum Agrum seu fundum sub suis finibus & terminis latius in contractu exprimendis, vendendi seu alias iusto contractu alienandi, licẽtiam & facultatem concedimus, Dispositione fe. re. Pauli Papæ 2. Cui per easdem literas derogat, & alijs in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunq;. Dummodo ad hoc accedat assensus duorum tertiorum vestri capituli, & præcium in dictorum debitorum solutionem realiter & cum effectu conuertatur. In Quorum fidem.

¶Alia pro eodem.

IN Dei filio. &c. Exposuistis nobis, habere vos præ manibus vnam domum vel possessionem vestro cõuentui accommodam quam si emeretis non modica vobis proueniret vtilitas, sed cum præciũ pro eius emptione non possitis habere nisi ex aliorum immobilium venditione, rogastis nos vt aruum, seu hortũ, seu syluam vel domum &c. in loco N. positam minus vtilem & incommodam vendendi licentiam vobis dare vellemus. Nos igitur bonam spiritualium dispositionem, quæ ex temporalibus bene dispositis & administratis seruatur, in conuentu vestro teneri, & augeri cupientes & de prudentia atq; conscientia vestra confidentes, ꝙ non nisi vtilitatem publicam, & cõmodũ cõmune quæretis, petitionibus vestris facile cõdescẽdimus. Ideoq; authoritate apostolica. &c.

Forma

¶ Forma instituendi lectorem principalem.

NOS F. N. or. p. & Prouinciæ N. Prior prouincialis. Cum ex commissione Reuerendissimi Magistri Generalis nostri ordinis, vel Capituli Generalis. Conuentui N. debeamus de lectore principali prouidere, Te Venerandum Patrem F. N. cuius doctrinam, docendi facilitatem, & elegantiam disserendi, nec nõ probitatem & religiosos mores nõ paruo tempore sumus experti, delegimus, cui munus præfatum in aliorum profectum & tuæ obedientiæ meritum demandemus. Ideoq; authoritate vt supra nobis commissa Te F. N. præfatum damus instituimus, & facimus, & sic datum institutum & factum assignamus lectorem principalem in Conuētu N. Cum omnibus gratijs priuilegijs & exemptionibus, quibus huiusmodi lectores potiri & gaudere consueuerunt, Mandamusq; tibi in virtute sanctæ obedientię, vt dictum lectoratus officium statim suscipias, & ad illius exequtionem & tuam pro eo assignationem, quãtocius commodè tamen potueris, te accingas Dat.

¶ Forma licentiæ ad Episcopatum.

IN Dei filio &c. Æterna Dei sapiētia Christus, sicut vnà cum patre & spiritu sancto in humano corpore disparibus gradibus & officijs membra distinxit, ita in mystico ecclesiæ, quosdam pedum aut manuũ vicem gerere, quosdam vero quasi oculos esse decreuit, & licet illi quidē magis necessarij sint & ampliori (iuxta apostolum) honore circundati, hi tamen illorum sunt facti rectores, qui cæteros dirigere & illuminare sufficiant, eiusmodi fuerunt primum

Apostoli,

Apoſtoli,nunc autem ſunt apoſtolici viri,plebiũ præſules, quos mundi lumina, ſalem terræ, ciuitates in ſublime poſitas dominus appellauit, Ad horum con ſortium nuper te tuis egregijs meritis ſummus pon tifex extulit,cum ciuitati. N. præfecit antiſtitem,mu nus certè arduum & humeris etiam angelicis formi, dandum,Quod tu (quæ tua eſt modeſtia) declinans ad noſtram quam profeſſus es obedientiam confugi ſti,vel hac ſaltem ratione,vt communia noſtri ordinis ſuffragia non amitteres,quin etiã vt (ſi iugo collum dare neceſſe eſt) ad illud ſapienter fortiterq; ferendum,per illa iuueris,Nos igitur prudentiam tuã, doctrinam religioſosq; mores, & regiminis experiẽ tiam cognoſcentes,quanquam modeſtiam tuam laudamus,magis tamen ſummi pontificis propoſitum efferimus,eccleſiæ q;. N. de tua promotione gratulamur,ac tibi epiſcopatum prædictum acceptandi, licẽ tiam & facultatem (quod ex nobis eſt) præſentiũ tenore concedimus,ſuffragia quoq; merita & beneficia noſtri ordinis non ſolum illeſa & integra tibi manere,ſed etiam maiori cumulo (ſi poſſibile eſt) ſuperad di volumus,& decernimus. In Quorũ fidem his offi. noſtri,ſig. mun. manu propria ſub. &c.

¶ Alia ad idem.

IN Dei filio &c. Quoniam iuxta cõſtitutiones nr̃as Quicunq; ſine licentia P. Prouincialis præſulatum receperit ſuffragijs, ſocietate, & omnibus beneficijs ordinis,in morte & in vita priuatur Tu Reuerende Pater. Qui ob egregias animi tui dotes & præclara merita Epiſcopus factus es, eiuſmodi ſuffragia ma-

gnifaciens, eorum cōmunione & participatione priuari nolles, licentiam præfatā tibi dari desideras, Nos igitur commune bonum priuato præferentes, & fructum animarum in eadem ciuitate ex tua promotione sperantes, facultatem & licentiam suscipiendi prędictum episcopatū, præsentium tenore tibi concedimus, suffragijs vero meritis & beneficijs ordinis nōmodo non priuari, sed eorum maiori cumulo te ditari & munerari volumus. Hortamur nihilominus, præstantiam tuam, vt bonæ & religiosæ educationis reminiscēs, talem te episcopum præbeas, qualem Timotheo deliniauit Apostolus, Dat. &c.

¶ Forma ꝓmouendi ad Magisteriū sacræ Theologiæ.

PRomotor habeat Annulum & biretū nigrum paratum & sedens expectet promouendū, Qui flexis ad pedes promotoris genibus, interroget ab eo. Quid petis? & Respondeat, humiliter peto promoueri ad gradum doctoratus & Magisterij sacræ theologiæ, Promotor. Promittis tenere, seruare, docere, & defendere, doctrinam sanam & catholicam, iuxta determinationē Sanctæ Matris Ecclesię catholicę Romanæ? Promo. Promitto & spondeo in hac forma.

Professio fidei iuxta formam Bullæ Pij Papæ iiij.

EGo N. firma fide credo, & profiteor omnia & singula quæ continentur in Symbolo fidei, quo Sancta Roman. Ecclesia vtitur, videlicet. Credo in vnū Deum patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibilium omnium, & inuisibilium, & in vnū Dominum Iesum Christum filium Dei vnigenitum. Et ex patre natum, ante omnia sæcula. Deum de Deo,

lumen de lumine Deum verum de Deo vero. Genitum non factum consubstantialem patri, per quẽ omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis. Et incarnatus est de Spiritusancto ex Maria virgine, & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus & sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum scripturas. Et ascẽdit in Cœium, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare viuos, & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in spiritumsanctum, dominum, & viuificantẽ, qui ex patre filioq; procedit. Qui cum patre & filio simul adoratur, & conglorificatur, qui loquutus est per prophetas. Et vnam Sanctam Catholicã, & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor vnum Baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi sæculi Amen. Apostolicas, & Ecclesiasticas traditiones, reliquasq; eiusdẽ Ecclesiæ obseruationes, & constitutiones firmissime admitto, & amplector. Item Sacram scripturam, iuxta eum sensum quẽ tenuit, & tenet Sancta Mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione Sacrarum scripturarũ admitto, nec eam vnquã nisi iuxta vnanimem cõsensum patrum accipiã, & interpretabor, Profiteor quoq; septem esse vere, & proprie sacramenta nouæ legis, a Iesu Christo Domino instituta, atq, ad salutẽ humani generis, licet non omnia singulis necessaria, scilicet, Baptismũ, Confirmationem, Eucharistiã, Pœnitentiam, Extremam vnctionem, Ordinem, & Matrimonium, illaq; gratiam con

ferre,& ex his Baptiſmum,confirmationem, & ordiné ſine ſacrilegio reiterari nõ poſſe,Receptos quoq;, & approbatos Eccleſiæ Catholicę ritus in ſupradictorum omnium ſacramentorũ ſolẽni adminiſtratione recipio,& admitto . Omnia & ſingula quę de peccato originali,& de iuſtificatione in ſacroſancta Tridẽtiñ.Synodo diffinita,& declarata fuerunt,amplector, & recipio ; Profiteor pariter in Miſſa offerri Deo verum,proprium,& propitiatorium ſacrificium pro viuis & defunctis,atq; in Sanctiſſimo Euchariſtiæ ſacramento eſſe verè,realiter,& ſubſtantialiter corpus, & ſanguinem vna cum anima,& diuinitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti,fieriq; conuerſionem totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem,quam conuerſionem Catholica Eccleſia tranſubſtantiationẽ appellat . Fateor etiã ſub altera tantum ſpetie totum, atq; integrum Chriſtum,verumq; ſacramentum ſumi.Conſtanter teneo, Purgatorium eſſe,animaſq; ibi detentas fidelium ſuffragijs iuuari . Similiter,& Sanctos vna cum Chriſto regnantes venerandos atq; inuocãdos eſſe,eoſq; orationes Deo pro nobis offerre, atq; eorum Reliquias eſſe venerandas . Firmiter aſſero imagines Chriſti,ac Deiparæ ſemper Virginis,necnon aliorum Sanctorũ habendas,& retinendas eſſe,atq; eis debitum honorem,ac venerationem impartiendam. Indulgentiarũ etiam poteſtatem a Chriſto in Eccleſia relictam fuiſſe,illarumq; vſum Chriſtiano populo maxime ſalutarem eſſe affirmo. Sanctam Catholicam, & Apoſtolicã Roman.Eccleſiam omnium Eccleſiarum matrem,et magiſtram agnoſco. Romanoq; Pontifici beati Petri

Apoſtolorum

Apoſtolorum Principis ſucceſſori, ac Ieſu Chriſti Vicario, veram obedientiam ſpondeo, ac iuro. Cætera item omnia a ſacris Canonibus, & OEcumenicis Cōcilijs, ac præcipue à ſacroſancta Tridentiñ. Synodo tradita, diffinita & declarata indubitāter recipio atq; profiteor, ſimulq; contraria omnia atq; hæreſes quaſcunq; ab Eccleſia damnatas, & reiectas, & anathematizatas, ego pariter damno, reijcio, & anathematizo. Hanc verā Catholicam fidem extra quam nemo ſaluus eſſe poteſt, quā in præſenti ſpōte ꝓfiteor, et veraciter teneo, eandem integram, & immaculatam vsq; ad extremum vitæ ſpiritum conſtātiſſimè, Deo adiuuante, retinere, & cōfiteri, atq; à meis ſubditis, ſeu illis quorum cura ad me in munere meo ſpectabit, teneri, doceri, et prædicari quantum in me erit, curaturum. Ego idē. N. ſpondeo, voueo, ac iuro, ſic me deus adiuuet, & hęc ſancta dei Euangelia.

Promotor Quoniam ſapientiam vocaſti amicam, et amator factus formæ illius, quæſiſti eam tibi ſpōſam aſſumere, ecce Deus dat tibi eā ſponſam, vt ſemper tecum ſit, et cor tuum poſſideat, In ſignum ergo Accipe annulū in manu tua, et ego Authoritate apoſtolica per literas etc. mihi commiſſa, Inſtituo creo, et facio, te Doctorem et Magiſtrum in ſacra theologia, Do q; tibi poteſtatem et facultatem publicè legēdi, docendi, interpretandi, exponendi, et declarandi ſacrā theologiā in noīe pr̄is, et filij et ſp̄s ſācti Amē.

¶ *Deinde ſurgat, & faciat promouendū ſedere in ſua ſella dicēs.*

PRomoueo te ad gradum Magiſterij ſacræ theologiæ, annumerans te conſortio doctorum et Magi

ſtrorum dictæ facultatis. Ita collocet et ſedere te faciat dominus cū principib⁹, vt ſolium gloriæ teneas.

¶ Deinde imponit biretum capiti eius dicens

ACcipe infulam ſeu biretum nigrum, inſigne Magiſterij, ſic ornet te Deus corona gloriæ.

¶ Deinde eleuet eum, & dans ei oſculum dicat.

ECce odor filij mei, ſicut odor agri pleni, creſcere te faciat dominus in milibus, et benedicat tibi in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Forma literarum promotionis ad Magiſterium.

IN Dei filio etc. Graues et honeſti labores illi, quos ab adoleſcentia, multis annis in diuerſis gymnaſijs, bonas literas quaſi fugientes perſequendo tuliſti, et deinde pluribus in locis legendo, diſſerendo, diſputando, et humanam diuinamq; philoſophiā alios docendo, multa cum laude et fructu proſequtus fuiſti, merito requirunt glorioſum fructū honoris, quo nullum maiorē poſſūt interim virtutibus exhibere mortales, Nos quoq; decet excellentiæ quæ inte eſt, vel naturalis ingenij, vel ſcientiæ tot laboribus et incōmodis acquiſitæ illū præbere, præſertim cum ex obedientia, pro religione hæc omnia ſubieris. Cum igitur, ad ſcholaſticos gradus etiam magiſterij fueris a prouincia tua petitus, & iam quatuor annos in vniuerſitate N. non paruo fructu ſententias legeris, aliosq; actus omnes feceris quos iuxta conſtitutiones aut capitulorum generalium ordinationes facere debueras, ac demum per examinatores deputatos, examinatus, idoneus ac ſufficiens habitus & iudicatus fueris. Nos prædictorum omnium rationem haben

tes,

tes,ac de eis plenius & certius informati Authoritate apostolica nobis per literas in forma breuis commissa Te Reuerendum P. F. N. ad gradum magisterij promouemus,datisq; annulo in digitum tuum & infula seu bireto nigro insigne magisterij tuo capiti imposito, facimus instituimus & creamus Magistrū & doctorem sacræ theologię ac numero & cōsortio doctorum & magistrorum annectimus,inserimus, & incorporamus, Dantes tibi facultatem & potestatem, publice legendi,interpretandi,disputandi, exponendi & declarandi sacras literas, & diuinam scripturā, Cum omnibus gratijs priuilegijs,indultis,immunitatibus exemptionibus, gradu & loco, quibus cœteri huiusmodi magistri & doctores,in ordine nostro ritè promoti,de iure vel approbata consuetudine potiri & gaudere consueuerunt,Eadem apostolica authoritate dispensando supplentes,& supplendo dispensantes tecum in & super omnibus & singulis defectibus & alijs quibuscūq;,quæ huic promotioni, ex apostolicis decretis,aut ex nostris constitutionibus, vel capitulorum generalium seu prouincialium statutis ordinationibus & consuetudinibus obijci possent, Mandantes omnibus & singulis, nostræ obedientiæ subiectis in virtute sanctæ obedientiæ, vt te,tanquam Magistrum & doctorem(vt præfertur)habeant, suscipiant, & admittant,gratijsq; priuilegijs indultis fauoribus &c. gradu & loco prædictis, vti & potiri faciant & permittant, Non obstantibus quibuscunq;. In Quorum fidem. &c.

¶ Forma licentiæ ad arctiorem vitam.

IN Dei filio &c. Religiosa cõsuetudo tua, quam in nostro ordine multis annis tenuisti, spem nobis faciebat, in eadem te perseueraturum, ac apostolicum præceptum seruaturũ quo præcipit, vt quisq; in qua vocatus est vocatione permaneat, sed postquam tanta te vidimus instantia postulare facultatẽ ad arctiorem vitam hæremitarum N. transeundi, spiritum sanctũ cuius forte duceris impulsu nolumus impugnare, quin potius, vbi spiritũ domini vel credimus, vel suspicamur, ibi libertatẽ essevolẽtes, præsentiũ tenore, libertatẽ & facultatem (quod nostrũ est) tibi concedimus, ad ordinem seu ad vitam solitariorum heremitarum transeundi, ibiq; per solennem professionem Deo te dedicandi. Reseruantes nobis quã nũc habemus super te iurisdictionem, donec eidem ordini ad quem transieris per solennem professionẽ fueris obligatus. In Quorum fidem &c.

¶ Alia ad idem.

NOS F. N. Vniuersis & singulis ad quorum notitiam hæ nostræ peruenerint, fidem facimus & attestamur Nos Venerando P. Fratri N. ad suæ petitionis instantiam, dedisse, prout etiam tenore præsentiũ damus, et concedimus facultatem et libertatem ab ordine habitu et institutis nostris transeundi ad ordinem Camalduleñ. heremitarum, quem ipsemet sub arctioris vitæ spetie, suæ complexionj magis accommodũ et opportunũ delegit, Reseruãtes nobis quã nũc habemus sup eũ iurisdictionẽ, donec in eo ordine per solennem professionẽ obligetˉ. In Quorũ. etc.

Forma

¶ Forma Dispensandi illegitime natos fratres professos. Cuius dispensationis facultas concessa fuit a Sixto iiij. in Mari magno Magistro Generali, Prioribus prouincialib⁹,& conuentualibus,ac eorum Vicarijs.

NOS F. N. &c. Cupiẽtes vt Fratres nostræ curæ crediti,religioni cui addicti sunt in omnibus ad quæ spiritus sanctus eos vocare dignatus fuerit, libere valeāt deseruire. Te Venerandū Religiosum F. N. Quem religiosa vita spectabiles mores,catholica doctrina,& in agendis prudētia,& honesti labores commendabilem reddunt,authoritate apostolica nobis & officio nostro commissa, & præsentium tenore ad omnia & singula officia,grad⁹, dignitates, & ordines etiam sacerdotij,etiam prioratus Cōuentualis & prouincialis, etiam prædicatoris generalis, ac Magisterij in sacra theologia,& diffinitoris tam prouincialis q̃ generalis capituli,& electoris etiā magistri ordinis, a quorum susceptione vel exequtione, ob defectum natalium iuxta constitutiones nostras esses impeditus,habilitamus & habilem facimus Non obstantib⁹ quibuscunq;. In Quorum fidem.&c.

¶ Forma mittendi prædicatorem.

NOS F.N. &c. Requisiti, a Reuerendissimo D. episcopo N. vel a Reuerendis DD. Canonicis ecclesiæ N. vel a præstantibus Officialibus Ciuitatis N. vel oppidi N. vt eorum ecclesiæ de idoneo prædicatore pro hac quadragesima, vel vt eorum ecclesiæ Virum qui conciones habere digne possit hac proxime futura quadragesima prouidere vellemus Te Ve-

nerandum

nerandum F. N. cuius doctrinæ copiam & synceritatem, in dicendo facundiam & efficaciam, in moribus religionem & grauitatē nouimus, designauimus atq; decernimus cui præfatum munus demādemus, Mandamusq; tibi in meritum obedientiæ, vt opportuno tempore ad dictam ciuitatem te conferas, habiturus in eius ecclesia cōciones hac proxime futura quadragesima, atq; ita te geras & habeas, vt qui nūc exiens vadis mittendo uerbi semina, post pascha rediens, manipulorum spiritualium fructus vberes referas.

¶ Alia ad idem.

NOS F. N. Recolentes ordinem nostrum ad animarum salutem prædicatione quærendā specialiter institutum & te Venerandum Patrem F. N. Zelo salutis earū accensum, tua catholica doctrina, atq; naturali facundia, arte, & gratia differēdi, id posse præstare, religiosis moribus quæ dixeris comprobare, & demū verbis & exemplis ad edificandum ecclesiam sufficere, Ecclesie N. ad quam pro hac proximè futura quadragesima, petitus fuisti prædicator, vel a tuis patribus cōcionator decretus fuisti, concionatorem definimus Damus, & deputamus, Mandantes tibi in meritum obedientiæ, vt opportuno tempore Ciuitatem N. adeas, & in eius ecclesia N. conciones habeas hac quadragesima, ac ea peracta ad Conuentum tuū reuertaris, hortamur deniq; te vt concionatoris munus suscipiens, verbum Dei tanquam ex Deo, coram Deo, in Christo loquaris &c.

¶Forma licentiæ peregrinandi in terram sanctam.

IN Dei filio &c. Quoniam in hac vita peregrinum

te (iuxta apostolicam sententiam) esse cognoscis, ad terram in qua Deus ipse factus homo peregrinum se fecit, religionis causa peregrinandi licentiam tibi a nobis dari petisti, Nos ergo eo facilius tuis petitioni bus condescendimus, quo vehementius cupim⁹, vt eidē Domino nostro Iesu christo, per spiritum (quæ nostra perfectio est) renascaris, mūdo moriaris, in q; vitæ nouitate resurgas, atq; in celestibus tota mente verseris, ac propterea, ad natiuitatis mortis resurre-ctionis & ascensionis eius loca videndū, ibiq; orandū vbi steterunt pedes eius proficiscēdi licentiā & facul tatem concedimus per præsentes. Cōmedamusq; te omnibus & singulis cōuentuū & locorum nostrorū præsidentib⁹ & fratrib⁹ ad quos eundo vel redeūdo, ex itinere declinaueris, vt te recipiant & hospitaliter cum charitate pertractent. In Quorum fidem. &c.

¶ Alia communis & testimonialis.

NOS F. N. &c. Harum exhibitorem, Venerandum P. F.N. Sacerdotem, vel Studentem, vel &c. ad N. cū obedientia & nostra benedictione exeuntē, commendamus omnibus & singulis Conuentuū & locorum nostri ordinis præsidentibus ac fratribus, ad quos &c. vt supra.

¶ Forma licētiæ scribēdi in Confraternitate Rosarij.

NOS F. N. Certiores facti Te Venerandū Patrē F. N. non vulgarem deuotionis affectum gerere ad Beatissimam Virginem Dei genitricem, ac propte rea cupidum propagandi cultum eius, & deuotionē erga illam per confraternitatem rosarij pectoribus fi delium inserendi, præsentium tenore tibi concedim⁹

vt vbicunq; fuerint huiusmodi confraternitates, nomina omnium in eis recipi volentium scribere, Rosaria benedicere,& quando ex obedientia ad prædicandum exieris, vbi non fuerit dicta confraternitas eam erigere,& instituere,aliquem qui eius curam habeat,& recipi volentes scribat,rosaria benedicat,deputare,& omnia & singula facere possis, et ille possit quæ per fratres nostros ad id in nostris ecclesijs deputatos fieri solent & possunt,Dũmodo pro huiusmodi scriptura,benedictione,&c. nihil recipiat. In Quorũ fidẽ his nr̃o sigillo munitis manu ꝓpria subscripsimꝰ.

¶ Alia forma ad ecclesias extra ordinem.

NOS F. N. &c. Attendentes ad Vberes odoratosq; fructus,quos in sanctæ ecclesiæ horti conclusi roseto protulerunt,atq; in dies magis proferũt Rosea illa plantaria,quæ Rosarium Beatæ Mariæ virginis appellantur, vbiq; illa plantari vellemus. Modus enim Deum orandi ijs inest ad eo facilis, vt omnibus sit peruius,adeo numeri mysterio,& ordine ac varietate distinctus,vt omnibus possit esse iucundus, adeo frugifer,vt ad christianæ perfectionis apicẽ cõpendiosissime ducat, Orationem quippe Dominicã, & angelicam salutationem, quibus Rosarium cõstat nullus christianus ignorat, Psalterium proinde dicitur,ꝙ angelica salutatione cẽties & quinquagies in eo repetita,psalmorum Dauidici psalterij numerum referat,Vtq; varietate delectet,ad quamq; decimam, vnam interserit orationem dominicam. At vero si ritè persoluitur fructum reddit amplissimum, Nam præter hoc, ꝙ christi vita quæ in eo per multa mysteria

ſteria recolitur meditãdo, mens inſtruitur, reficitur, & ſpirituali conſolatione pingueſcit, heroicæ ille virtutes, in eadem velut in firmamento ſydera fulgentes, ad conſimilia faciendum meditantis animũ trahere ſufficiunt, Ad quæ præſtãda ſiquid forte ex nr̃a infirmitate deficeret, Beatiſſimæ Virginis interceſſio, in eodem ſæpius implorata, facile impetrabit. Cui rei ſodalium Confraternitatumq; toto orbe diffuſarum, in meritorum participatione communio ſuffragatur, Indulgentiæ demum, peccatorumq; remiſſiones, a diuerſis ſummis pontificibus huiuſmodi ſodalibus & cõfraternitatibus collatæ, ad hæc plurimum conferunt, His forſan aut alijs bonis tamen rationib⁹ moti Chriſti fideles, oppidi N. vel eccleſiæ N. & cupientes tanto ditari theſauro, Confraternitatẽ hmõi in eadem habere, & altare pro ea deputare cupiunt, atq; vt dictarum indulgentiarum poſſint eſſe participes, noſtram ſuper his licentiam petierunt. Nos igitur. Glorioſiſſimæ virginis Mariæ cultum augere, & fidelium animos, ad veram pietatem & deuotionem per hæc accendere cupientes, Tibi Reuerẽdo N. vel vobis in Chriſto dilectis fidelibus oppidi N. præſentium tenore concedimus, vt in eccleſia N. Cõfraternitatem Roſarij huiuſmodi inſtituere et habere, altare pro ea deputare poſſitis, cui nunc primum Reuerendum D. N. Rectorem et directorem damus et nominamus, et poſt eum ſucceſſiue, qui per confratres pro tempore deputabitur, Cui nomina omnium in eadem recipi volentium ſcribendi, Roſaria ſeu coronulas benedicendi, et omnia et ſingula faciendi quæ

per

per fratres nostros ad id in nostris ecclesijs deputatos fieri solent et possunt, facultatem concedimus, Dummodo pro huiusmodi receptione, scriptura, benedictione, et alijs similibus nihil exigatur aut recipiatur, Ne pietas in quæstum, et deuotio degeneret in auaritiam, Volumus autem pro recognitione ꝙ nomina eorum qui nunc primum scribētur, ad Conuentum nostri ordinis, ecclesiæ uestræ propinquiorē deferantur. In Quorum etc.

¶ Forma recipiendi ad beneficia ordinis.

IN Dei Filio etc. Deuotus vestræ Charitatis affectus, quem ad nostrum ordinem vos habere multiplici et grata fratrum nostrorum relatione cognouimus, meritò requirit, vt beneficia ordini nostro dei benignitate collata vobis gratius impertiamus, Quare de omnipotentis Dei misericordia et liberalitate cōfisi, omniū missarum, orationum, prædicationum, studiorum, vigiliarum. Ieiuniorum, abstinentiarum laborum, cæterorum q; bonorum operum ac meritorum, que per fratres & sorores nostras diuina bonitas (in nostra prouincia) vel in orbe fieri dederit vniuerso communionem, & participationem concedimus & elargimur, Vosq; ad ipsius ordinis (vel prouinciæ) beneficia & suffragia recipimus, & admittimus, in vita pariter & in morte, Vt multiplici sanctorū suffragiorū præsidio adiuti, hic augmentū gratiæ, & in futuro vitā ꝑcipiatis æternā. In Quorū fidē &c.

¶ De iudicijs in ordine faciendis.

LIcet ex decreto D. Bonifatij Papæ ix. constitutionibus nostris inserto, d. 2. c. 17. Præsidentes in

nostro

noſtro ordine in correctionibus fratrum, iuris ordine poſtpoſito, ſecundum conſuetudines approbatas & inſtituta dicti ordinis ꝓcedere, libere, & licite poſſint, quædam tamen in huiuſmodi correctionibus ita neceſſario requiruntur, vt illis omiſſis, iudicia nullius ſint roboris, aut iniqua. Scriptũ namq; eſt. Deute 16. Iuſte quod iuſtum eſt perſequeris. Iccirco, ne in illis errare contingat, notabimus aliqua.

¶ Ad Iudicium procedit Præſidens, per Inquiſitionẽ, & demum per ſententiam, In Inquiſitione quidẽ vtitur aliquando tormentis corporalibus (quanquam parcè propter pietatem) vt eliciat, a denunciato confeſſionem, vel a teſte veritatem, hoc enim in aliquibꝰ obſeruatur, ꝙ præcedente vehementi ſuſpitione, vel habitis aliquibus particularibus teſtimonijs, mittitur quis in arreſtum, & ibi atteritur abſtinentijs, & diſciplinis, donec confiteatur, ſed poſt cõfeſſionem, in carcere vel extra ſecundum demerita dignis pœnis ſubijciatur. ¶Pro Inquiſitione, Notandum, ꝙ quædã peccata ſunt occulta, vel omnino, ita ꝙ ea nouit ſolus ille qui fecit, vel quaſi omnino, quia videlicet ſciuntur tantũ ab illo qui fecit, & ab vno alio ſolo, & de his ſi veniunt ad aures prælati, non poteſt fieri inquiſitio, quia non poteſt quis conuinci niſi per duos teſtes, & ſi prælatus præcipiat vt ſe prodat, peccat, & delatus non tenetur reſpondere, non tamẽ licet mẽtiri.

¶ Quædam vero ſunt occulta, quę iam habent aliquos conſortes de quibus Ephes. 5. Quæ in occulto fiunt ab ipſis turpe eſt dicere, Ab ipſis (inquit) in plurali. Pluralis autem locutio, duorum numero cõ

tenta est.ff. de verb. sig. l. pluralis, & hæc si veniant ad aures prælati, etiam per modum probabilis relationis, nō debet illa quamuis semel audita, relinquere indiscussa, extra de collusio c. crimina, Sed debet illa memorie cōmendare in scripto, vt si notatus fuerit de eodē facto vel simili, magis eius opinio aggrauetur, & ad examen ac vindictā magis dispositus habeatur, Debet tamen delatum monere seorsum, & si sub protestatione non publicandi fatetur, puniat eum per orationes, per abstinentias & disciplinas secretas & per aliquam prohibitionē ad cautelam de futuro. Si autem negauerit vel non confitetur, durioribus verbis, secreto tamē increpetur & diligentius obseruetur, Potest etiam aliquando dissimulare vel vt deferat personæ, quæ hactenus fuit claræ opinionis, vel quia magnitudo facti, scandalū vel schisma faceret, ꝓpter eum qui fauorē habet potentū vel sociā multitudinem, & sic veritas iustitiæ propter scandalum quādoq; relinquitur & aptius tempus expectat. ¶ Quædam item sunt quasi occulta, quę ab aliquibus dicuntur, & a plerisq; nesciuntur, et ab aliquibus reputatur innocens, a quibusdam, e contrario noxius, In huiusmodi debet Prælatus considerare & scrutari mores denunciati, qualiter se habuerit in alijs locis, Cuius meriti, Zeli, & numeri sint qui ipsum deliquisse putant, aut qui pro eius innocentia dicunt, & tunc coram senioribus et pluribus ad placitum est examinandus, secundum formam infrascriptā, et iuxta consilium seniorum restringendus, et in casibus grauioribus claudendus et commendādus diligentiori cu-

stodiæ

ſtodiæ,ac per pœnas abſtinentiæ etc. inducendus eſt ad confeſſionem.

¶ Quædam demum peccata ſunt reuelata, vel manifeſtata, que videlicet per infamiam ad aures multorum deferuntur In his prælatus deſcendere debet ad Inquiſitionem 2. q. 1. Deus omnipotens, et videre vtrum clamor qui venit ad eum opere ſit cõpletus, Ita ꝙ non poteſt ſine ſcandalo præterire, hic ſi probationes deficiunt,& infamia perſeuerat, indicenda eſt infamato purgatio canonica,quæ non ſolum pro clericis ſed etiã pro religioſis introducta reperitur 4.q. 3. Item ſæpe, & extra de purg. cano. Moniales,& inquibusdam prouincijs recepta,In prouincijs vero in quibus non eſt recepta,poteſt prælatus reũ purgare, quando poſt arreſtum, & præceptum & penas diſciplinarum,& ieiuniorum ſibi illatas nõ confitetur,dũ modo,non ſint accuſatores, aut teſtes facti, & declarare eum liberum ab infamia. Porro numerus purgatorum ſeu compurgantium, arbitrarius eſt,& poteſt diſſimulari iuramentum,ſi ſunt maturi & probi. Quia ſub teſtimonio conſcientiarum ſuarum poſſũt dicere quod credunt de Reo, hoc modo, Propoſitis articulis interrogetur reus per præceptum vel per excomunicationis ſententiam, ſi negat, ſurgens cõpurgator dicat per conſcientiam ſuam ꝙ credit ipsũ verum dixiſſe, & ꝙ credit ipſum de depoſitis innocentem eſſe. Si autem præſtare noluerit purgationẽ, vel in præſtando defecerit,canonica eſt animaduerſione puniendus. Si crimen ſit notorium, vel accuſator offerat ſe ad probationem, non debet prælatus

tus recipere purgationem, etiam si infamatus offerat se daturum. Notandum ꝙ siue ex relatu siue ex suspitione, siue ex fama agatur, multum refert, vtrū, is contra quem agitur sit prælatus seu persona publica, an subditus vel priuata, Nam prælati quos oportet alios arguere & castigare, multorum captionibus obijciuntur, Ideo &c.

¶Testes si deponunt de auditu, probant infamiam, & sequitur inquisitio, si deponunt de facto, sequitur pęna. vtrobiq; recipiuntur testes singulares super factis iterabilibus, vt sunt carnis peccata, & detractiones famosæ, vel blasfemie, furta etc. Vbiq; super infamia recipi debent testes vt procedatur ad Inquisitionem & contra personam regularem non est expectandus clamor, sed sufficit delatio que fit, a pluribus ordinē diligētibus, beneuolis, et Zelantibus, honorē ordinis alias testimoniū de auditu debile est, & aliquando, ēt si multiplicentur, uix vnius testis authoritatē habet, Nam centū possunt audiuisse, ab vno, & quantum valet illius testimoniū, tantū valet omniū. Rursus vnus potest audiuisse, a centum, & illis abeuntibus, aut absentibus, solus ipse relinquitur. Quando ergo testibus est agendum, idonei reputari possunt socij, siue sint eiusdem ordinis siue non. Contubernales, vbi factum esse dicitur. Item qui passi sunt etc.

In iudicijs caueat summopere prælatus, a verbis contumeliosis contra inquisitum siue Reum.

¶Forma inquisitionis cōtra denūciatū aut infamatū.

NOS F. N. Accepta, a pluribus fide dignis denunciatione, vel Clamosa insinuatione et fama pul-

sati

ſati contra te Fratrem N. ꝙ contra votum paupertatis per occultam rerum,vel pecuniarum detentionẽ aut acceptionem feceris, vel ꝙ contra votum caſtitatis per actus carnales in ſecundam perſonam deliqueris, vel ꝙ per linguæ lubricitatem, grauiter nonnullis detraxeris,eosq; infamaueris,& volẽtes ex officio prouidere,vt cum emẽdatione perſonæ delicta uindicentur,ad iudicium deſcendentes,te primo,ſecundo & 3. monemus,& hortamur ad veritatem dicendam,et tibi in virtute ſanctæ obediẽtiæ, ſub pena conuicti,vel excomunicationis,præcipimus,vt ad interrogata,et quęſita,ſine tergiuerſatione meram,ſimplicem,& nudam veritatem reſpondeas. Dat Romæ die 6. Maij. 1566.

¶ Forma examinis.

Coram Reuerendo P. Fratre N. Die 6. Maij 1566. perſonaliter conſtitutus F.N. et præcepto ſupraſcripto ſibi facto,et intelligibiliter lecto, et ab eo audito de veritate dicenda Reſpondit vt ſequitur. Interrogatus An pecunias habuerit, habeat, aut expenderit ſine licentia ſuperiorũ ſuorum Reſpõdit. Ego habeo pecunias quæ miſſæ mihi fuerũt, a Magnifico D. A. pro quibuſdam negocijs ipſum tangentibus. In fine verò.Acta ſunt, hæc die ſupradicta,et fideliter ſcripta per me Fratrem N. ad hæc ſpecialiter Notarium et ſcribã vocatũ, et eidem Inquiſito, de verbo ad verbum lecta et repetita, Qui faſſus eſt ſe ita reſpondiſſe pro vt iacent, et infidem ſe propria manu ſubſcripſit Die qua ſupra (vel ſi ipſe neſcit ſcribere) Teſtibus Fratre N. et F. N. ad hæc vocatis, qui

se manu propria subscripserunt. etc.

¶ De modo procedendi per accusationem.

SEcundo procedit prælatus contra reum per accusationem, et tūc oportet vtrumq; scilicet accusantem et accusatum esse præsentem, et fit inscriptio .1. ꝙ accusans obligat se ad pœnam talionis, hoc est, ad subeundum pœnam illam si succubuerit, quam ferre debuisset accusatus, si conuictus fuisset, Debet autē accusandus citari sic.

¶ Forma citationis, ad eum qui accusari debet.

NOS F. N. Non valentes, nec volentes cuiquam petenti negare iustitiam, neq; in absentem aut inauditū proferre sententiā Tibi Venerando P. F. N. notum facimus ꝙ contra te obijciuntur quædā, quæ formam sequuntur accusationis, Propterea, ad requisitionem eius qui te accusare intendit, primo, secundo, et tertio perēptorie te monem⁹, ac in virtute sanctæ obedientiæ, et sub pœna conuicti, vel carceris, tibi præcipimus, vt intra sex dies, vel horas quarum duas primas pro primo, duas alias pro 2. et duas vltimas pro 3. et peremptorio termino assignamus, coram nobis in Conuentu N. personaliter cōparuisse, et te præsentasse debeas, responsurus his, quorum accusatus fueris. Alias si contumax fueris, ad sententiam procedemus, et ad alia quæ cōtumacibus inferri solent. De harum autem tibi facta præsentatione latori præsentium fidem dabimus. Dat. etc.

¶ Forma accusationis.

COram Vobis Reuerendo Patre F.N. Ego F.N. propono accusando, et in his scriptis proponendo

ac

accuſo F.N. ꝙ commiſit furtum in eccleſia N. vel peccatum tale fecit,& quia hoc eſt grauiſſimum ſcelus,& enormis iniquitas,ideo peto iuſtitiam deſuper fieri,& offero me per præſentes ad probandum,faciens prædictam accuſationem,& proponens tam verbo quam ſcripto, Die 6. Maij. 1566.

¶ Conteſtata cauſa, dantur probationes,& inducuntur teſtes,qui ſub præcepto examinantur,deinde datis articulis & probationibus, citatur & per præceptũ examinatur accuſatus, & ſi confitetur, aut cõuincitur,procedit iudex ad ſententiam & pœnas peccato condignas,ſi accuſans in probatione defecerit, ſubit pœnam talionis,ſi teſtes inueniuntur falſi, grauiter & ſeuerè puniuntur.

¶Forma condennandi conuictum,per accuſatorẽ.

NOS F.N. &c. In cauſa & cauſis contra te F. B. coram nobis pendente,& per proceſſus in ſcripto formatos deducta . Cum per accuſationem a.F.C. coram nobis cum inſcriptione propoſitã accuſatus fuiſſes,ꝙ furtum tale, commiſeras, & per productos idoneos teſtes, ſub præcepto examinatos, datis tibi defenſionibus,idem furtum feciſſe conuictus fueris, Nos vero vt ad finem cauſæ per diffinitiuam,ſententiam procedere vellemus,inſtanter fuerimus requiſiti, Vt iuſtitiæ deferamus,ad ſententiã hoc modo deuenimus . Videlicet. Quia ſedẽtes in Camera noſtra in ſella quam pro tribunali Et loco iudicij elegimus, Deum & Iuſtitiã præ oculis habentes, Accuſatione, atteſtationibus, defenſionibus & dictis vtriuſq; partis auditis,& viſis,& omnibus diligenter inſpectis,po

ritorum etiam cõſilio de ſuper habito, Chriſti nomine inuocato, dicimus, pronunciamus & ſentẽtiamus te F. B. quamuis non confeſſum, Conuictum tamen eſſe criminis furti talis, & tanquam conuictum & reum dannamus, cunq; aliter non ſis ſoluendo, decernimus vt per pœnas culpæ ſatisfacias, & miſericorditer tecum agendo arcto carceri, per tres annos addicimus, ibidem trib9 diebus qualibet ebdomada per annũ integrũ panis & aquæ ieiunio, ac ſingulis menſibus vna feria ſexta diſciplina circulari in capitulo, & proſtrationibus ad ianuam refectorij, tranſeuntibus ante & poſt prandium fratribus flagellandum affligendum, & humiliandum. Reſeruantes tamen nobis facultatem remittendi & moderandi, pœnas prædictas, vel totaliter relaxandi ſi confeſſus culpam, humiliter petieris veniam, & emendationem promiſeris, Acta lata & lecta fuit hæc ſententia In Camera tali, per me Fratrem M. præſente & audiente præfato F. B. & teſtibus in fraſcriptis, qui propria manu ſubſcripſerunt, Die *6.* Maij. 1*566.*

¶ Forma ſententiæ eontra denunciatum, confeſſum.

NOS F. N. &c. In cauſa & cauſis, cõtra te F. B. coram nobis pendente, & per proceſſus in ſcripto formatos deducta, & deductis, ad vltimatam concluſionem, per diffinitiuam ſentẽtiam pro iuſtitia, & ex officio procedere volentes. Cum per publicam famã vel potius infamiam, vel (Cum per plurium religioſorum & diſcretorum fratrum denunciationẽ) ad noſtram notitiam perlatum fuiſſet te F. B. præfatum, in prælatum tuum (clam tamen) & non publicè ma-

nus iniecisse temerè violentas, certius informandi vtrum clamorem opere compleueris, ad examen descendimus, Adhibitis ergo & sub præcepto examinatis testibus idoneis, in certam & probatam facti cognitionem venimus, quam e vestigio confirmauit cõfessio tua, primum in arresto excussa, & demũ extra illud repetita, Ideoq; sedẽtes in camera nostra in sella quam pro tribunali & loco iudicij elegimus, Deũ & iustitiam præ oculis habentes, Christi nomine inuocato pronunciamus & sententiamus cõtra te. Vꝫ Quia manus in prælatum iniecisti temere violentas. Te in pœnas in constitutionibus nostris, huiusmodi culpæ appositas incurrisse, & propterea carceri addicimus & addictum esse declaramus per tres annos ibidem disciplinis & ieiunijs panis & aquæ macerandum & flagellandum semel qualibet ebdomada, per tres menses, reseruantes nobis & prudẽtiæ & discretioni præsidentis facultatem moderandi prædicta ieiunia, & disciplinas. Acta lata &c.

¶ Forma sententiæ contra accusatorem qui defecit.

NOS F. N. &c. Recolentes nos ex iustitia debitores esse æqualitatem constituendi, & attendentes, te Fratrem A. magna vsum iniquitate cum per accusationem inscriptione apposita Venerãdũ Religiosum B. nepharij criminis concubitus contra naturã accusasti. Nec tamen intra tempus constitutũ testes legitimos & sufficientes (prout te obligaueras) produxisse, vel, nec tamen productis testibus & sub præcepto examinatis sufficienter probasse, quod proposueras, contra eum, propter quod si conuictus fuisset,

ſet, pœnam perpetui carceris pati debuiſſet,ac propterea incidiſſe te in talionem Iccirco, vt in caput authoris recidat malitia eius & cæteris exemplo ſis non perpetrandi ſimilia, ſedentes in cella noſtra in ſella quam pro tribunali & loco iudicij elegimus Deum & iuſtitiam præ oculis habentes, dicimus & pronunciamus & ſententiamus, te F. N. præfatum, fuiſſe & eſſe iniquum accuſatorem,& malitioſum infamatorem,ac ſubinde pœna talionis damnamus ad perpetuum Carcerem, ad quem quamtocius Induci debeas,ibiq; &c. Reſeruantes &c. non tamen contra tenorem conſtitutionum. Acta lata &c.

¶ Forma indicendi purgationem,infamato.

NOS F.N. &c. Pulſati ſceleroſa,quæ cõtra te F.B. ſurrexit & peruagatur infamia, ꝙ homicidium perpetraueris,a quo tamen conſtanter aſſeris te immunem, Cumq; nullus apud nos contra te ſpecialiter inſtet aut agat in hac cauſa, nec factũ ſufficienter ꝓbet̃,nos q; deceat ne dum a crimine,ſed a ſuſpitione criminis eſſe liberos, propterea, vt infamia tollat̃ abs te,& ſcandalum ab alijs, purgationem canonicã indicere tibi decreuimus, Ideoq; in virtute ſanctæ obedientiæ,& ſub pœna conuicti tibi p̃cipimus per pręſentes,vt intra decem dies a præſentium notitia, feciſſe debeas canonicam purgationem cum quatuor compurgatoribus,quos tibi per hæc ſcripta deputamus,quam ſi facere recuſaueris, aut non perfeceris, vel præſtiteris,ſceleris contra te obiecti conuictũ te habebimus. Dat. &c.

Forma

¶ Forma liberandi, vel releuandi ab infamia eum qui si purgauit.

NOS F. N. &c. sacris eloquijs admoniti, vt bonum nomen curemus, famamq; nō negligam⁹, non potuimus æquo animo ferre te Venerandum P. F. B. infamiæ peruagantis labe manere pollutum. Sapiens namq; Curam inquit, habe de bono nomine, et salomon, præ diuitijs illud asserit eligibilius, & iterū melius illud esse quam vnguēta præciosa, Cum ergo contra te curreret infamia, ꝙ homicidium opere perpetrasses, nos ad illam diluendam, tibi purgationem canonicam cum quatuor compurgatoribus indiximus, Quos abstè prolatos probauimus tanquam religiosos, integræ ac rectæ conscientiæ, & probos viros, nobis optime notos, qui tibi sub præcepto sanctæ obedientiæ & excommunicationis late sententie pœna ad veritatem dicēdā requisito & astricto & cōstanter factum neganti, quin etiam innocentiam in hac parte asserenti, adhæserunt, & in conscientia sua asseruerunt se credere, quod veraciter innocentiam tuam assereres, & ꝙ factum in tanto præcepto nō negares si illud commisisses, Iccirco ad releuationem tue famæ, & dilutionem infamię descendentes. Visis negatione, & assertione tua, & compurgatorū adhæsione et contestatione, sedentes in Camera nostra, in sella quā pro tribunali, et loco iudicij elegimus, Deū et iustitiam præ oculis habentes, Christi nomine inuocato, dicimus, pronunciamus, et sententiamus, te Venerandum Patrem F.B. ab infamia supradicta illesum et liberum et in facto innocentem, et iniuste affectum.

fectum nomine et infamia prædictis, et tanquam innocentem, liberum declaramus In nomine patris, & filij & spiritus sancti Amen, Acta lata & lecta. &c.

¶ Forma restituendi ad gratias ordinis quibus propter delicta quis erat priuatus.

NOS F. N. &c. Scientes peccati veniam non debere dari nisi correcto, Correcto vero indulgentiæ veniam dari, Iura quoq; ad parcendum magis quam vlciscendum aut puniendum esse propensa, Te Venerandum P.F. B. miserationis & benignitatis oculo respeximus, & quia correctum & emendatum credim⁹ veniæ & Indulgentiæ brachijs suscipimus & amplectimur, ac authoritate, Reuerendissimi Magistri Generalis ordinis, vel Capituli Generalis, aut Capituli prouincialis, Nobis commissa, & præsentium tenore Te F. B. præfatum, ab apostasia redeuntem, ad habitum ordinis recipimus, ac restituimus ad omnes & singulas gratias, beneficia, & suffragia, & vtranq; vocem & locum, & omnia & quecunq; alia, a quorū adeptione, vel exequtione propter tale crimen, iuxta cōstitutiones, vel sententiam per F. N. contra te alias latam vel quomodolibet aliter, esses impeditus, aut prohibitus. In Quorum fidem his officij nostri sigillo munitis manu propria subscripsimus &c. Dat.

¶ De modo eligendi Priorissam in monasterijs ordini prædicatorum subiectis.

MOdus eligendi priorissam talis est. Nam eo tempore quo priorissa alicuius monasterij eligi dȝ, sorores habent in tres fratres ordinis se compromittere, scrutatores votorum ac voluntatum ipsarum.

Qui

Qui dicti tres audient singillatim & seorsum redigẽ do in scriptis voces ipsarum,& secreto. Quibus auditis, nõ debẽt voces singillatim promulgare,sed sic dicere. Talis soror habet quatuor voces,talis aũt hꝫ x. & ista habet plures,& nominata a maiori parte capituli. Ille autem qui fuit primus inter scrutatores habet alijs dicere si volunt cum pluribus conuenire & electioni ipsarum consentire. Si dixerint ꝙ sic,tũc primus & principalis habet sic formare decretũ electionis. Ego frater A. vice mea & collegarum meorum compromissariorum fratris. B. & Fratris. C. & sororum prę{s}entium eligentium eligo sororẽ. N. in priorissam monasterij sanctæ N. de N. &c. Ex quo apparet ꝙ compromissarij scrutatores habent consentire in electione plurium,& eligere cum illis cõmuni forma electionis. Si vero dixerint se nolle consentire in illam electam a pluribus, habet tunc principalis formare decretum electionis ita dicens. Ego frater A. vice mea & compromissariorum collegarum meorum & sororum consentientiũ eligo in priorissam monasterij sancte N. d.N. sororem. N. de N. &c. Et si omnes eligant vnanimiter & concorditer nulla ex ipsis sororibus discrepante, dicat primus & principalis compromissarius. Ego frater. A. vice mea & compromissariorum collegarum nostrorum & omnium sororum presentium electioni, eligo sororem. N. de N. priorissam monaste. sancte N. de. N. ¶ Predicta aũt priorissa sic electa debet per magistrum ordinis vel prouincialem prouincie illius monasterij seu per vicariũ ad hoc cõstitutũ spãlem illorũ cõfirmari.

¶ De

¶ Forma decreti electionis Prioriſſe mittendi ad confirmatorem.

REuer. Pater. Cum Veneranda. M. S. N. Prioriſſa noſtri Monaſterij N. functa fuerit officio ſuo, volentes infraſcriptæ ſorores, ſuæ communitati & Monaſterio, de capite prouidere, hac die 6. Maij, ad ſonum campanæ per M. ſupprioriſſam vocatæ in capitulum conuenerunt, propoſitisq; & acceptis loco & tempore, & e tribus modis eligendi, recepto modo per ſcrutinium, factis proteſtationibus, & inuocata gratia ſpiritus ſancti. Ego F. N. & F. A. & F. B. cõpromiſſarij & ſcrutatores deputati, ad feneſtram, ſeu bancum acceſſimus, vota ſingularum ſcrutaturi, & recepturi ſingillatim, Quibus auditis et ſcriptis cõpertum eſt, ꝙ S. A ſupprioriſſa elegit S. N.

S. B. eligit S. N. S. C. eligit S. N.

S. D. eligit. S. O.

Poſtmodum publicato ſcrutinio, factaq; collatione numeri ad numerum inuentum eſt ꝙ S. N. electa eſt, a maiori parte, Interrogatis vero ſororibus an oẽs condeſcendere & aſſentire vellent in eam Ipſisq; nihil reſpondentibus, vel omnibus, aſſentientibus ego N. formaui decretum ſic. Ego F. A. Vicarius &c. vice mea & F. B. & F. C. collegarum meorum cõpromiſſariorum, & ſororum, electricum, eligo S. N. in Prioriſſam huius monaſterij N. in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti Amen, et infidem nos ꝓpria manu ſubſcripſimus. Die ſupradicta. Ego F. A. Vicari⁹

Ego F. B. 2. compromiſſarius et ſcrutator.

Ego F. C. 3. compromiſſarius et ſcrutator.

A tergo

A tergo, Reuer. P. Prouinciali N. ord. præd.

¶ Literas confirmationis, faciet P. Prouincialis, conformiter ad suprapositas pro prioribus.

¶ Forma tenendi capitulum quotidianum.

POstquam prior ingressus fuerit capitulum, dicat Benedicite, & responso ab omnibus. Dñs, dicat prior. Recitentur beneficia quæ sunt recitanda Quibus recitatis, prior dicat. Multa sunt beneficia pres & fratres in christo dilecti quæ continue nobis a deo conferuntur, quibus viuimus & sustentamur. Vnde ne domino deo & benefactoribus nostris inueniamur ingrati. Recommitto missis & orationibus vestris bonum statum sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ, capitis eius summi pontificis, & collegij Reuerendissimorum dominorum Cardinalium, maximeq; reuerendissimi domini protectoris ordinis nostri, Statum omnium prælatorum ecclesiæ sancte dei, maxime assumptorum de ordine nostro. Statum reuerendissimi domini patriarche, vel archiepiscopi, vel episcopi, huius ciuitatis cũ toto clero & populo suo. Quo ad ordinem nostrum recommẽdo statum totius ordinis nostri in generali. In speciali autem statum reuerendissimi magistri ordinis & Reuerendi procuratoris ordinis cum socijs eorundem, & omnium prouincialium & priorum ordinis & per maxime Reuerendi patris prouincialis & omnium priorum nostrę prouincię & mei ipsius qui plurimum indigeo. Quo ad statum temporalem recommẽdo missis & orationibus vestris in communi statum totius christianitatis, in particulari vero statum Serenissimi imperato-

tis

tis & omnium regum,ducum principum dominorũ & communitatum totius christianitatis,maxime aũt huius dominij sub quo viuimus sustentamur, & serenissimi regis,vel principis,vel magnificę communitatis ipsius,vt dominus pacem & tranquillitatem ei cõcedere dignetur ad regendum populum sibi cõmissum. Recommẽdo etiam vobis statum benefactorũ parentum consanguineorum amicorum beniuolorũ & affectorum nostrorum & totius ordinis nostri & maxime huius conuentus,& ciuium huius ciuitatis & maxime talẽ. N. qui maxime nobis afficitur & bonam eleemosynam cõtulit. Item talem N. qui grauiter infirmatur vel est in tali N. vel tali. N. necessitate tribulatione vel angustia constitutus. Recommẽdo etiam omnes christianos qui sunt in tribulatione in captiuitate in seruitute infidelium & inquibuscunq; angustijs paupertatis vel infirmitatis cõstituti. Multe sunt etiam persone quę in tribulationibus & angustijs posite sepe rogant commẽdari orationibus vestris habentes deuotionem in eis. Illas igitur secundum fidem earum vobis recommẽdo. Quo ad statũ defunctorum in generali recommẽdo missis & orationibus vestris animas omnium fidelium defunctorum. In particulari vero animas parentum nostrorum fratrum & sororum ordinis amicorum & benefactorum qui nobis annuales siue quotidianas eleemosynas contulerũt,vel pro quibus a suis nobis collate sunt & conferuntur, & maxime illarum pro quibus eleemosyne præcedentes recitate fuerunt. Insuper recommẽdo animam talis fratris.N. vel talis per

sonę

fone N. quæ his diebus ex hoc feculo migrauit. Et fi quę effēt obligationes, vel eleemofynę datę pro ali quibus animabus pro quibus non effet fatisfactum, ego accepto animas illas ad participationem miffarum & omnium bonorum noftrorum donec fuerit pro eis fatisfactum coram domino deo. Hos igitur nominatos & alios merito nominandos tam viuos quam defunctos miffis & orationibus veftris recom mēdo, pro quibus omnibus in præfentiarum dicem⁹ ad domminum. Prior furgens dicat orationem. Retribuere. Pfal. Ad te leuaui, cum Gloria patri. De profundis, cum Requiē, Kyrieleyfon chrifte eleysō Kyrieleyfon. Pater nofter. Et ne nos. v. Oremus pro domino papa. refp. Dominus conferuet eum & viuificet eum & beatum faciat eum in terra, & nō tradat eum in animam inimicorum eius. v. Saluos fac fer uos tuos & ancillas tuas. refp. Deus meus fperantes in te. v. Requiefcant in pace. refp. Amen. Dominus vobifcum. Oremus. Oratio. Oṗs fempiterne deus qui facis mirabilia magna folus, prætende fuper famulum tuum papam noftrum, & fuper cunctas congregationes illi commiffas, fpiritum gratie falutaris, & vt inueritate tibi complaceant, perpetuum eis rorem tue benedictionis infunde. Prætende dn̄e famulis & famulabus tuis dexteram celeftis auxilij, vt te toto corde perquirant, & quæ digne poftulant affequantur. Fidelium deus omnium conditor & re demptor animabus famulorum famularumq; tuarū remiffionem cunctorū tribue peccatorū, vt indulgētiam quam femper optauerūt pijs fupplicationibus

confequantur.

consequantur. Qui viuis & regnas per omnia secula seculorum, resp. Amen.

¶ Forma ad induendum nouitios.

CVM aliquis, recipi ad ordinē petit, prior de consensu capituli eligat tres examinatores q recipiēdum examinent, an sit aptus religioni nostre, an sit boni ingenij & competentis litteraturę, & quāto tēpore ipse habuit hanc voluntatem, & qua ratione ingrediatur, si propter deuotionem, vel fugā laboris, vel necessitatem, vel parentū rigiditates, & si est coniugatus, vel seruus, vel habet reddere rationem de administratione, vel sit debitis obligatus, vel professus alterius religionis, vel habeat occultam infirmitatem, an sit illegitimus, & cuius ætatis. Cum igitur quilibet his eum examinauerit referant priori & capitulo quid sibi videatur de illo. Tunc prior querat consensum fratrum, & si maior pars consenserit, si in clericū est recipiendus, poterit recipi, si vero fuerit conuersus, requiritur auctoritas prouincialis & consensus duarum partium vocalium. Vocales autē hic sunt omnes clerici, professi. Interim magister nouitiorum instruat eum quomodo se habere debeat in capitulo, & qūo se prosternat, & ad petitionem prioris petētis quid petat ꝙ respōdeat. Misericordiā dei & vestram. Cum igitur ducendus est ad capitulum, magister nouitiorum eum ducat vsq; ad medium capituli, & oñdat ei locum veniæ faciendæ. Qui toto corpore in terram prostratus, & manibus in modum crucis extensis, priori petenti quid querat respondeat. Misericordiā dei & vestrā. Tunc prior faciat eum

surgere

surgere & dicat ei. Fili charissime in ista petitione tua duo petis, scilicet misericordiam dei & nostram Sed misericordiam dei tibi dare non possumus, sed bene credimus te fuisse eam consecutum, quia dñs deus te inspirauit ad ingressum huius religionis. Nostram autem misericordiam tibi dare non possumus sine quibusdã cõditionibus, quas si nõ haberes aut nõ ꝓponeres obseruar̃, nõ posses haber̃ misericordiã nostrã. ¶ Nam in primis si esses coniugatus & matrimoniũ cõsumasses cũ vxore tua, non possemus te recipere, quia tu illi esses obligatus. ¶ Secundo si esses seruus emptitius similiter nõ possemus te recipere, qa esses in ptãte domini tui. ¶ Tertio si haberes debita magna que soluere nõ posses, aut esses obligatus redder̃ rationẽ alicuius administrationis per te factę de rebus alterius, donec de illa esses expeditus, non possemus te similiter recipere, quia religio ẽ pauperrima, & non potest soluere debita aliorum. ¶ Quarto. Si esses professus alterius religionis, quia illi esses obligatus non possemus te recipere. ¶ Quinto. Si haberes aliquam occultã, vel manifestam infirmitatem similiter non possemus te recipere, quia religio propter labores suos corpora consumit & non restaurat, & fratres multa habent agere, que si infirmis continue seruire deberent non possent peragë. Habes tu aliquam vel aliquas istarũ conditionũ? Quo respondẽte, domine non, dicat prior. Ad consequẽdam misericordiam nostram non sufficit non habere prædicta, sed etiã opꝫ ꝙ intelligas que habeas seruare in religione, ne postea dicas te fuisse deceptum

vel nō credidiſſe tot ardua eſſe in ea. In primis opʒ te ſeruar̄ tria vota principalia religionis, ſcilicet obedientiam, paupertatem, & caſtitatem. ¶ Quantum ad obedientiam ſcias ꝙ eris obligatus ſeruare regulam & conſtitutiones noſtras & obedientias maiorū tuorum, ita ꝙ non extimes te vllam habere libertatem, ſed totaliter eſſe ſubiectum & priuatum propria voluntate. Nam non poteris manducare, vel bibere ſine licentia, nec ad aliquem locum accedere, nec tibi aliqua placita facere ſine voluntate tui prælati. Et ſi velles ſtare venetijs & tui ſuperiores voluerint ꝙ Romæ aut Florentiæ, aut Mediolani, aut in Francia, vel in Hyſpania, tenebris obedire eis, & non tibi cōplacere. Quantum ad paupertatem ſimiliter non poteris habere aliquid, quamtumcunq; modicum quod poſſit dici tuum, vel ꝙ tu poſſis dicere hoc meum ē, ſed ea que tibi erunt conceſſa, erunt ſubiecta voluntati prelati tui, q ea tibi auferre poterit quotieſcunq; voluerit, & tu non habebis contra eum ius aliquod. Nec poteris tenere pecunias, & ſi tibi date fuerint non poteris eas expendere, nec aliquid de tibi conceſſis donare alienare, vel commutare ſine licentia prelati tui quamtumcumq; minimum ſit. ¶ Circa caſtitatem teneberis nō ſolum ſeruare caſtitatem corporis ſed etiam mentjs, ideſt ꝙ non cogites de rebus inhoneſtis nec delecteris in illis, & vltra hoc non poteris loqui turpia, aut facere alios actus turpes, & inhoneſtos & lubricos nutus, & fixionem oculorum in mulieres, & ita te exiſtimes in hoc tanquam non eſſes homo, ſed lapis vel lignum. Et ad melius ſeruanda

da ista,regula & constitutiones ordinauerunt aliqua ad corporis macerationem, scilicet vigilias, quia qñ placebit tibi dormire, tunc oportebit te surgere ad matutinas, vel ad faciendas alias obedientias. Item ieiunia,quia vltra omnia ieiunia ecclesię teneberis ie iunare a festo sanctę crucis vsq; ad pasca,exceptis die bus dominicis & etiam in omnibus ferijs sextis totius anni. Et non poteris comedere carnes vnquam sine necessitate, infirmitate, vel licentia. Et quia reli gio est discreta, & non vult a religioso nisi id quod potest, scias ꝙ accedente aliqua necessitate prior,vel prelatus tuus poterit dispensare tecum in huiusmodi austeritatibus aliquando, maxime in vigilijs & ieiunijs. Item oportebit te ambulare lõga itinera pedester,& aliquando sine pecunijs questuãdo victum. Item oportebit te ire per villas ad questuandum grana,vinum,& alia pro victu fratrum, pro pane queren do cum sacha,& necesse erit tibi etiam aliquãdo portare vestes laceratas & viles, & pati multa incommo da & multos labores, & quando ista feceris adhuc habebis tribulationes & reprehẽsiones,& vilificatioquas,quas omnes oportet te ferrre patienter,que & si graues sint, habent tamen magnam mercedem,sci licet vitam eternam quam tibi ex parte dei firmiter promitto si prædicta obseruaueris. Vis ergo obserua re omnia prædicta pro posse tuo? Quo respondente ꝙ sic,dicat prior. Dominus qui incepit ipse perficiat. Et conuentus respondeat Amen. Tunc magister nouitiorum ducat eum ad priorem,& faciat eum genu flectere coram eo,& vestiarius similiter portans ve-

ſtes præparatas eas priori porrigat,& prior primo eũ induat tunica,& poſtea cingat cingulo, poſtea ponat ei ſcapulare & capucium & vltimo capam. Quo induto,omnibus flectentibus genua,cantor incipiat in cantũ hymnum. Veni creator ſpiritus,& fratres bini & bini vadant cantando hymnum ad chorum. Poſt priorem vero ſequatur magiſter nouitiorum ſecum ducens nouitiũ vſq; ad gradus altaris maioris,& ibi faciat eum proſterni. Completo hymno, & dicto Kyrieeleiſon &c. pater noſter. Ver. Emitte ſpiritum & Ver. Saluum fac &c. & orationibus. Deus qui corda. & Pretende,a priore dicendis,magiſter nouitiorum ducat nouitium ante priorem,& faciat eum genuflectere & diſcooperire, & prior aſpergat ipſum aqua benedicta, poſtmodũ vero recipiat eũ ad oſculum pacis, & poſt priorem ſimiliter omnes fratres primo in choro dextro poſtea in ſiniſtro, & interim cantetur. Te Deum. Quo facto magiſter ſuus eum ad priorem reducat. Qui ſi vult, tunc poteſt ei nomen mutare. Poſtea dicat. Ecce fili tu recepiſti miſericordiam noſtram ex parte, quia tibi dedimus habitum noſtrum ad probationem, reſtat tibi facere profeſſionem, vt ipſam miſericordiam noſtram poſſis habere complete. Et quia forte mores religionis non placebunt tibi aut mores tui non placebunt nobis. Iõ auctoritate eccleſiæ,& ordinis tibi concedo vnum annum, vt tu poſſis probare mores noſtros & nos mores tuos. Et ſi tibi placebit nobiſcũ viuere, & nobis placebit conuerſatio tua recipiemus te ad profeſſionẽ. Alias & nos & tu erimus in libertate.

Conare

Conare ego iugum hoc ꝓ amore dei libenter ferre, & magistro tuo in omnibus obedire tanquam mihi. Tunc prior dicat. Auditorium nostrum &c.

¶ Forma & modus faciendi professionem.

CIrca finem anni post receptionē prior in capitulo mandet magistro nouitiorum ꝙ referat quomodo nouitius ille se habuerit. Qui fideliter referens mores eius & aptitudines ad religionem nr̄am, dicat opinionem suā an sit recipiendus ad professionem. Postea prior req̄rat consensū capituli. Quo accedēte, cōpleto anno et die mgr̄ nouitiorū ducat nouitiū in capitulo corā priore, & facta prostratione & petita misericordia dei & ordinis & expositis ei per priorē impedimētis, & austeritatibus vt supra in receptione nouitij notatū est, & nouitio promittente se illas seruare velle, prior dicat. Dominus qui incepit ipse perficiat, & conuentus, respondeat Amē. Tunc accedēs nouitius genuflectat ante Priorē, & prior accipiat manus nouitij, inter manus suas, & librū constitutionū super manus vtriusq; ponat, & ille qui profitetur legat. Ego frater talis &c. vt ibi habetur. Postea solus prior recipit ipsum ad osculum pacis. Completa ꝓfessione prior benedicat scapulare sicut in cōstitutionib⁹ scriptum est. Si fuerint plures nouitij recipiēdi mutet in suprapositis numerus singularis in pluralē.

¶ Forma generalis absolutionis que fit in capitulis vel solemnitatibus magnis.

QVando facienda est generalis absolutio in capitulo vel choro fratres omnes se prosternāt. Et dicto Cōfiteor & Misereatur, surgat prior solus & di-

cat. Si tenemini aliquo vinculo, vel aliquibus vinculis excommunicationis suspẽsionis aut interdicti inquantum se extendunt gratie,& priuilegia ordini nostro indulta, mihi commissa,& vobis concessa. Ego absoluo vos, & restituo vos sacrosanctis sacris ecclesiæ, communioni & vnitati fidelium. In nomine patris,& filij & spiritus sancti Amen. Item eadẽ auctoritate ego dispenso vobiscũ super irregularitate, vel irregularitatibus si quam vel si quas cõtraxistis & habilito vos executioni ordinum,& officiorũ vrorum. Item eadem auctoritate. Ego absoluo vos ab omni trãsgressione regulæ & constitutionũ & ordinationum & admonitionũ maiorum nostrorum,& ab omni penitẽtia oblita & neglecta,& maxime a pena que debetur propter fractionem silẽtij inter duo capitula. Et ab omnibus alijs de quibus consueuit fieri absolutio in consimilibus capitulis, vel solemnitatibus, vt sitis absoluti, hic & ante tribunal dñi nñi Iesu christi, habeatisq; vitam eternam,& viuatis in secula seculorum Amen. Postea iniungat penitentiam ad arbitrium suum.

¶ Forma tenendi capitulum pro scrutinio prioris & electione socij prioris euntis ad capitulum prouinciale.

PRimo Supprior, vel Vicarius Conuentus, debet intrare capitulum cum fratribus vocalibus, & statuere diem electionis socij, & scrutinij prioris.
Secundo exhortetur fratres ad eligendum pacifice, et quiete, et concorditer socium prioris.
Tertio obseruentur omnia que canonice obseruanẽ

in

in electione Prioris.
Quarto eligatur socius a maiori parte.
Quinto fiat scrutinium prioris.
Sexto scribantur accusationes prioris in scrutinio.
Septimo sigilletur scrutinium per suppriorem, vel vicarium conuentus coram toto cõuentu sigillo cõuentus, & nullo modo publicetur ante sigillationem vel post, et sic sigillatum detur socio.
Octauo Scribantur in carta petitiones que fiunt a conuentu.
Nono Scribantur in eadẽ carta nomina fratrũ, quos conuentus petit amoueri, & nomina illorum quos petit assignari.
Decimo Scribantur in eadem carta obitus fratrum qui a tempore capituli prouincialis proxime præteriti in dicto conuentu obierunt.
Item scribantur debita conuentus in eadem carta.
Hec carta sigilletur sigillo conuentus, & detur socio vt eã portet ad capitulum prouinciale.
Item socius debet deferre capitulo nomina fratrum sui conuentus, cum expressione ordinum & officiorum suorum conscripta in vna carta particulari, hoc ordine.

¶ Isti sunt fres qui assignati sunt in cõuentu N. de N.
In primis Frater .N. prior. Sacerdotes.
Frater .N. de N. supprior.
Frater. N. magister nouitiorum.
Frater.N. Sacrista.
Frater .N. Syndicus, & sic de singulis officialibus.
Frater .N.

Et hanc cartam similiter presentare debet Reuerendo prouinciali,& diffinitoribus capituli.

¶ Forma electionis Reuerendissimi magistri ordinis fratrum prædicatorum.

1 ¶ In primis cantetur missa de spiritusancto, cum oronibus de beata virgine,& de beato Dominico
2 Disponatur locus electionis cum disco atramento ,& pēnis.
3 Assignentur constitutiones, & rubricæ alicui, vel aliquibus.
4 Inuestigetur ab electorib⁹ qui sunt tres antiquiores prouinciales,et quis inter eos est antiquissim⁹.
5 Congregentur fratres ad capitulum.
6 Publicetur determinatio examinatorum vocum.
7 Legatur bulla siqua legenda est.
8 Excludantur promissiones.
9 Legatur rubrica,et constitutio.
10 Moneant priores prouincie vt sint parati ad introducendum patres electores in conclaui, et ad ipsum custodiendum.
11 Ordinentur custodes pro conclaui.
12 Imponantur misse et orationes.
13 Fiat protestatio.
14 Fiat generalis absolutio.
15 Includantur electores in conclaui.
16 Ante omnia ista, debent fieri examinatores vocũ tres . Vn⁹ de Hispania Vn⁹ de Italia, vn⁹ de Gallia.

¶ In conclaui fiant ista.

1 ¶Legatur rubrica et cōstitutio de electione magr̄i.
2 Deinde flexis genibus et deuote dicatur hymnus.

Veni

Veni creator. cum ver. et oratione, et habeatur liber pro hymno et oratione.

3 Inuestigetur si aliquis elector est absens.

4 Exponatur per vicarium de tempore procedendi scilicet an velint illo tēpore ad electionē ꝓcedere.

5 Exponantur modi procedendi scilicet compromissionis, comunis inspirationis, et scrutinij per schedulas, et eligatͣ modus ꝓcedendi ꝑ schedulas

6 Tres antiquiores vadant ad discum.

7 Recipiant in aliquod vas schedulas inuolutas iuxta formā in electione prioris cōuentualis positā.

8 Redigant omnia in scriptis in conspectu omnium secrete, et in eadem domo et loco.

9 Videatur si est aliquis absens et infirmus.

10 Publicentur vota coram omnibꝰ electoribus.

11 Fiat collatio numeri ad numerum.

12 Formetur electio per antiquissimū prouincialē si ipse nō est electus, et si est electus, tunc alius antiquior immediate sub eo formet decretum. Iuxta ordinationem capituli Generalis.

¶ Deinde incipiatur in conclaui Te deum laudamus, et fratres ab extra ipsum prosequantur. Et conueniant omnes fratres ad locū conclauis, et per prouincialem antiquissimum recitetur processus electionis breuiter et succinte, et formetur decretum vt supra. Postea conueniant fratres ad ecclesiā, et duo prouinciales antiquissimi ducāt magr̄m ordinis ante gradum altaris, et magister flexis genibus prostratus iaceat, et antiquissimus prouincialis dicat versum, et orationem. ver. Saluum fac

seruum

seruum tuum. Dñs vobiscũ. Oremus. Oratio.

CONcede q̃s omnipotens deus, vt famulum tuum quem ad regimẽ animarum nostrarum elegim⁹, dono tue gratie prosequaris, vt te largiente cum ipsa tibi nostra electione placeamus. Per christum.

Postea ijdem antiquissimi prouinciales mgistrum eleuent, et ipsum ponant in sede sua in choro dextro. Et interim pulsetur ad capitulum, et fratres sine processionis ordine intrent capitulum, et magr̃ vltimo. Et positus in loco suo fratrum orationibus se commendet, et alia que vult ꝓponere ꝓponat. Et moneat fratres circa spiritualia, et actus scholasticos, et bonos mores.

Iterũ moneat cunctos vt dent memorialia et scrutinia. Ordinetur tabula officialium.

Surgat magister completo capitulo et dicat, Adiutorium nostrum etc.

¶ Forma celebrãdi capitula generalia vel prouincialia secundũ consuetudinem fratrũ predicatorũ.

In ebdomada præcedente assignationem futuri capituli fiant que sequuntur.

Consilium de examinatoribus vocum teneatur ꝑ patres nationum simul cum prouinciali.

Collatio in capitulo fieri debet.

Statuanť custodes ne seculares impediãt capitulũ

Pronuncientur in capitulo vel in mensa examinatores vocum.

Statuať vnus q̃ scribat nomina fratrũ aduenientiũ

Prouideatur de fratribus vocandis conuentuum propinquorum ad processionem.

Disponantur

Diſponantur predicatores per totum capitulum & maxime per proceſſionem.

Ordinentur circuli,diſputationes cathedrales, & fratres qui habent tenere concluſiones.

¶ 3. die ante inceptionem capituli fiant hec. ¶Die iouis vel veneris. Scribantur nomina patrum vocandorum ad conſilium die ſequenti ꝓ electione diffinitorum,& ponatur ſchedula ꝙ mane tempeſtiue veniant ad conſilium.

Mandetur vocalibus ꝙ in mane ſequenti conueniant ad capitulum.

Scribatur tabula officialium capituli.

Scribatur tabula vocaliũ ꝓ ſcrutinio diffinitorũ.

Scribantur mandata neceſſaria.

Scribãtur in vna tabula,vel quaterno, nomina conuentuum, & dimittatur ſpatium pro fratribus aſſignãdis. Et ita fiat de alijs fiendis in capitulo,puta de ordinationibꝰ pñijs & ceteris pro actis capituli.

¶ Die ſequenti fiant hæc. ¶ Die ſabbati.

Mane teneatur conſiliũ de diffinitoribus capituli.

Habito conſilio vadant ad capitulum.

Fiant publica mandata neceſſaria.

Legatur tabula officialium capituli.

Audiantur examinatores vocum.

Petantur voces fratrum ſi placet ſnía.

Fiat proteſtatio.

Fiat generalis abſolutio.

Mandetur fratribus ꝙ poſtquam dederint vocem non loquantur ad inuicem.

Prouincialis,prior, & ſupprior vadãt ad diſcũ & audi

ant

ant vota frm,& sit ibi papyr⁹ atramētū, & calami.
Auditis pñtibus vocalib⁹ vadāt ad infirmos si q sūt.
Publicentur per suppriorem vota fratrum.
Vocentur electi ad medium & imponatur eis officiū diffinitionis,& postea sedeant in locis suis, super omnes alios,quē teneāt durāte ipsorū authoritate
Post electionem diffinitorum fiat sermo litteralis.
Petatur assensus diffinitorum ad omnia que prius ordinata sunt,& eorum auctoritate confirmentur.
Dicāt priorib⁹ & socijs conuentuū & fratrib⁹ vt dēt in scriptis pueros & iuuenes aptos ad scientiam.
Mandetur socijs conuentuum ꝙ portēt scrutinia,memorialia,petitiones,& debita conuentuū,& si qua voluerint ꝓponere diffinitorio ponāt in scriptis.
Ordinentur sacculi pro diffinitoribus.
Ordinentur capsa campanula & alia necessaria ꝓ diffinitorio & de seruitoribus.
Inuitentur per priorē seculares & religiosi ad sermonem crastinum.
Statuatur dies processionis & qui debeant se preparare & committatur alicui vel aliquibus.
¶ In diffinitorio fiant ista.
Accedat prouincialis & diffinitores ad locum diffinitorij & aperiantur scrutinia conuentuum.
Cōmittat alicui de diffinitorib⁹ dictamē ordinationū
Audiantur priores & socij,& mittatur pro eis.
Audiantur visitatores vel vicarij nationum siqui sūt, & mittatur pro eis.
Sit in diffinitorio aliquod foliū in quo cōscripta sūt nomina omnium priorum prouincię de per se & iuxta

iuxta nomen cuiuslibet prioris, ponatur nomen socij conuentus sui & visitatores & vicarij nationum, vt quãdo diffinitoriũ mittit pro aliquo priore, mittatur etiã pro socio & visitatore, et vicario, nationis si fuerit presens.

Proponatur in mensa ꝙ si fratres volunt aliquid proponere in diffinitorio cito se expediant, et tales volentes proponere audiantur.

Videantur petitiones conuentuum, memorialia fratrũ, & litere dominorũ & cõmunitatũ si que sunt.

Videatur numerus fratrũ iuxta conuentus ꝓuincie.

Examinentur qui priores sint absoluendi.

Disponant̃ assignationes fratrũ pro conuentibus.

Fiãt ꝑdicatores generales. Assignent̃ studentes.

Dentur penitentie.

Fiãt vicarij in cõuẽtib⁹ in q̃b⁹ priores sunt absoluti.

Assignentur suffragia pro viuis & mortuis.

Dentur socij prouinciali, vel diffinitori euntibus ad capitulum generale.

Assignetur sequens capitulum prouinciale.

Fiat aliquis examinator literarum de beneficijs.

Instituantur iudices ad causas.

Taxetur pena in eorum literis.

Audiantur iudices.

Approbentur eorum sententie.

Prouincialis reddit computum de introitibus & expensis prouincie.

Fiat rõcinium de introitibus & expensis capituli.

Prouideatur prouinciali & diffinitoribus & alijs qui laborauerunt pro capitulo.

Fiant

Fiant littere responsiue dominis & communitatib⁹.
¶Die sequēti fiāt ista. ¶Die dñico vel die lune.
Declarentur iudices ad causas.
Exponātur examinatores literarum de beneficijs.
Videat̄ si qua preter cōsueta sint dicēda in capitulo.
Pulsetur ad capitulum.
Post Benedicite, legitur constitutio de solemni celebratione capituli a principio vsq; ad finem illius .§ scilicet Finito sermone.
Dicatur Veni creator spiritus. cū versu, & collecta.
Detur benedictio sermocinanti.
Fiat sermo.
Fīito sermōe legat̄ cōstitutio ab illo .§.Fīito sermōe.
Recitentur obitus fratrum.
Fiat cōmendatio viuorū & defunctorū, dicat̄ psal. Ad te leuaui, & De profundis, cum versibus & collectis, vt dicitur in eodem capitulo, vbi supra.
¶ Die sequenti fiant ista. ¶ Die martis.
Egrediantur qui non sunt de corpore capituli.
Legantur qui deficiunt & excusentur.
Culpe audiantur singulorum de capitulo.
Quādo priores dicūt culpas suas petantur visitator vicarius illius nationis, & socius conuentus.
Committatur audientia reliquarum culparum.
¶ Die sequenti. ¶ Die mercurij.
Tenetur consilium de diffinitore mittendo ad capitulū generale.
Pulsetur ad capitulum.
Mandetur fratribus ꝙ non descedant.
Prouincialis prior & supprior vadant ad discum.
Audiantur

Audiantur vocales.
Publicentur vota fratrum.
Vocet̃ elect⁹ ad mediũ,& imponat̃ sibi offm̃ diffõnis.
¶ Die sequenti fiant ista. ¶ Die Iouis.
Procedat̃ ad scrutinium ꝓuincialis per diffinitores.
Sigilletur in conspectu omnium.
Requirantur petitiones.
Scribatur in scrutinio nomen diffinitoris & socij.
Assignetur scrutiniũ diffinitori si pñs est in capitulo.
¶ Die sequenti fiant ista.
Pulsetur ad capitulum.
Legatur constitutio de capitulo generalissimo,ibi de solutione autem questionum.
Post Benedicite, recitentur beneficia.
Exhortentur fratres vt benigne et humiliter suscipiant que acta sunt.
Legantur acta capituli.
Priores absoluti veniant ad medium capituli & consignent sigilla conuentuum suorum.
Pronuncietur taxa pretij pro scriptura actorum.
Fiat mandatum ꝙ nullus socius conuentuum recedat de capitulo sine actis.
Significetur iter prouincialis.
Fiat generalis absolutio.
Consignentur diffinitoribus aut vicarijs conuentuũ vel socijs sigilla conuentuum.
Deputetur vnus qui corrigat acta.
Terminetur capitulum per audiutorium nostrum.
¶ Postea ista fiant.
Videatur de contributionibus persoluendis.

Exhortent̃

Exhortent fres ad bñ exequēda officia sua, & priores ad recipiēdos nouitios bñ natos & aptos ꝓ ordīe
Dent frib⁹ lre rñsiuc dñis & comūitatib⁹ quas portēt.
Sollicitentur fres vt citò vadant ad conuētus suos.
Ordinet vu⁹ quatern⁹ in quo ponāt pūcta lrarū dirēctarū aut capitulo aut magistro ordinis vel ꝓuincia li, & scribatur datū & dies quando fuerūt recepte.
Ordinetur de rñsionibus literarum receptarum.
¶ Circa processionem generalem capituli.
Scribantur singillatim oēs fratres iuxta gradus suos.
Prouideatur de via processionis.
Ordinetur vbi debet cantari missa.
In quibus sit magis cantandum.
Si alicubi debet pausari processio.
Fiant ordinatores processionis qui preuideāt viam, & cum silentio corrigant fratres.
Sint fratres preparati cum reliquijs sanctorum.
Predicti fratres & cantores sint rasi.
Fiant plures ordines de cantoribus.
Sribant.xij. fres qui sint primi parati in processione.
Cōbinentur pueri cum aliquibus prouectioribus.
Publicetur processio in predicatione.
Ante ꝓcessionē ꝓuincialis intret capitulū & declaret modū ꝓcessionis, & hortet fres vt discrete & honeste incedāt, & faciat aliqua mandata super hoc.
Infra missam fiat predicatio.
Finita missa oēs ꝓcessionaliter redeāt ad conuentū.
Sint in processione due cruces cum quattuor acolythis, vna in principio, alia in medio.
¶ Ista sunt mandata obseruanda in capitulis generabus

bus & prouincialibus.
Nullus recedat a capitulo absq, licentia.
Fratres sint soliciti circa celebrationem missarum & sequelam chori.
Fratres sint soliciti intrare capitulũ quãdo pulsat & similiter circa ꝓcessiones fiendas post cõpletoriũ.
Omni die veniãt ad ꝓcessionẽ q̃ fit post missã cõuẽtꝰ.
Officium diuinum diurnum, pariter & nocturnum in ecclesia deuote dicatur.
Nullus recedat nisi prius consignauerit pannos & clauem celle officiali deputato.
Nullus transmutet pannos de loco ad locum, nec deponat schedulas.
Nullus mittat extra conuentum vtensilia capituli, & conuentus, nec etiam cibaria.
Nullus contrahat debita in ciuitate.
Nullus accedat ad loca suspecta & inhonesta.
Nullus dormiat extra conuentum absq; licentia prouincialis.
Quilibet sit auisatus in portando & tenendo ignem in cella de nocte.
Nullus cõmittat defectum in officio sibi commisso.
Fratres sint obedientes officialibus capituli secundum quod fuerint ab eis requisiti.
Nullus frater vadat solus in ciuitate, & præcipue in scapulari.
Nullus frater accedat ad aliquod monasteriũ absq; licentia prouincialis.

Explicit Formularium.

¶ INCIPIVNT COMPENDIOSISSIMA
Chronica, Reuer. Magistrorum Generaliũ ordinis prædicatorum, ex antiquis, quæ post priuilegia ordinis impressa habebãtur vt ibi dicebatur F. Iacopi de susato, ab Anno autẽ 1503. in hũc Annum 1566. per eundẽ R. P. F. Felicem Castel Franco addita.



OMINVS noster & saluator Iesus Christus verus samaritanus, infundẽs misericordissimè sauciato vulnerib' pleno vinum & oleum, immo vt verus paterfamilias messẽ videns quãplurimam operarios aũt paucos, nouissime diebus istis misit operarios in messem suam, posuit quoq; messores ad fructus vberes in agro dominico colligẽdos, fratres de ordine p̃dicatorum, qui p̃dicãdo verbo pariter & exemplo, cõfessiones audiendo, ac per alia virtutũ exercitia, hereticorũ ꝓpulsarent vitia & extirparent, mundũ errabundũ verbo doctrinæ illustrarent tenebris ꝓfugatis, Qui supradicti fratres cũ adhuc floruit charitas, affuit benignitas, viguit hoĩnũ compassio, in spiritus feruore abiectis sarcinis mundanarum facultatũ, calciati pedes in p̃paratione euãgelij, pro proximorum salute multis laboribus & vigilijs ac periculis, non solum apud christianorum nationes, verum in diuersarũ regionũ partes se dispersérunt, morti se pro christo exposuerunt, & quotidie perseuerant reddere dño populum acceptabilẽ, etiã

in terris infidelium. Saracenorum. Paganorum. Grecorum. Bulgarorum. Cumanorum. Ethyopũ. Zirorũ. Iberorum. Gazarorum. Gothorum. Ruthenorum. Iacobitarum. Nubianorum. Neſtorianorum. Georgianorum. Armenorum. Perſarum. Indorum. Tartarorũ. aliarumq; infidelium nationũ, vt ꝓteſtantur in ſuis priuilegijs. Alexander. iiij. Innocentius. iiij. Clemens iiij. Bonifacius. viij. Ioannes. xxij. & Gregorius xi. Hi enim diuina gratia cooperante, laudabilibus incrementis ſucceſſiue ſanctæ eccleſiæ profuerunt, qui aſſidue flores ꝓferẽtes copioſius honeſtatis, ꝓducũt vberius fructus vitæ. Hec enim euidẽs vtilitas vniuerſali eccleſiæ ꝓueniens, beatiſſimis apoſtolicis & ſummis pontificibus nota, promuerit ipſum ordinẽ p̄dicatorum & fratres ſpirituali fauore proſequi, defenſare priuilegijs, ac communire ſpecialibus ſedis añ dictę multiplicibus gratijs, vt apoſtolicę gratię fauoribus quaſi rore irrigati maioribus, ſemper tribuente dño conſurgat & dilatetur ipſorum incrementum. Ne ergo tam glorioſorum virorũ noſtri ordinis fratrum laudabilia opera ipſa negligentia, quæ eſt mater ingratitudinis, & gratiæ inimica aboleret, curaui poſt terga metentium cum humili Ruth hincinde ſpicas per modum chronicæ ab ordinis noſtri origine, glorioſorũ fratrũ magis ſtudioſorum ſolicitudinem circa doctrinam & ſcripta pluſquam vitam cepi colligere, quoniã multorũ vitæ glorioſæ in vitas fratrum ſunt collectę, vt legentibus normã & formã ceteriſq; traderem imitandi, atq; ea que oculi mei minime reperire potuerunt, eiſq; nota ſecundũ diſcre-

tionē patriarum nationum atq; terrarum ipsi ad hūc tractatū addere atq; apponerẽ curēt, in laudē & gloriā nomĩis dñi nr̃i Iesu xp̃i. Qui cū patre & spiritu sācto viuit & regnat de⁹ vn⁹ in sæcula sæculorū, Amen.

¶ De origine beatissimi Dominici patris nostri & institutione ordinis prædicatorum.

1203. ANno igitur M. cc. iij. tēpore Innocentij .iij. q̃ cepit anno dñi M. c. xcviij. & sedit annis. xviij. mēsibus. iiij. diebus xxiij. & huius Innocentij pōtificatus anno vj. beatus Dñicus ordinis fratrum p̄dicatorum magister & institutor primus, natione hyspanus, de villa que dr̃ calaroga oxomensis dyocesis, vir scĩa dei plenus, vita sincerus, religione cōspicuus, incepit ordinem fratrū p̄dicatorum mēte cōcipere, & voto tractare, in partibus tholosanis primordia cōputando, quo primum tholosam aduenit. Siquidē. xii. abbates cistercienſis ordinis cū vno apostolicæ sedis legato mittunẽ ab hoc Innocentio papa in terrā albigensiū, vt fidem catholicā p̄dicarent, & heretica venena pro viribus ꝓpulsarent. Quib⁹ de hyspania didacus oxomensis ep̄s hñs in comitatu suo beatum Dñicum ꝓ hereticis conuertendis adiungitur. Post biennium autē redeuntibus ad ꝓpria legato sedis apostolicæ &. xii. abbatibus dictis & dño didaco oxomensi ep̄o, beatus Dñicus cū paucis sibi adherētibus solus permansit ibidem, in indefessa continuatione p̄dicationis, & in impugnatione hæresis ferè per annos decē, vsq; ad tp̄s lateranēsis cōcilij quod celebratū fuit an-
1215. no dñi. M. cc. xv. sub eodem Innocentio mense nouēbris. Hoc tempore videns beatus Dñicus q̃ aliq̃

nobiles

nobiles in partibus tholosanis egestate compulsi, tradebant filias suas hereticis nutriendas & erudiendas, immo potius pestiferis erroribus imbuēdas, earum miseratus calamitatem instituit monasteriū de pruliano ad earum susceptionem. Vbi ancillę dei virtutibus & numero plurimum excrescentes, deuotū altissimo exhibent famulatum. Et hoc fuit primū monasterium sororum ordinis. Postea successiuè beatissimus pater Dn̄icus post ordinis confirmationem, instituit monasterium sancti Sixti de vrbe, ad mandatum dn̄i pape Honorij tertij. In quo centū & quinq; sorores reclusit. Ab his ergo omnia alia monasteria sororum ordinis originē habuerunt. Et sic ordo iste sororum qui secundus ordo appellari potest, originē habuit a beato Dn̄ico. Profectus est itaq; beatus Dn̄icus cum fulcone ep̄o tholosano ad dictum conciliū generale, cum quo adijt Innocentium papam, petēs vt sibi dignareturconfirmare ordinem, qui p̄dicatorum diceretur & esset. Qui cum statim non acquiesceret, nocte visum est eidē pontifici in somnis ꝙ lateranensis ecclesia grauem subito minaretur ruinam. Quod dum timens aspiceret, ex aduerso vir dei Dn̄icus occurrebat, humerisq; totam illam casurā fabricam sustentabat. Euigilans autē & visionem intelligens, petitionem viri dei hylariter acceptauit, hortās vt ad fratres suos rediens, regulam aliquam approbatam sibi eligerent, & ad ipsum rediens confirmationem ad libitum reportaret. Eodē tēpore, cum Innocentius papa quædam scripta dirigere vellet pro negocijs fidei ad partes tholosanas, deliberauit super

his scribere beato Dñico & his qui cum eo erant. Accito autẽ notario ait. Sede scribe super his fratri dominco & socijs eius in hec verba. Et stans paululum ait. Noli scribere sicut ꝑdixi, sed sic. Fratri Dñico & cum eo prędicantibus in partibus tholosanis &c. Et aliquantulum plus considerans dixit. Scribe sic. Magistro Dñico & fratribus ꝑdicatoribus &c. Et ex tũc cœperunt vocari nomine isto quod os domini nominauit tam in curia quam alibi. Per illud tẽpus dũ beatus Dominicus Romæ in ecclesia sancti Petri oraret, apparuerunt ei beatissimi apostoli dei Petrus & Paulus, quorum beatus Petrus baculum, beatus vero Paulus librum porrigebant dicentes. Vade prædica quia ad hoc ministerium es electus. Reuersus est igitur beatus Dominicus ad fratres suos tholosæ cõsistẽtes. Erant autẽ fratres numero. xvi. Quos cõuocans apud prulianum inuocato primum spiritusancto regulam beati Augustini doctoris & ꝑdicatoris egregij, ipsi pariter re & nomine ꝑdicatores futuri, vnanimiter elegerunt, quasdam arctioris vitæ consuetudines quas sibi per formam constitutionũ obseruandas statuerunt insuper assumentes. Electa autem regula, beatus Dominicus Romam rediens, inuenit Innocentiũ papã apud Perusiũ defunctũ, & Honoriũ iij. electũ, a quo ordinis cõfirmationẽ impetrauit.

¶De habitu fratrum prædicatorum dato per beatam virginẽ, & de ꝓphetia abbatis Ioachim, & de institutione fratrũ & sororũ tertij habitus.

1216. ANno itaq; domini .M.ccxvi. xi. Kalẽdas ianuarij, in crastino sancti Thomæ appostoli, Romæ apud

sanctum

sanctam Sabinam ordo fratrum p̄dicatorum est con firmatus, pontificatus dn̄i Honorij pape iij. anno pri mo. Nec est pretereundum ꝙ cōfirmatione ordinis habita, beatus Dn̄icus & alij primitiui fratres habitū quem hēmus non statim deferre ceperunt, sed super pelliceis vsi sunt ad modum canonicorū regulariū, cuius ordinis fuerat beatus Dn̄icus vsq; ad ingressū magistri Reginaldi decani aurelianensis ad ordinem nostrum, qui ipso anno confirmationis ingressus est. Huic magistro Reginaldo grauiter decūbēti, & a medicis desperato, nocte quadam beata virgo apparēs, salutari vnctione perunxit eum, atq; sanauit, eiq; habitum ordinis ostendens, ait. En habitus ordinis tui. Qua reuelatione facta fratres habitu ordinis celitus signato vti ceperunt. Venerabilis āt abbas Ioachin floriacēsis ordinis institutor, fratribus suis habitum quem dictus magister Reginaldus a beata virgine acceperat prophetice demonstrans, in quodam monasterio sui ordinis quod est in Calabria depingi, & ēt in ecclesia sancti Marci de Venetijs opere mu siuo fieri fecit, dicens. Cito surget in ecclesia dei nouus ordo docētium, cui p̄erit vnus maior & cum eo & sub eo erunt. xij. prefatum ordinē regentes. Quia sicut Iacob p̄riarcha cum xij. filijs ingressus est egyptum, sic ipse cum. xij. illis in illo ordine post ipsum ingredientur & illuminabunt mundum. Stante ista prophetia, timeo eos peccasse qui causam & occasionem dederunt vt per prouinciarum diuisionem hic ꝓphecticus & apostolicus numerus ab ordine tolleret. Diuina p̄terea prouidentia beatum Dn̄icum secundum

ꝙ de beato Iob ſcriptū eſt v. ca. ſcieſq; ꝙ multiplex erit ſemen tuum & ꝓgenies tua vt herba terre, nobili ꝓle fecnndauit. Diſpergente namq; beato Dñico fratres ſuos tanquam quoſdam radios, immo q̄dam luminaria vbiq; terrarum ceperunt in breui tēpore copioſe multiplicari. Eodem tempore dum per totā Italiā & etiam per partes tholoſanas hereticorum & eorum credentium perfidia intantum diffuſa eſſet ꝙ quaſi nullus catholicus eis poſſet reſiſtere, adeo etiā iura eccleſiæ a laycis fuerant occupata, ꝙ pontifices & clerici mendicare cogebantur. Inſuper & venenoſa hereticorum veſania adeo multorum & potētium animos ſubuerterat, ꝙ ſine magna fidelium multitudine non poterant coerceri quin ſuos errores publice p̄dicarent & in ſcholis docerēt. Volens igitur feruentiſſimus fidei zelator beatiſſimus pater Dñicus tam bona & iura eccleſie defendere, quam hereticorum venenoſa figmenta detegere, aduocatis quibuſdam viris fidelibus ſibi deuotis, cepit cum eis de eccleſie defenſione & de heretica perfidia extirpanda tractare. Et vt competētius talia perficere poſſet, inſtinctu ſpiritusſancti cogitauit nouum ordinē catholicorum laycorum facere in penitentia viuētium, qui eum adiuuarent ad hereticorum perfidiam abolendam, & eccleſiam & fidem catholicam defendēdam. Et quos voluntarios inueniſſet, faciebat eos iurare ꝙ omnia bona ſua & vitam corporalem pro his exponerent. Ea propter cum multos tales inueniſſet, eos fratres de militia Ieſu Chriſti appellauit. Et vt vxores eorum eos non impedirent, faciebat etiam eas iura-

re ꝗ in negocio ecclesiæ & fidei defensandæ nullum maritis pstarent impedimentum. Vt autem tales merito ab alijs discernerentur tam viris quã eorum vxoribus habitum album & nigrum contulit, & eis certum numerum orationum indixit, cum quibusdam ieiunijs & alijs abstinentijs, fratresq; & sorores de militia Iesu Christi appellauit. Igit cum ministerio beati Dñici & aliorum fratrum pdicatorum auxilioq; & armis militũ militie Iesu Christi heretici fuissent quã plurimum debellati & destructi, intantũ ꝙ in canonizatione beati Dñici pbatũ fuit quòd plusquã centũ milia hereticorum per doctrinã merita & miracula beati Dñici fuerant ad fidem conuersa, post obitum beati patris Dñici & eius solemnem canonizationẽ visum est tam patribus ordinis quã ipsis confratrib⁹ militie Iesu Christi ad honorem beati Dñici sui institutoris mutare nomen militię in nomẽ pœnitentiæ, & appellari voluerunt fratres & sorores de penitẽtia beati Dñici. Qui sub vtroq; nomine & titulo diuersa priuilegia a sede apostolica habuerunt, & nouissime per .d. Innocentium papam vij. iste ordo fuit plenissime confirmatus & gaudet omnibus priuilegijs quibus gaudẽt fratres ordinis. Et sic beatissimus pr̃ Dñicus tres ordines instituit & fundauit ad laudem patris & filij & spiritussancti.

¶ De receptione conuentuum bononiẽsis & parisiẽsis, & primis capitulis generalib⁹, & obitu beati Dominici & magistri Reginaldi.

ANno dñi M. ccxviij. fratribus pdicatoribus data est domus sancti Iacobi parisius a magistro Ioanne 1218.

ne decano ſancti quintini & vniuerſitate pariſienſi. Inde miſſus fuit frater Petrus cellani lemonicam, vbi factus eſt primus conuentus francie. Et ſtatim poſt miſſi ſunt fratres remis & aurelianis, & eodem anno cōuētus ibi receperunt. Hoc tēpore multi magni & literati viri Archidiaconi decani, abbates priores doctores omnium facultatum ordinem intrauerunt. Inter quos bononie fuerunt magiſter Rolandus Cremonenſis ſummus philoſophus, qui primus Pariſius ex fratribus in theologia rexit & ſummā glorioſam compilauit. Magiſter etiam clarus qui penitētiarius pape exiſtēs & regens in iure canonico ordinem intrauit. Magiſter quoq; Moneta famoſiſſimus in toto orbe terrarum, qui ſummā theologie contra hereti-
1219. cos compilauit. ¶ Anno dñi. M. ccxix. miſſi ſunt fratres de Roma Bononiā a beato Dñico, quos ipſe poſtea ſubſecutus eſt, & miſit inde fratrem Reginaldū Pariſius iam antea a regina celi perunctum. Qui Pariſius veniens Ieſum Chriſtum & hunc crucifixū pdicabat verbo pariter & exemplo. Vbi paulo poſt obdormiens in dño, in eccleſia ſancte Marie de campis ſepultus eſt, quia fratres ius ſepulture nondū hēbāt. Hic vir beatiſſimus fratrem Iordanum theutonicum eo tēpore ad ordinē receperat, qui tunc tēporis Pariſius erat ſacre theologie bachalarius. ¶ Anno domi-
1220 ni. M. ccxx. fuit celebratum Bononie primum capitulum generale a beato Dñico. Et anno ſequenti ſcilicet. M. ccxxi. Beatus Dñicus ſecūdū capitulum generale celebrauit Bononie. In quo capitulo ordinatum eſt ne poſſeſſiones, vel redditus fratres noſtri retinerent

tinerent

tinerent, ſed & his que habuerunt penitus renunciauerunt. In eodem capitulo frater Iordanus ꝑdictus qui nondum in ordine annum compleuerat factus ē prouincialis lombardie fundatis iam per orbem circiter. lx. conuentibus, qui in octo ꝓuincias erant diſtincti ſcilicet hyſpaniā, franciā, lōbardiam, romanā, ꝓuinciā prouinciæ theotoniam, vngariam, & angliā. Poſt iſtud capitulum generale ſtatim a confirmatione ordinis anno v. obijt beatus Dñicus v. die menſis Auguſti pontificatus dñi Honorij pape iij. anno v. & bononie ſepultus eſt. Contigit in diebus illis Reuerendiſſimum virum dñm Vgolinum cardinalem hoſtienſem apoſtolicæ ſedis legatum in lombardia, qui poſtea fuit ſummus pontifex & Gregorius. ix. appellatus eſt bononiam dño ordināte aduenisse. Propter quod multi & magni viri & eccleſiarum prelati aderant tunc ꝑſentes. Hic cognita beati viri morte aduenit, & officium miſſæperſoluens, corpus eius ſanctum cum digna deuotione ſepulturę mandauit. Nouerat quidem ſanctam eius conuerſationē in dño, & ſpirituali eum dum viueret ſibi aſtrinxerat amoris amplexu. Qui etiam ꝑſens extiterat, quando idē pater ſanctus romæ neapoleonem dñi Stephani cardinalis nepotem a mortuis orando ſuſcitauit. Aderat namq; cum ꝑdicto legato Reuerendiſſimus patriarcha Aquilegienſis pluresq; epiſcopi & abbates aliorumq; ꝑlatorū multitudo nō parua, qui omnes eius ſacro funeri interfuerunt, & dictus Reuerendiſſimus cardinalis eum proprijs manibus ſepeliuit. Quo tempore quidam frater Bernardus bononienſis

demoniacus multum fratres vexabat. Cuius grauis vexatio fuit vna de causis quibus moti fratres Salue regina post completorium decantari instituerunt apud bononiam, & inde per totum orbem illa deuotio gloriosissimę virginis est diffusa. Eodem anno frater Paulus vngarus cum quatuor socijs missus fuit ad vngariam ad prædicandum. Hic actu erat legens in iure canonico quādo intrauit ordinē. Hi igitur totam ꝓuinciam peragrantes, magnum fructum fecerunt in populo. Et multiplicatis ibidē fratribus missi sunt, aliqui a dicto fratre Paulo in terrā que structium dr̄, quam heretici & schismatici incolebant. Vbi post multas tribulationes tandem dn̄o largiente mirabiliter ꝓfecerunt. Deinde memores dicti fratres deuotionis beati Dn̄ici qui ire volebat ad p̄dicandum cumanis, qui nullam penitus dei notitiam habebant, ordinauerunt mittere fratres ad dictam terram. Quam ingressi sed exire cōpulsi & denuo regressi ad eam p̄dicarę ceperunt. Et duobus ex ipsis ab infidelibus martyrio coronatis, alij in p̄dicationis officio perseuerantes conuerterunt primo ducem vnum ex ipsis nomine Bruchi, qui in fidei xp̄ianę confessione decessit. Postea vero alium ducē maiorem nomine Bribrech cū mille de familia sua, quē rex Vngarie Andreas de sacro fōte leuauit. Qui similiter susceptis sacramētis ecclesię fideliter decessit. Fratres igitur perseuerantes ibidem fructum maximum fecerunt & conuentus ceperunt. Cum hec agerent & feruor fratrum magis ad conuersionem paganorum accresceret, dei occulto iudicio venerunt tarta-

rorum

rorum exercitus, qui non solum pdicationē pdictā impediuerunt, verumentiam circiter nonaginta fratres ad regnum cœleste per coronam martyrij transmiserunt. Post tartarorum autē expulsionē missi sūt alij fratres, qui indefesse dei verbum pdicantes multa milia ex eis conuerterunt & baptizauerunt. Item missi fuerūt a dño papa in Bosina & Dalmatia fratres ad hereticos conuertendos. Qui prędicationi & disputationibus insistentes multos hæreticos ad fidem conuerterunt, licet aliqui fratres ab eis martyrio coronati fuerint, & duo conuētus ordinis quos ibi habebamus igne cremati sunt. In partibus etiam transmarinis multi fratres missi ad prædicandum ibidem a Saracenis martyrio coronati sunt. Inter quos passus fuit episcopus ordinis nostri cum quatuor fratribus in captione Anthiochie. Frater etiam Guido de longimella, vir deuotus & sanctus in eisdē partibus cum vno socio passus est martyrium.

¶ De magistri Iordani secundi ordinis generalatu, & translatione ac canonizatione beati Dominici.

ANno dñi. M. ccxxij. frater Iordanis Theutonicus de prouincia Saxonię, & ipse natione saxo, de villa que dicit borterge, dyocesis maguntinæ verus israelita electus est in secundum magistrum ordinis, in capitulo generali parisius celebrato. Erat enim tunc prouincialis lombardiæ. Sub hoc magistro fuit ordo merito & numero dilatatus. Qui fere annis xv. optime regens & dirigens ordinem, mille fratres & amplius manu sua fertur ad ordinem recepisse, & habitu 1222.

1236. tu induiſſe. Migrauit autē ad xp̄m āno dn̄i. M. ccxxxvi
xij. die Februarij multis clarens miraculis. ¶ Anno
1224. dn̄i. M. ccxxiiij. menſe Auguſti in vigilia beati Laurē
tij, venerunt fratres primo in magdebur ciuitatē ſa-
xoniæ, miſſi a capitulo pariſienſi & magiſtro Iordane
ad petitionem Reuerendiſſimi. d. archiepiſcopi mag
deburgenſis, & quorundam aliorum epiſcoporū &
nobilium, & ſecundo anno introitus fratrum primū
ꝓuinciale capitulum eſt ibidem celebratum, ſuper
venientibus tantum decem fratribus extraneis, quia
in ꝓuincia theutonie tantū quatuor cōuentus erāt.
ſcilicet Friſacenſis, colonienſis, argētinenſis, & mag
1227. deburgenſis. ¶ Anno dn̄i M. ccxxvij. mortuo Hono-
rio papa d. Grego. nonus qui antea dn̄s Hugolinus
hoſtienſis appellabatur, de quo ſupradictū eſt, in pō-
tificali cathedra ſublimatus eſt, & ſedit ānis xiiij. Eo-
dē anno in generali capitulo tertio pariſius celebra-
to ſub magiſtro Iordane, erant ſuperaddite prouin-
cijs iam dictis aliæ quatuor prouinciæ ſcilicet polo-
nia, datia, grecia, & terra ſancta. Et ſic ordo a ſua cō-
firmatione anno xi. erat diuiſus in. xij. prouincias .ſ.
Hyſpaniam, Franciam, Lombardiam. Romanam, ꝓ
uinciam, Theutoniam: Vngariam, Angliā, Poloniā,
Daciam, Greciam, & Terram ſanctam. ¶ Anno dn̄i
1233. M. ccxxxiij. crebreſcentibus per totam Italiam ſan-
cti Dn̄ici euidentibus miraculis, fidelium duxit deuo
tio corpus ſancti patris humili loco repoſitum ad al
tiorem locum debito cum honore transferre. Facta
eſt ergo hec tranſlatio in capitulo generali Bononiæ
poſt annos xiij. a ſepultura viri ſancti. Ad quam trāſ
lationem

lationem conuenerunt de mandato dñi papę Grego
rij viri reuerendiss. videlicet archiepiscopus rauēnas,
& episcopus mutinensis postmodum sabinensis, Bri-
xiensis & tornacensis, necnō & magister ordinis dul
cis pater Iordanis cum diffinitoribns capituli, pote-
stas quoq; bononiensis cum ciuibus multis bononiē
sibus, aliarumq; ciuitatum non paucis ciuibus hono
ratis, cum fratribus & clericis laycisq; affuerunt. Ex
cuius sacris ossibus tanta prodijt odoris fragrantia,
ꝙ non defuncti cadaueris theca, sed pigmētorum &
odoramētorū omnium apotheca patuisse videretur.
Oñdit etiam dñs multa miracula in eadem translatio
ne, ad laudem & honorem sancti sui, anno dñi quo su
pra, pontificatus vero dñi Gregorij. ix. anno. vi. a cō-
firmatione autē ordinis anno. xvij. a trāsitu vero bea
ti Dñici. xiij. Sit ergo per omnia benedictus deus.
Eodem anno constitutus Perusij ꝑfatus dñs Grego-
rius papa, ꝑsentibus archiepiscopis & episcopis alia-
rumq; ecclesiarum ꝑlatis multis, fidelē christi famu-
lum beatum Dñicum sanctorum cathalogo solemni
ter canonizando ascripsit, perhibens tale de eo testi-
monium, ꝙ ita dubitabat de sanctitate eius sicut de
sanctitate beatissimorū apostolorum Petri, & Pauli,
quia vt ꝓdictum est magnam familiaritatem adinui-
cem habuerant. Consumatum est ergo totum cano-
nizationis officium apud Perusium solemniter, anno
& tēporibus ꝓscriptis, sub reuerendissimo & sanctis-
simo parre magistro Iordane generali ordinis magi-
stro ij. & direct. sunt literę apostolicæ per omnia re-
gna ecclesiæ hoc attestantes, in quibus ipsius vite sin
ceritas,

ceritas, & gloriæ sublimitas christi fidelibus declaratur. Sub isto magistro Iordane frates primo fuerũt licentiati parisius ad legendum,& ipse primus fuit q̄ literas a capitulo generali ad prouincias ordinis mittere cepit. Scripsit idem pater super apochalypsim postillam gratiosam. Item super Priscianũ minorẽ. Item quedam grammaticalia delicata. Scripsit præterea libellum de ordinis initio qui incipit Filijs gr̃e &c. Sub isto patrę ordinem intrauit vir eximie literature, frater Ioannes de sancto Egidio magister in theologia & multi alij excellentes viri,quorum scripta vsq; in hodiernum diem eorum sapientiam & doctrinã de monstrãt. De hoc glorioso patre & dulcissimo vide librũ q̄ vitas fratrũ dicit,in tota tertia parte.

¶ De mag̃ro Raymũdo ordĩs nr̃i mag̃ro generali. iij.

1238. ANno dñi.M.ccxxxviij. Post transitum beati Iordanis electus est Bononie abñs in capitulo generali in magistrum ordinis tertiũ frater Raymundus,natione cathalanus barchinonensis. Hic fuit excellentissimus doctor in iure canonico,in quo multis ãnis rexit Bononie. Transeunte autẽ episcopo barchinonense per Bononiam,cum magnis p̃cibus eum secũ ad patriam reduxit,& canonicum & p̃positum ecclesiæ cathedralis eum fecit. Vbi postmodum feria vi. in parasceue ordinem p̃dicatorum est ingressus. Audita ãt fama sanctitatis & doctrinæ eius dũs Sabmensis cardinalis apostolicæ sedis legatus,eum licet renitentẽ in socium legationis assumpsit,& diu secum tenuit. Cumq; eum vellet Romam secum ducere, nullo modo acquieuit. Qui tñ Romam reuersus multa

de

de eo dño pape bona narrauit. Summus vero pontifex Grego. ix. literas p̄ceptorias direxit, mādans ei vt ad se veniret. Qui obediens apostolicis literis, romam veniens, ab eodem pontifice factus est penitentiarius & confessor papæ, & aduocatus ac expeditor causarum pauperum. Nec multo post mandauit ei quatenus decretales in vno volumine cōpilaret, quo in iudicijs & scholis nunc omnes vtuntur. Tandem propter vigilias & labores quos in curia cōtraxerat, maxime quia nunquā carnes comedere voluit, nec cibaria ordinis mutare, in grauem incidit egritudinē & magnā. à qua cum Romæ minime liberari potuisset, habita cum magna difficultate licentia, ad conuētum barchinonensem redijt. In quo existens, capitulum generale ipsum absētem elegit in totius ordinis magistrum. Et quia dubitabant eum nolle acceptare magisterium, diffinitores capituli generalis miserūt ad eum quatuor magnos viros, vsq; barchinonā, qui ei persuaderēt ꝙ ordinis curā acceptaret, inter quos fuit frater Vgo qui postea fuit primus cardinalis ordinis nostri. Qui timens ordinis scandalum, ad p̄ces illorum patrum electionem cum multis lachrymis acceptauit. Hic sanctus pater multis claruit miraculis in vita & in morte, & ordinem per biēnium sapiētissime gubernauit. Hic etiam constitutiones ordinis in duas partes diuisit sicut sunt nunc, cum antea satis essent confusæ. Composuit etiam summam de casibus valde vtilem, que summa Raymundi appellatur. Cum autem per biennium ordinem rexisset gloriose, in capitulo generali parisius allegans debilita-

tem ſuam generalatui ceſſit. Quapropter magna turbatio in ordine exorta eſt,propter eius ceſſionē. Vnde ſtatutū fuit hoc in cōſtitutionibus, ꝙ magiſtri ceſſio nullo modo admitterēt decetero, niſi ꝓpter perpetua impedimenta. Vixit āt in conuentu barchinonenſi per xxv. annos poſt hanc ceſſionē, & anno dñi. M. cc.lxxv. multis miraculis clarus, in feſto epiphaniæ domini migrauit ad chriſtum.

¶ De magr̄o Ioāne theutonico Magiſtro ordinis nr̄i. iiij.& dño Vgone cardinali & btō Petro marty.

1241. ANno dñi. M. ccxli. poſt renunciationem magiſtri Raymundi electus fuit in quartum magiſtrū ordinis noſtri,in capitulo generali pariſius,frater Ioannes theutonicus,quondam epiſcopus boſinenſis in vngaria, natione vueſtphalus bremēſis diocefis. Hic prouincialis vngariæ exiſtens factus epiſcopus boſſinenſis, impetrauit ab epiſcopatu ceſſionem nulla ſibi prouiſione retenta. Poſtmodum effectus prouincialis Lombardię eligitur in magiſtrum. Cumq; renueret nec vellet acceptare allegans exceptiones epiſcopatus,è contrario porrecta eſt litera dñi pape Gregorij ix. quam ꝓpter ipſum fratres impetrauerant,que ipſum totaliter ordinis obedientię ſupponebat. Igitur compulſus ordinis magiſtratum ſuſcepit, & tanq̄ vir deo plenus ac in omni virtuteconſpicuus, xij. annis cum dimidio ordini p̄fuit, & virtutibus & miraculis tam in vita quam in morte clariſſimus,argenti-
1253. næ obijt,pridie nonas nouembris,anno dñi M.cc.liij. & illo anno non fuit celebratum generale capitulū.

1242 ¶ Anno dñi M. cc. xlij. apud Auinionetum tholoſanæ

dyoceſis in camera comitis tholoſani martyrizati fuerunt pro fide chriſti frater Gulielmus Arnaldi de mōte peſſulano,inquiſitor hereticæ prauitatis,& frater Bernardus de rupe forti,ac frater Garſias de aura omnes de ordine prædicatorum,qui poſtmodū multis claruerunt miraculis. ¶ Anno dñi M. cc. xliij.poſt bienalem vacationem ſedis apoſtolice electus eſt in papam Innocentius.iiij.natione ianuenſis & ſedit annis.xi. & menſibus ſex. Hic primo anno ſui pontificatus fecit primum cardinalem ordinis fratrum pdicatorum fratrem Vgonem de ſancto Theoderico ,puincialem francie,qui fuit primus poſtillator totius bibliæ,& eam tam excellenter poſtillauit, ꝙ hucuſq; parem non habuit. Scripſit etiam ſuper quatuor ſentētiarum libros. Item librum quem ſpeculum eccleſie appellauit. Et ſicut primis temporibus cū ſolus Origenes ceteros omnes doctores & ſcriptores vinceret in ſcribendo,ipſe in canticis ſcribens ſeipſum vicit, ſic temporibus his ſolus Vgo cum poſtillatores omnes vinceret & excelleret ſuis poſtillis, ipſe ſeipſum in pſalterio & in Iſaia & in euangelijs ſuperauit, non tantum extenſiue quatuor ſenſuum quemlibet latius & diffuſius proſequendo, ſed etiam intenſiue de quolibet gratioſius & impermixtius differendo. Legis enim verba per legem explanauit, nec phiſica nec alia quelibet intermiſcens nec muſas poeticas interponens,ſed legem per legem expoſuit gratioſe. Fuerunt ab initio naſcētis eccleſiæ in terra ſancta & maximè in carmelo heremite multi,ſicut pʒ ex chronicis & ex multis ſanctorum vitis. Harum conuerſa-

1243

tionem videns felicis recordationis. D. Albertus patriarcha hierosolymitanus multum eos spiritualiter in domino nutriebat. Et in scriptis modum vitæ eorum redigens, separatim in cellulis per totum mõtem carmeli antea habitantes, sub cura vnius eorum ipsos adunauit, & per ꝓfessionis vinculũ pariter colligauit, & per sedem apostolicam confirmari curauit. Qui post multos annos ad papam Innocentium iiij. uenietes lugdunum, pro eo quod regula grauis erat nec eis in ciuitatibus & uillis habitare licebat: obtinuerunt ꝙ negocium totum committeretur uenerabilibus patribus. videlicet domino Vgoni de santo Teodorico presbytero cardinali: & fratri Guilielmo episcopo antacanensi, qui ambo erant de ordine predicatorum. Qui eis specialem regulam scripserunt, quam extunc profitentur & tenent: primo per tantos uiros scriptam, & secundo per Innocentium papam quartum bullatam & confirmatam.

¶Per idem tẽpus passus est pro fide cristi & ab hereticis ueneno extinctus, frater Pontius hyspanus inq̄sitor hæreticæ prauitatis apud vigellũ cathaloniæ ciuitatem: & ibidẽ in eccl'ia cathedrali multis clarẽs miraculis honorifice sepultus. ¶ Anno dñi. M.cclij. F.Petrus veronẽsis ordis predicatorũ hęreticę prauitatis inquisitor, ab hereticis martyrio coronatus est. Hic prior comensis existens, a domino Innocẽtio papa. iiij. Inquisitor missus cõtra hæreticam prauitatẽ, ab hæreticis passus, nonis aprilis sabbato in albis, dũ pro exequenda inquisitione contra eos properaret, occisus, fuit. Hic vir beatissimus a teneris annis fidẽ

catholicam

catholicam defendens ordinem prædicatorũ ingreſ-
ſus, virtutibusq; ac miraculis decoratus, euangelicã
prædicatienem per totam italiam cum mirabili gra-
tia & fructu diſſemĩnãs,ac virgo permanẽs, nulliuſq;
mortalis peccati macula vnquã fœdatus, martyrioq;
coronatus,tribus decoratus,coronis cœlum cõ ſcen-
dit. Hunc dum infinita miracula ad eius tumulũ &
per multas mundi partes fierent, dominus Innocen
tius papa prædictus,nondum anno elapſo a paſſione
eius,ſanctorum martyrum cathalogo aſcripſit,ſtatu-
itq; feſtum eius iij. Kalendas maij ab vniuerſali eccle
ſia celebrari,quia dies paſſiõis eius frequenter inter
paſchalia feſta occurrit. Paſſus eſt cum eo frater Do
minicus ſocius eius, qui ab eodem lictore quatuor
ictibus letaliter vulneratus quinta poſt die obijt.

¶ De magiſtro Vmberto generali ordinis Magr̃o, & beato Thoma aquinate,& beato Alberto magno.

ANno domini M.ccliiij. mortuo magiſtro Ioanne
theutonico electus fuit apud Budam ꝓuincie vn
garie in capitulo generali in magiſtrum ordinis qn-
tum magiſter Vmbertꝰ natione burgundus ex ꝓuin-
ciali franciæ, cunctis exiſtens religionis exemplar &
imago. Hoc tempore quidã canonicus matiſconen-
ſis videlicet Gulielmus de ſancto amore qui pariſius
legebat,ex quibuſdam auctoritatibus ſacræ ſcriptu-
ræ,& doctorum per eum male intellectis, vel potius
maligne ad ſuum ꝓpoſitum adductis,magnum libel
lum domino Innocentio porrexit,in quo ꝓbare ni-
tebatur ꝙ fratres nõ poterãt de eleemoſinis viuere,
nec mendicare,niſi cum damnatione animarum ſua

rum. Multa inſuper alia heretica & falſa conflans, ordines mendicantium valde vexauit. Eodem etiam tempore idem Innocentius fulminauit bullam terribilem contra mendicantes, p̄cipiens in virtute ſpiritusſancti & ſanctę obedientiæ, & ſub pena excomunicationis latę ſententiæ, ꝙ nullo modo diebus dn̄icis & feſtiuis parrochianos alienos in ſuis eccleſijs reciperent ad diuina, nec eorum confeſſiones audirent ſine ſpeciali licentia ſacerdotum parrochialium, nec in eccleſijs ſuis an̄ miſſarum ſolemnia p̄dicarent, ſed in prima parte diei omnes parrochiani ad parrochias ſuas ad audiendas miſſas accederent, nec in eccleſijs parrochialibus vel qn̄ ep̄s p̄dicaret, vel faceret ſolemniter coram ſe p̄dicare minime p̄dicare poſſent, & ꝙ de funeralibus portionem canonicam (etiã nõ requiſiti) infra octo dies dare tenerentur ſacerdotibus parrochialibus, de quarum parrochia eſſent defuncti. Iſtis anguſtijs & tribulationibus ſic fratres nimium vexantibus, ordinatum fuit, ꝙ fratres dicerent poſt matutinas ſeptem pſalmos & letanias cum orationibus beatæ Mariæ & beati Dominici. Que dum in quodam conuentu dicerentur, quidam frater deuotus vidit beatam virginem rogantem dulciſſimum filium ſuum atq; dicentem. Fili exaudi eos, fili exaudi eos. Nec mora, & ecce exaudiuit eam dn̄s. Nam Gulielmus de ſancto amore p̄dictus ad inſtantiam magiſtri Vmberti citatus, Romæ in publico conciſtorio corã domino Alexandro papa iiij. a beato Alberto magno diſputãdo confuſus, priuatus beneficijs quæ poſſidebat, combuſtoq; libro eiuſdem

In publico conciftorio, quem contra mendicátes di-ctauerat, e clero expulfus fuit. Contra hunc etiam ad mandatum magiftri ordinis fcripfit libellum vnum fanctus Thomas de aquino, qui ꝑnotatur contra impugnantes religionem. Innocentius etiam in fua fententia permanens, dum effet neapoli graui infirmitate percuffus, aduertens ꝙ male egerat religiofos moleftando, ad cor rediens dixit. Propter iniquitatem corripuifti hominem, & tabefcere fecifti animã meam. Et his dictis expirauit. Cui fuccedés dñs Alexander papa. iiij. bullam Innocentij contra mendicãtes reuocauit, & nullius roboris effe voluit, & aliam ampliffimis fauoribus refertam ordini gratiofiffimè conceffit. Ex quo tempore cardinales & prælati dicere folebant in quodam folacio. Cauete a letanijs fratrum ꝑdicatorum, quia mirabilia faciunt. ¶ Anno dñi. M.cclv. mortuo eodem papa Innocentio, fucceffit ei Alexander iiij, natione campanus, & fedit annis vij. Hic Alexander anno pontificatus fui primo (vt ꝑdictum eft) ꝑdictas literas Innocentij reuocauit, & libellum Gulielmi ꝑdicti condemnauit, & publice in ecclefia cathedrali Ananię in fui & omnium ꝑlatorũ præfentia comburi fecit. Hic etiam magnus amicus religioforum fuit, & plura & infignia eis priuilegia conceffit. ¶ Hoc tempore claruit frater Gulielmus de peyranta dyocefis viẽnẽnfis, vir deuotus & verax, qui fummam de virtutibus & vitijs, & fermones de tempore & de fanctis, ac expofitionem ꝓfeffionis q̃ eft in regula fancti benedicti, & librum de inftitutione religioforum, & de regimine principũ, & alia mul

ta composuit. ¶ Hoc etiam tempore diuina ꝓuidentia clementia duo magna luminaria ex ordine pdicatorum mundo apparuere, scilicet luminare maius .i. beatus Thomas de aquino vt peeſſet diei,& luminare minus ideſt d. Albertus magnus, vt peſſet nocti. De quibus poſſet dici illud ꝓpheticum Zacharia 4. Iſti ſunt due oliue videlicet fundētes oleū,duo filij olei, & duo filij ſplendoris. Et Apocya.xj. Hi ſunt duæ oliuæ & duo cādelabra lucentia ante dn̄m,vt luceāt omnibus qui in domo dn̄i ideſt in ſancta eccleſia ſunt. Verum quia d. Albertus magnus beatum Thomam, de aquino pceſſit,primo de eo agetur. ¶ Albertus cognomento magnus philoſophorū omniū totius xpianitatis ſol pclariſſimus,& generalis, natione ſueuus de oppido louuingenſi ꝓpe auguſtenſem ciuitatem ad quatuor miliaria,ex genealogia militarium natus xvj. etatis anno ordinem fratrum pdicatorum ꝓpter deuotionem & ſtudium Paduæ,vel vt alij dicunt Coloniæ ingreſſus eſt. Cumq; ſtudio intenderet diligēter, forte ad maiorem beatiſſimæ virginis gloriā cui. Albertus maxima deuotione afficiebatur, & deuota mente ſeruiebat,adeo labilis memorię & hebetis ingenij erat,ꝙ nihil ꝓficere poterat. Proficiētibus autem ſocijs cum nihil ipſe ꝓficeret, deliberauit omnino ordinem relinquere. Cumq; in iſto propoſito inſiſteret, in viſione raptus,ſibi videbatur,ꝙ apponebat ſcalam ad murum conuentus vt extra conuentū & ordinem recederet. Cumq; ſcalam aſcendiſſet, vidit in ſummitate eius quatuor venerādas matronas, quarum vna repulit eum & ad terram deiecit. Cūq;

iterato

iterato fcalam afcendere vellet, a fecunda veneráda perfona fecundo repulfus fuit & ad terram deiectus. Cum autem tertio idem attentaret, a tertia veneranda perfona interrogatus fuit de caufa afcenfus fui p illam fcalam. Cui verecundo vultu refpondit. Dña video q focij mei in philofophia pficiunt, & ego nihil addifcere poffum. Propter hunc igitur ruborem, difcedere ab hoc ordine propono. Cui illa. Illa dña q̃ vides hic, eft mater dei, regina cæli, & mater mifericordie, & nos fumus eius ancillæ. Recommitte te ei, & nos te adiuuabimus vt ipfa intercedat pro te ad filium fuum, pro docili ingenio tibi cócedendo. Quo audito, letatus in his que audiebat, dixit. Valde libenter. Vnde rogo vos vt fitis mihi adiutrices. Cumq; vna cum ipfis reginam glorie rogaret, dixit illi beatiffima virgo. In qua fcientia vis docilis fieri, in theologia an in fcientia naturali? Cui cum refponderet q in naturali philofophia & annexis ei fcientijs libenti' vellet proficere, & talis fieri qualis nunquam fuit aliquis vel futurus eft in ea, refpondit beatiffima virgo Maria. Habebis quòd rogafti. Sed quia non quefifti fcientiam filij mei, in vltimo vitæ tuæ omnem fcientiam tuam amittes, & eris obtufi ingenij ficut modo exiftis. Annuente ergo gloriofa virgine vt orationi deuotioni & ftudio vacaret, fic facere promifit. Recedente vifione ad fe rediens, mandatum virginis exequi fatagens, quicquid legebat pleniffime intelligebat. Et fi aliquando aliquam difficultatem habebat orationibus apud beatã virginem inftabat, & quòd proprio ingenio non poterat, pcibus impetrabat. Frequenter

quenter autem rogabat ipſam beatā virginem ne per mitteret eum philoſophorum rationibus a veritate fidei auerti,ſed in fidei ſoliditate eius animum firmaret. Que apparuit ei & conſolans eum ait. Eſto fidelis in ſtudio perſeuerans,quia deus te tanta copia ſapientię ditabit,ꝙ per libros doctrinæ tuæ tota eccleſia illuminabitur. Tamen ante mortem tuā a te oīs ſillogiſtica ars auferetur,ne in fide vacillare poſſis, & vt in ſinceritate fidei perſeueres. Hanc viſionem de ſeipſo narrauit Albertus magnus p̄dictus in vltima lectione quam legit,in qua ipſa viſio completa eſt & verificata. Igitur vir iſte ſanctus & p̄clariſſimus poſt adeptam diuinitus ſcientiam,(vt p̄dictum eſt)primo legit ſententias in conuentu hildenſemenſi ꝓuincie ſaxonie, ex cuius conuentus refectorio naturali arte muſcarum multitudinem taliter abegit, ꝙ de cetero vſq; in p̄ſens nulla muſca potuit ibi viua conſiſtere. Poſt ea legit in vapingo,poſt in ratiſpona duobus annis,deinde pariſius poſt ſentētias glorioſe lectas magiſter factus,ibidē tribus annis reſedit. Deinde Coloniam reuerſus,legere cepit glorioſiſſime. Quo tempore ſanctus Thomas de aquino ipſum audiuit,& ei⁹ diſcipulus fuit. Poſt hec magiſter Albertus fuit prouincialis theutoniæ,& illo tempore monaſterium ſororum de ſuſato,colonień. dyoceſis quòd dr̄ paradiſus,inſtituit,& ſorores in eo introducens ſua benedictione ſtabiliuit. Exinde a papa Vrbano 4. ꝓp quoſdam errores eliminandos ad curiam vocatus, ad ei⁹ petitionem & dn̄orum cardinaliū beati Ioannis euāgelium & epiſtolas canonicas,inaudito modo exponendo

nendo legit. De quo aduersarij veritatis obstupescẽtes confusi sunt. Frater Galielmus corinthiensis auctor libri de apibus refert in eodem libro, ꝙ quidam canonicus regularis de bauaria vir sanctus & bonus qui pro suis negocijs ad curiam venerat, vna dierum existens in ecclesia sancti Petri orans, ad excessũ mentis raptus vidit ipsam ecclesiam serpentibus totam plenam, quorum horribili sibilo tota roma replebat. Cumq; ille miraretur vnus frater p̃dicatorum ordinis sibi incognitus ecclesiã intrauit. Qui licet a serpentibus multipliciter impediretur, violenter tamen restitit, & eos a se repellens ascendit ambonẽ in quo diebus solemnibus solet legi euangelium. Et perlecto sancti Ioannis euangelio vsq; ad verbum caro factum est, omnis illa multitudo serpentiũ a sibilo cessauit, & de dicta ecclesia effugata est. Reuelatumq; est illi diuino responso, ꝙ ille erat frater Albertus theutonicus. Post hæresum igitur expugnationem Vrbanus papa fecit eum episcopum ratisponensem. Quã dignitatem cum tribus annis administrasset, videns vir sanctus ꝙ armis & magnis tumultibus se implicabat, reseruatis sibi quibusdam redditibus, episcopali cure renunciauit, & Colonie ad ordinem redijt, ac continue per annos 18. legit gratiosissime. Construi autem fecit in conuentu Coloniensi chorum quo diuine laudes persoluunt suis expensis, normamq; edificandi secundum veram geometriam edificantibus dedit. Totus deniq; studio intentus, & bonis operibus sicut oliua fructifera intentus, feruenter clero & populo p̃dicabat, consilia petẽtibus saluberrima dulciter

citer & affectuose dabat, deuotione pcipua vigebat, locum sepulchri sui quotidie visitabat, & officia ibidem pro se ac si esset defunctus dicebat. Quotidie post lectiones factas totum psalterium dicebat. Ad beatissimam vero virginem multum deuotus, sequẽtias eius que pro sabbatis assignantur cum cantu dictauit. Et dum componeret sequentiã de assumptione eiusdem virginis beatissimæ que incipit. Salue mr̃ saluatoris, & venisset ad versum Salue mater pietatis parum substitit, & deliberans quid subderet, subito scripsit, & totius trinitatis nobile triclinium. Et ecce beatissima virgo ei apparens dixit. Gratias tibi ago bone Alberte, quia me salutasti tali salutatione, quali ab alio nunquam prius salutata fui. Hic doctor clarissimus infinita ppemodum scripsit que vulgatissima sunt. Super pdicabilia Porphyrij, pdicamenta, sex principia, priorũ, posteriorũ, topicorũ, elẽchorũ physicorum de lineis indiuidualibus, de celo & mũdo, de generatione & corruptione, de natura loci, de pprietatib⁹ elemẽtorum, metheororũ, de anima, de sensu & sensato, de memoria & reminiscentia, de inspiratione & respiratione, de somno & vigilia, de nutrimento & nutribili, de longitudine, & breuitate vite, de morte & vita, de mineralibus, de vegetabilibus & plantis, de animalibus, de causis, super libros metaphysice. Omnes isti sunt supra Aristotelis textum. Super libros ethicorum, politicorum, & rethoricorũ librum de animalibus pfundissimæ intelligentiæ, super pbleumata, de quatuor coeuis, de origine anime de potentijs anime, de intellectu & intelligibili, contra

tra vnitatem intellectus, de vnitate formé, de homine, de bono, de herbis, de lapidibus, de alchimia, librum qui dicitur ſemita recta, contra necromantico rum libros, contra auerroyſtas, quinque determinationes queſtionum quarundam ad clerum pariſienſem, ſupra ſpheram & aſtrolabium. Speculum de par tu hominis, de muliere forti, ſequentias multas, ſup Iob, ſuper cantica, ſuper yſaiam, Hieremiam, Ezechielem, Danielem, & xij. ꝑphetas minores. Super Mattheum, Marcum, Lucam, & Ioanné, Super omnes epiſtolas Pauli. Super Dionyſium de celeſti hierarchia, de diuinis nominib⁹, de ſymbolica hierarchia, ſuper quatuor libros ſententiarum, Summam theologie, Secretum ſecretorum, expoſitionem Euclidis, perſpe ctiue almageſti, de perfectione ſpiritualis vite. Item de myſterio miſſæ, ſuper euangelium Miſſus eſt an gelus gabriel, ad laudem beatiſſimæ virginis Mariæ, ꝓfūdiſſime & copioſiſſime ſcripſit, & in fine vite ſue libellum de ſacramento altaris compilauit. Et infinita pene alia opuſcula compoſuit ad laudem Ieſu chriſti, que hic nō enumerātur. Tandē per trienniū ante mortem ſuam dum ſemel Colonie legeret oēm memoratiuam amiſit. Et recordatus viſionis & ſpōſionis beatæ virginis, ꝓdictam viſionem quam adole ſcens habuit omnibus narrauit, & ait. Ego filij dece tero non legam, ſed confiteor publice coram vobis me omnes articulos fidei veraciter credere, & de eis nil penitus dubitare, ſupplicans mihi exhiberi eccleſiaſtica ſacramēta tempore opportuno. Et ſi quid dixi, vel ſcripſi fidei vel bonis moribus incongruū, ex

nunc

nunc ipsum reuoco, omnem doctrinam meam sanctæ matris ecclesiæ Romanæ, correctioni subdens. Et sic de cathedra magistrali descendens, omnibus lachrymantibus ac eum osculantibus vsq; ad mortem in magna simplicitate permansit, nihil de his que religionis sunt ꝑtermittens. De eius autem mirabili doctrina sequens metrum compositum fuit. Cunctis luxisti scriptis præclare legisti. Mundo luxisti quia totum scibile scisti. Anno igitur dñi M. cc. lxxx. annis sex, & octo mensibus post obitū beati Thome de aquino die. xv. nouembris anima illa sanctissima carne soluta est, & per Reuerendissimū dñm Siffridum coloniensem archiepiscopum accedentibus omnibus cō gregationibus collegiorū coloniēsis ciuitatis, necnō & dominorum omnium in circuitu, & totius ciuitatis concursu, in choro conuentus coloniēsis ordinis ꝑdicatorum ante maius altare sepultus fuit. Cuius sepulchro tale est epytaphium insculptū. Fenix doctorum paris expers philosophorū. Princeps doctorū vas fundens dogma sacrorum. Hic iacet Albertus preclarus in orbe disertus. Præ cunctis certus assertor arte repertus. Maior Platone vix inferior Salomone. Quem tu christe bone doctorum iunge corone. Annis bis denis minus actis ac mille tricenis. Christi nascentis de corporis exit habenis. Quinta post festum Martini luce molestum. Omne petendo deum trāsiuit agens iubileum. Qui legit hos versus, mox ad tumulum retrouersus. Inclina dicat collectam cum requiescant. Cum autem post aliquot tēpus corpus eius in tumba positum fuisset requisitū,

cum

cum pofitum fuiffet fupinum vt moris eft, repertum fuit genuflexum ac in faciem incuruatum ꝓut orare folebat dum viueret. ¶ Non ceffauit autem deus ei⁹ gloriam reuelare poft mortem, quam felix in patria poffidebat. Magr̃o fiquidem Theodorico lectori treuerenfi in cella fua ftudenti quedã fancta & nobilis mulier que ei in vita fua confiteri cõfueuerat.xv.diebus poft mortem fuam apparuit,dicẽs fe fuiffe a deo miffam vt eum de tribus certificaret quorum veritatem fcire volebat. Et cum quefiffet ab ea quomodo fe haberet,refpõdit. In cõfpectu fum fanctiffime trinitatis,quieta gloriæ beatitudine. Cumq; ab ea quefiffet que fcire defiderabat, & illa refpondiffet optime ad omnia,ait illi. Cognofcis ne fratrẽ Albertum theutonicum qui nuper in Colonia defunctus eft,qui fuit frater ordinis noftri. Cui illa optime. Ad quam magifter. Vbi eft inquit? Et illa. Gaudet letitia inenarrabili longe fuper nos. ¶ Fratri etiam Conrado de dufborgh, eiufdem dñi Alberti focio & miniftro pro eius anima oranti,poft matutinas in ecclefia fratrum in Colonia vigilanti poft receffum aliorum fratrum, apparuit dñs Albertus magnus corporaliter, ꝓciofiffimis veftibus pontificalibus indutus, hñs in infula fuper frontem gemmã fpeciofiffimam, que folares radios emittens totam ecclefiam illuminabat. Qui ab eo requifitus qualiter fibi effet,refpõdit Humani fenfus non funt capaces glorie mee. Claritas autẽ que ex gemma frontis meæ ꝓcedit fignificat inexplicabilem gloriam in claritate fcientie quam tradidit mihi dñs,qua totam ecclefiam fuam dignatus

eſt illuſtrare meo miniſterio & labore. Et euanuit ex oculis eius,ad fruitionem ſancte trinitatis, nũc & in perpetuum manſurus accedens. Hec breuiſſime de vita beati Alberti magni dicta ſufficiant. Floruit etiã hoc tempore frater Vincentius beluacenſis ordinis ꝓdicatorum,qui ſcripſit quatuor magna ſpecula,ſcilicet naturale, doctrinale,morale,& hyſtoriale. Beato Ludouico francorum rege ei libros miniſtrante. Scripſit etiam librum gratie,& epiſtolam conſolatoriam ad eundem ſanctum Ludouicum ſuper morte ſui primogeniti. Scripſit etiam libellum de laudibus beatiſſimæ virginis ex dictis ſanctorum concatenatum & multa alia.

¶ De magiſtro Ioanne Vercellenſi & de beato Thoma aquinate & inſtitutione feſti corporis Chriſti ad eius inſtantiam & preces impetrati.

1262 ANno dñi M.cc.lxij. obijt dominus Alexander papa. 4. ſpecialis patronus fratrum ꝓdicatorum & ſepultus eſt Viterbij in eccleſia cathedrali,cui ſucceſſit dominus Vrbanus 4. nationegallicus, & ſedit
1263 ãnis trib⁹,mẽſe vno,& dieb⁹.4. ¶Anno dñi M.cc.lxiij magiſter Vmbert⁹.v. ordinis magiſter magiſterio ceſſit. Hic enim religionis exemplar & cerimoniarum pater totum officium quo ordo vtitur ordinauit,quã ordinationem dñs Clemens papa 4. poſtea approbauit & confirmauit. Scripſit etiam hic pater ſanctus ſuper regulam ſancti Auguſtini egregium volumen. Item libellum de vij. gradibus contemplationis. Itẽ de tribus votis religionis eſſentialibus, librũ ꝑterea de omnibus officijs ordinis miro ordine dictauit, vt

quilibet frater fciret quid fua intereffet, cum ei aliquod officium imponeretur. Scripfit etiam fuper cō ftitutiones,fed non perfecit morte ꝑuentus . Cū igitur hic gloriofus pater annis nouem ordinem laudabiliter rexiffet,magiftratui ceffit anno. M. cclxiij. in capitulo lugdunēfi, & fuperuixit annis. xi. obijtq; plenus bonis operibus anno dñi. M.cclxxiiij. in conuentu valentino ꝓuincię. Hic etiam ordinari fecit librū de vitis fratrum ꝑdicatorum . ¶Anno dñi M.cclxiiij. in capitulo parifienfi electus eft in magiftrum ordinis.vi. Frater Ioannes de vercellis prouincialis lombardiæ magnæ prudentiæ & fapientię vir. Hic trāsferri fecit corpus beati Dñici in archā de alabaftro valde pulchram,in qua etiam nūc requiefcit, quam ipfe fieri ꝓcurauit,& hoc anno dñi M. cclxvij. Hic Reuerendus magifter totum ordinem vifitauit cum baculo fuo pedefter sēper incedendo . Qui vt melius oculata fide mores fratrum exploratos haberet, fuperueniebat conuentibus incognitus,& diligenter obferuabat qualiter religio feruaretur. Vnde cum femel ad quēdam cōuentum valde famofum theutonie debuiffet accedere,dimiffis focijs extra ciuitaté,ipfe cū vno fratre hora prandij cōuentū ingreffus eft . Cūq; quereretur ab eis qui effent,refponderūt ꝙ erant fratres lombardi . Quod prior qui in refectorio prandebat audiens, hofpitium minime eis ꝑparari iuffit,fed feruitori dixit . Vade & ꝑpara illis lombardis in vltimo loco illius menfæ. Quod cum factum fuiffet, & male fuiffent ꝓcurati,vidēs magifter ordinis ꝙ prior & fratres alij haberent bonos pifces, & eis folum fer

culum datū fuiſſet,vocato ſeruitore,dixit. Bone frater dicatis patri priori,ꝙ placeat ei dare nobis etiam modicum de piſcibus,quia laſſi ſumus,& ieiunamus. Quod cū priori a ſeruitore dictum fuiſſet, prior alta voce clamauit. Non habemus piſces pro Lōbardis. Magiſter ordinis hoc audito patienter ſuſtinuit. Finito prandio ſicut magiſter ordinauerat dū fratres gratiarum actiones peragerent, ſocij magiſtri ad portā conuentus pulſauerūt. Et intromiſſi dum peteretur ab eis qui eſſent, reſponderunt. Socij ſumus Reuerendiſſimi magiſtri ordinis. Et illi. Vbi eſt inquiunt magiſter ordinis? Quibus ſocij magiſtri dixerunt. Nunquid non venit ad vos iam diu pater vnus antiquus cum baculo & vno ſocio? Conſternati illi,& verecundia ac confuſione repleti, quid agerent neſciebant. Tunc magiſter ordinis mandauit pulſari ad capitulum. Et ingreſſus capitulum aſſumpſit pro themate. Non habemus piſces pro lombardis Et increpata duriſſime inhumanitate prioris & fratrum,facta viſitatione priorem abſoluit, & fratres & conuentū in melius reformauit. Hic beatiſſimus pater ordinē rexit annis fere .xx. & ob eius ſingularem ſapientiā & prudentiam,aliquibus legationibus dn̄i papæ laudabiliter functus eſt, & dum eſſet vltra montes, electus fuit in papā a dn̄is cardinalibus. Sed antequam electio ei fuiſſet p̄ſentata apud montē peſulanū ſanctiſſimè diem clauſit extremū anno dn̄i. M. cclxxxiij.

¶ Horum p̄cedentium magiſtrorū. Vmberti, videlicet & Ioannis tēpore claruit etiā aliud luminare maius, ſcilicet ſanctus Thomas de aquino, qui genere

nobiliſſimus

nobilissimus vtpote in linea paterna natus ex genere comitum aquinorum, qui dñr comites de loreto & de belcastro, & antiquitus dicebantur de frangipanis romanis, que fuit ꝓgenies sanctissimi Gregorij papæ primi huius nominis,& ꝓgenies est antiquissima. Retulit dñs Bernardus comes de loreto se habere vnum instrumẽtum apud se pertinens ad ꝓgeniẽ suã in quo Boetius senator summus philosophus & theologus,qui alias sanctus Seuerin⁹ appellatur pro teste inducit,in quo ipsa domus de loreto, & de bel castro vocatur de frangipanis, vt reperitur in quadã chronica antiqua in conuentu sanctorum Ioannis & pauli de Venetijs. In linea vero materna habuit matrem neapolitanam Theodorã nomine, que habuit duas carnales sorores,quarum vna mater extitit Petri serenissimi regis aragonum,altera autem fuit mr̃ inclyta Ludouici regis sicilie. Ex hac ergo nobilissima ꝓgenie ortus beatissimus Thomas, ordinẽ p̃dicatorũ infra annos pubertatis ingressus est. A quo nullis parentum blandicijs, vel tribulationibus potuit amoueri, sed post plures eorũ persecutiones missus fuit Coloniam,ad studendum sub magistro Alberto magno. Quo in loco existẽs dum esset deuotus,studiosus,& taciturnus,nec die nec nocte chorũ neglexit. Refectorium & alia comunia frequentans, nihil in eis fastidiebat. Quo effectum est,vt p̃clarissimè scientię apicem app̃henderit. Vnde missus parisius pro bachalario,cursum suum laudabiliter exercuit, cùm tanta omnium admiratione, & p̃claro nouoq; legendi modo,ꝙ schola eius quotidie replebatur. Quo tẽ

pore scripsit super quatuor sentētiarum libros. Triginta autē annorum existens, factus est sacræ theologiæ magister. In quo magisterio annis fere xx. permanens multa p̄clara & magna, conscripsit volumina. videlicet summam theologiæ, quatuor magnis voluminibus distinctam, questiones multas, videlicet de veritate, de anima, de potentia dei, de malo, de virtutibus. Summā contra gentiles. Quodlibeta. xi. Super Iob ysaiam & threnos. Super quinquaginta primos psalmos psalterij. Super cantica. super Matheum, super Ioannem. super omnes epistolas Pauli. Opus cōtinuū in quatuor euāgelistas. Opuscula multa que vno magno, & insigni volumine continentur. Dictauit fallacias in logica. Scripsit super librum peryermenias, posteriorum, physicorum, de anima, de celo & mundo, de generatione, & super libros ethicorum politicorum ac metaphisicę Aristotelis. Super Dionysiū de diuinis nominibus & de celesti hierarchia. Super Boetiū de trinitate, & de hebdomadibus. Officium corporis christi ad mandatum Vrbani papæ 4. Hæc & multa alia opera preclara edidit doctor hic gloriosus, quę breuitatis causa p̄termittunt̄. Et quia mentio de officio corporis christi facta est, congrue causa tanti festi instituendi hic ponetur. Cum enim beatus Thomas ad mandatum d. Vrbani papæ 4. dictasset opus continuum super quatuor euangelistas, pro premio laboris dn̄s papa ei episcopatū obtulit, quem tamen ipse noluit acceptare. Vnde rogauit eū dem vt pro reuerētia eiusdem sacramēti, festum institueret particulare de eo ad laudem saluatoris, & in

recompensationē

recompenfationem fui laboris. Quod papa libentif
fime fecit,concurrentibus maxime ad hoc quibufdã
reuelationibus factis,ac miraculis circa huius facra-
tiffimi facramenti venerationem. Ad preces igĩt fan
cti Thomæ predictũ feftum inftituens,ordinauit offi-
cium per eundẽ dictari, ꝙ per vniuerfalẽ ecclefiã tali
celebritate dici poffet. Quod & factum eft. Nam of
ficium quod per totam ecclefiam folemniter cantat
tali celebritate,eft illud quod fanctus Thomas dicta-
uit. Et ita feftum corporis chrifti eft quafi feftũ fan-
cti Thomæ & fratrum ꝑdicatorum, quia ad eius inftã
tiam,& remunerationem laboris eius inftitutũ fuit.
¶ Tempore huius pontificis Vrbani. 4. apud vrbẽ ve-
terẽ vir fanctitate & doctrina mirabilis dñs Vgo car-
dinalis ad dñm migrauit. Cuius corpus lugdunũ ad
ecclefiã fratrum ꝑdicatorum cum magna folemnita
te tranflatum eft & fepultum,cum tali epytaphio, In
hoc fepulchro iacet vir laudabilis Vgo de fancto
Theodorico, deo & hominib⁹ gratiofus,tituli fanctæ
Sabinæ quondam prefbyter cardinalis. Hic habetur
vt luminare magnum ecclefię,ordinis ꝑdicatorũ lu-
cerna,parifius doctor theologiæ egregius,famofus di
uinarum fcripturarum tractator, & expofitor luculẽ-
tus,verbi dei ꝑdicator eximius,oliua pietatis, palma
iuftitiæ, fpẽs honeftatis, religionis patronus,veritatis
ꝑco,pater pauperum,& folatium miferorum,q obijt
apud vrbem veterem anni dñi M.cclxij. xiiij.Kalẽdas
aprilis. Hic dominus Vgo fuit cardinalis legatus in
theutonia, & in ea legatione laudatiffime fe habuit
¶ Eodem tempore floruit frater Guilielmus braban-

tinus ſacræ theologiæ bachalarius, qui ad inſtantiam ſancti Thomę omnes libros naturalis & moralis philoſophiæ & metaphyſicę Ariſtotelis de greco in latinum tranſtulit, & librum de apibus, & de naturis rerum compoſuit. Hic Vrbanus fratrem Anibaldũ Romanum ſecũdum cardinalem ordinis fecit. Qui vir doctiſſimus in ſententias p̃clara commentaria fecit, in quo cardinalatu vixit annis decẽ & beato fine quieuit. ¶Anno dñi M.cclxvi. Vrbano 4. migrante Peruſij electus eſt in papam dñs Clemens 4. natione ꝓuincialis, & ſedit annis tribus, menſibus ix. & dieb⁹ xi. Hic pontifex multũ ordinẽ nr̃m dilexit ac varijs priuilegijs decorauit. Qui moriens Viterbij in eccleſia fratrum p̃dicatorum, quorũ vitã & abſtinentiã dudũ imitatus fuerat, corpus ſuum ſepeliri iuſſit. Quod ẽt factum eſt. Ab hoc ſanctiſſimo põtifice cum quidam miles peteret in quo ordine melius ſibi eſſet ingredi, ſcilicet in ordine p̃dicatorũ, vel minorũ, eidẽ literas infraſcriptas direxit videlicet. Clemens ep̃s ſeruus ſeruorum dei dilecto filio P. militi ſalutẽ & apo. bñ. Queris a nobis conſilium, quod apud te rectius poteris inuenire. Si enim tibi dñs inſpirauit relicto ſeculo, vitæ frugem appetere melioris, dei ſpiritum ſicut nec poſſumus ſic nec volumus ꝓhibere, preſertim cũ filium habeas bene diſciplinatũ (vt credim⁹) qui tue domui ſciet ꝓuidere. Quod ſi ꝓpoſito nõ mutato ſciſcitaris vlterius, quem tibi ex fratrum p̃dicatorum & minorum ordinibus p̃eligẽdũ credimus, id p̃cipue cõſciẽtiæ tuæ relinquimus. Magis enim tu ſcire poteris vtriuſq; ordinis obſeruantias, que non

ſunt pares in omnibus,& in diuerſis articulis excedē tes & exceſſæ. Alterius quidem iſtorum ordinum le ctus eſt durior,nuditas grauior,& (vt nonnulli iudicant) paupertas ꝓfundior. Et alterius cibus parcior, longiora ieiunia,& (vt quāplures autumāt) ſanctior diſciplina. Neutrum ergo neutri preficimus, ſed in vna & arctiſſima paupertate fundatos, ad vnum tendere credimus, ſalutem ſcilicet animarum. Et ideo ſiue hūc ſiue illum elegeris,arctam viam aggredieris, & per portam intrabis anguſtam ad terrā melliſluā, & prę cœteris ſpacioſam. Vnde hoc apud te pōdera, hoc diligēter aduerte,quis magis animo tuo placeat, quēq; ſperes melius portaturum. Et ſic vni conuerſatione adhereas,vt amore ab altero non diſcedas. Frater enim p̄dicator eſt reprobꝰ, qui minores non diligit, & execrabilis frater minor,qui vel odit p̄dicatorum ordinem vel contemnit. Datum Peruſij xiij. Kalendas maij. Pontificatus nr̄i anno 2. Intrauit autē predictus miles ordinem p̄dicatorum, & ēt filius eiꝰ poſt eum. ¶ Anno dn̄i. M.cclxxi. electus fuit in pontificem dn̄s Gregorius x. vir ſanctus & iuſtus, poſtq̄ ꝑ biennium vel triennium cardinales in contentione fuiſſent,& ſedit annis tribus mēſibus duobꝰ & diebꝰ, xv. Hic fecit cardinalē fratrem Petrum de tharātaſio magiſtrum in theologia virum doctiſſimum,q poſtea fuit ſummus pōtifex. Hoc tēpore in ordine predicatorū plurimę fulſerunt præclariſſimę ſtellæ, tā in ſanctitate vitæ, quā doctrinæ amplitudine, vltra eos qui ſupra nominati ſunt. ¶ Quorū primus fuit Petrus de tharantaſio prædictus q ſcripſit poſtillas ſuper Gene

ſim, Exodum, Leuiticum, Numeros Lucam, ſuper omnes epiſtolas Pauli, ſuper quatuor ſententiarũ libros, de vnitate formarum, de materia çeli, de eternitate mundi, de intellectu & voluntate. Huius cõtemporaneus fuit frater Egidius de liſciuijs bachalarius in theologia, qui ſcripſit duos libellos de vnitate formarum. Item de immediata viſione diuinæ eſſentiæ. ¶ Item eodem tẽpore floruit frater Robertus natione anglicus archiepiſcopus cãtuariẽſis ac cardinalis portuenſis, qui ſcripſit ſuper Porphyriũ, prædicamenta, Peryermenias, ſex principia, diuiſionum, Priorum, Poſteriorum. Thopicorum, elenchorum, ſuper Boetium, ſuper Priſcianum minorem, de natura relationis, ſophiſtriam grammaticalem, ſophiſtriam logicalem, librum de ortu ſcientiarum, de rebus prædicabilibus, de vnitate formarum. Item ſuper libros phyſicorum, de celo & mundo, de generatione & corruptione, ſuper libros metheororũ, de anima, ſuper metaphyſicã & omnes paruos naturales, & ſup quatuor libros ſententiarũ. ¶ Frater etiam Vlricus theutonicus bachalarius in theologia, ſcripſit ſuper librũ metheororum, ſuper ſententias, & ſummam theologię magnam & ſubtilem. ¶ Frater Gerardus de mida bachalarius in theologia, ſcripſit ſuper metaphyſicã & ſuper eccleſiaſten. ¶ Frater Tidericus de Vriburgh magiſter in theologia ſcripſit de origine prædicamẽtorũ, de tẽpore, de iride, de menſuris rerum, de defenſione priuilegiorũ ordinis, de tribus difficilibus, de quidditatib⁹ rerũ, de generatione lucis, de viſione beatifica. ¶ Frater Ioãnes pariſiẽſis magiſter in theologia,

gia, ſcripſit ſuper quatuor libros ſentētiarum. Item librum de iride, & cōtra corruptoriū ſancti Thome. Item libros metheororū. Item libellum de tranſubſtantiatione panis & vini in ſacramento altaris. De vnitate eſſe & eſſentie, de aduentu chriſti, & apologeticum. ¶ Frater Iacobus de Voragine archiepiſcopus Ianuenſis ſcripſit legēdam ſanctorum abbreuiatam. Item ſermones dn̄icales, & quadrageſimales, & de ſanctis per totū annum valde bonos & vtiles, & mariale beatę virginis. ¶ Frater Ioannes de Vriburgho lector, ſcripſit ſummā confeſſorum in caſibus valde notabilem. Item confeſſionale, pro audiendis confeſſionibus. ¶ Frater Hermānus de minda ꝓuincialis theutonie ſcripſit de interdicto, & inquiſitionibus criminum, & epiſtolas ſingulares. ¶ Frater Ioannes Chriſtofori de minda ſcripſit ſuper quatuor euangelia, ſuper apoſtolum totum, ſuper canonicas epiſtolas, ſuper librum elenchorum, & ſuper librum de anima. ¶ Frater Vgo gallicus q̄ fuit archiepiſcopus lugdunenſis & cardinalis hoſtienſis, ſcripſit ſuper quatuor libros ſentētiarū. Item de vnitate forme. Item de viſione immediata diuine eſſētie. Item cōtra corruptorium beati Thome. ¶ Frater Guilielmus de altono anglicus magiſter in theologia. Hic ſcripſit poſtillam ſuper Mattheum. Item de decem virginibus. Itē ſuper eccleſiaſten. ¶ Frater Thomas de ſuetonia anglicus q̄ ſcripſit ſuper prædicamēta, ſex principia. Item cōpleuit ſcriptum ſancti Thome ſuper librum peryermenias. Item ſcripſit ſuper librum priorum. Item de vnitate formę. Item duo quolibeta. Item de

relatione. Item ſummã theologie. Item ſuper pſalterium. Item queſtiones difficiles pro declaratione dictorum ſancti Thome. ¶ Frater Richardus Clapoel anglicus magiſter in theologia ſcripſit ſuper quatuor libros ſententiarum. Item contra corruptoriũ ſancti Thomę. Item de vnitate formarum. Item de immediata viſione diuine eſſentie. ¶ Eodẽ tẽpore Gregorius x. congregauit concilium lugdunẽſe, ad quod vocauit ſanctum Thomam ꝓpter eius eminentem ſcientiã. Qui dum de neapoli romam accederet, in itinere infirmatus deuotiſſime apud monaſteriũ foſſæ nouæ ciſtercienſis ordinis terracinenſis dyoceſis, ad dñm migrauit, etatis ſue anno quinquageſimo inchoante, & ſepultus fuit in illa abbatia ſub depoſito tamen, cuius abbati; conſanguinei eius erant patroni, multis miraculis clariſſimus. ¶ Mortuo Gregorio x. anno dñi 1275. Creatus eſt in papam dñs Innocentius v. cardinalis de ordine ꝑdicatorum. Petrus de tharantaſio antea vocatus, de quo ſupra dictum eſt. Qui primo fuit magiſter in theologia, poſtea archiepiſcopus lugdunenſis, & cardinalis hoſtienſis, ac demum Innocentius papa v. appellatus. Hic vita moribus & ſcientia excellenter decoratus, infra ſex menſes a ſua creatione rome obijt, & in eccleſia lateranẽſi ſepultus fuit. ¶ Anno dñi 1276. mortuo Innocentio v. electus eſt in papam Adrianus v. Qui cum ſediſſet menſe vno & diebus ix. obijt in Viterbio & ibi ſepultus fuit. Poſt eum ſucceſſit Ioannes xxi. Petrus hyſpanus antea vocatus q ſedit mẽſibus octo, & obijt Viterbij. ¶ Anno dñi 1277. Nicolaus 3. de Vrſinis

natione

natione Romanus pontifex creatur qui sedit annis tribus. Hic anno pontificatus sui primo, fratrem Robertum anglicum p̄dictum ordinis p̄dicatorū fecit cardinalem portuensem. Idem papa dn̄m Latinum de frangipanis, idest de ꝓgenie sancti Gregorij pape primi cardinalem hostiēsem creauit, virum sanctum prudentem & doctum. Qui in cardinalatu vixit annis .xvij. & obijt anno 1294. Item anno 1280. dn̄s frater & magister Albertus magnus de quo supra habitum est migrauit a seculo. ¶ Anno 1331. electus est in papam Martinus 4. Ante istum Martinum reor magistrum Ioannem vercellensem magistrum ordinis nostri sextum fuisse electum in papam.

¶ De magistro Munione & eius generalatu ac multis viris excellentibus sui temporis.

ANno dn̄i 1285. post obitum Martini 4. electus est in papam Honorius 4. qui sedit annis tribus. Eodem anno electus est in magistrum ordinis 7. in capitulo generali Bononie magister Munio prior ꝓuincialis hyspaniæ, & rexit ordinem annis 6. laudabiliter & prudenter. Hunc Nicolaus papa 4. assumptus ex ordine minorum absoluit a generalatu, toto ordine reclamante. Qui superuiuens ix. annis assumptꝰ fuit ad episcopatum palentinum in hyspania. Et inde ad curiam vocatus absolutus est ab episcopatu per Bonifacium 8. Tandem pius hic pater inter manus fratrum ad dn̄m migrauit, sepultus in conuentu sanctæ Sabinæ Romæ. Fuit āt vir magni animi, & patiētię singularis in aduersis. Hic pater sanctus regulam fratrū & sororūm de penitentia beati Dn̄ici dictauit quam

nunc

nunc habent,cum priusſub quibuſdam conſuetudi-
nib⁹ a beato Dñico eis traditis viuerent, & ordinem
illum plurimum auxit & gratijs communiuit. ¶ Anno dñi 1292. poſt Honorium 4. cepit Nicolaus 4. & ſedit annis 6. menſib⁹ 8. dieb⁹ 16. Hic fuit de ordine minorum,& fecit cardinalem dñm Vgonem 2. gallicum de buliono archiepiſcopũ lugdunẽſem, de quo ſupra,qui poſt mortẽ dñi latini factus eſt eps̃ hoſtienſis. Eodem tẽpore Henricus de gãdauo qui doctor ſolemnis appellat̃ pariſius, frater Iacob⁹ de viterbio ordinis heremitarũ,& magiſter Godifridus de fontibus,multa conſcripſerunt, quib⁹ lucidiſſimã ac veridicã ſancti Thomæ doctrinã impugnare nixi ſunt. Contra quos ſuſcitauit dñs ſpiritum glorioſorũ doctorũ ordinis p̃dicatorũ, qui doctrinã impugnatam glorioſius defenſarẽt,fundarẽt & declararent, Quorum primus fuit Robertus ortford anglicus qui cõtra Henricum de gãdauo ſcripſit in his in quib⁹ vult impugnare ſanctum Thomam. Item contra primum Egidij vbi aduerſatur doctrine ſancti Thomæ. ¶ Frater Bernardus claramõtenſis eps̃, & bachalarius in theologia,ſcripſit contra Henricum. Item cõtra Godifridum de fontibus,& contra Iacobum Viterbienſem auguſtinenſem in his quib⁹ latrant cõtra ſanctũ Thomam. Idem ſcripſit ſuper quatuor libros ſentẽtiarũ. ¶ Frater Guilielm⁹ de maſſebt anglicus magr̃ in theologia ſcripſit contra Henricum de Gandauo, vbi ſanctum Thomã impugnare conatur. Item contra corruptoriũ corruptorij. Item queſtiones de angelis. ¶ Anno domini 1292. in capitulo Romę cele

brato

brato electus eſt in magiſtrum ordinis frater Stephanus biſuntinus magiſter in theologia, & prefuit duobus annis. Hic obijt anno 1295 in conuentu lucano. Scripſit autem ſuper eccleſiaſten. Item libellũ de auctoritatibꝰ ſanctorũ,& philoſophorũ. Item librũ exẽplorum per alphabetum narrationum. Item poſtillam ſuper apocalypſim. Huius tẽporibus fuerũt viri literati multi in ordine ꝑdicatorũ. ¶ Inter quos fuit frater Berdardus de trilia hyſpanus Magiſter ſacræ theologiæ,qui ſcripſit poſtillas ſuper eccleſiaſten, & librum ſapientie, tria quolibeta,ſuper Ioannem,queſtiones de ſpiritualibus creaturis,queſtiones de anima coniuncta, queſtiones de anima ſeparata,queſtiones de differentia eſſe & eſſentie,queſtiones ſuper totã aſtrologiam, & queſtiones de potentia dei. ¶ Frater Oliuerius brito magiſter ſacræ theologiæ ſcripſit ſuper quatuor libros ſententiarum, & ſuper librum elenchorum. ¶ Frater Nicolaus de goram gallicus ſcripſit poſtillas ſuper eccleſiaſticum, ſuper canonicas epiſtolas,ſuper Mattheum & lucam,ſuper totum apoſtolum,ſuper pſalterium,ſuper apocalypſim. Itẽ diſtinctiones & themata. ¶ Anno dñi 1293. mortuo Nicolao 4. electus fuit Celeſtinus v. qui ſedit menſibus v. Quo papatui renunciante electus fuit Bonifacius 8. ¶ Anno dñi 1296. electus eſt in magiſtrum ordiuis ix. frater Nicolaus de Taruiſio prouincialis lõbardię in capitulo Argentinenſi, qui in pace & humilitate ordinẽ rexit duobus annis,& fuit magnus amator comunitatis. Sub cuius magiſterio ꝓuincie ordinis cum prius eſſent 12. diuiſe fuerunt in 18. ꝓuincias,

cias. Hic ex magiſtro ordinis aſſumptus fuit ad cardi
nalatum per dn̄m Bonifacium 8. vt infra dicet. ¶ An-
no domini 1300 in capitulo generali Marſilie electꝰ
fuit in x. Magiſtrum ordinis frater Albertus Ianuen-
ſis bachalarius in theologia, vir religioſus & p̄fuit tri
bus menſibꝰ. Hic obijt in conuentu Ananie in vigi-
lia ſancti Auguſtini. ¶ Anno dn̄i 1301. electus fuit in
magiſtrum ordinis 11. in cap. generali Colonie cele-
brato frater Bernardus de Vizico, de prouincia tho-
loſana ꝓuincialis ꝓuincie ꝓuincie & p̄fuit duobus
annis & 4. menſibus. Obijt aūt in conuentu treuerē-
ſi in feſto ſancti Lamberti.

¶ De domino papa Benedicto xi. ordinis noſtri.

ANno domini 1303. mortuo Bonifacio 8. electus
eſt in papā 11. Kalendas nouembris dn̄s magiſter
Nicolaus de Taruiſio olim generalis ordinis & tunc
cardinalis hoſtienſis, & appellatus fuit Benedictus xi
de quo ex cronica ordinis fratris Bernardi de caſtris
ſancti Vincentij ſic habetur. Eadem Romana eccle-
ſia geminata letitia gratulatur ſe habuiſſe p̄ſulē & pa
ſtorem dn̄m Bn̄dictū 11. qui prius dictus eſt frater Ni
colaus de Taruiſio 14. ætatis ſuæ anno prædicatorū
ordinē eſt ingreſſus. in quo. 14. annis primis ſtuduit
& laudabiliter ꝓfecit. Et in alijs 14. annis ſequētibꝰ
exercuit officium lectorie, & 14. annis alijs in p̄latio
nis officio in ordine laborauit. Hic prior ꝓuincialis
lombardię exiſtens, factus fuit magiſter ordinis, in ca
pitulo generali argentinæ anno dn̄i 1296. Hic p̄fuit
magiſterio annis duobus cum dimidio in pace & hu
militate equitate magna, magnus amator comunita
tis.

tis. Deinde creſcentibus eius meritis & p̃conijs claræ famæ, vocatus eſt de magiſterio ad cardinalatus titulum & honorem, per dñm Bonifacium papã octauum, dũ eſſet ipſe in ꝓuincia ꝓuinciæ. Cui per nũcios dñs Bonifaci⁹ papa infraſcriptas direxit literas apoſtolicas vez. Bonifacius epiſcopus ſeruus ſeruorũ dei dilecto filio fratri Nicolao de Taruiſio quondã magiſtro ordinis fratrum p̃dicatorum in ſacroſanctę Ro. eccleſiæ p̃ſbyterum cardinalem aſſumpto, ſalutẽ & apoſtolicã bñdi. Inter ceteros ordines in agro plãtatos Dñico ſacrum fratrũ p̃dicatorum ordinem dileximus hactenus, & diligere non ceſſam⁹, ad ea que proſperum ſtatum eius ſuiq; honoris incrementa reſpiciunt paternis ſtudijs intendentes. Volẽtes itaq; perſonã tuã quã laudabilis fama refert, ac fide digna clamat aſſertio, claris virtutum inſignijs decoratam, & in te p̃fatum ordinẽ multipliciter honorare, te nuper de fratrum nr̃orum cõſilio in p̃ſbyterum cardinalẽ ſacroſanctæ romanæ eccleſiæ duximus aſſumendũ. Quocirca diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mãdamus, quaten⁹ impoſitũ tibi onus a dño ꝓmpta deuotione ſuſcipiens, te ſubmoto dilationis obſtaculo p̃pares, ad noſtrã preſentiam quãtocius acceſſurus. Datum reate nonis decẽbris, põtificatus noſtri anno quarto. Prefatam literã cum bulla recepit ipſe dñs Nicolaus in leſinhano ꝓpe narbonã. Et ſequenti mane intrauit narbonam. Et in capitulo fratrum p̃ñtibus fratribus & dñis ciuitatis & multis ſolẽnib⁹ viris fecit legi literas apoſtolicas, & renunciauit magiſterio ordinis lachrymabiliter, & cardinalatũ acceptauit.

ceptauit. Hic igitur primo cardinalis presbyter fuit tituli sanctæ Sabinæ & postmodum translatus fuit ad episcopatum hostiensem, in quibus dignitatibus mãsit quasi annis quinque. Tandē mortuo Bonifacio. 8. factus est summus pontifex & Benedictus 11. fuit appellatus. In quo pōtificatu vixit mensib9 8. dieb9 17. & migrauit apud Perusium. 1304. nonis iulij die martis hora quasi nona omnibus ecclesiasticis sacris deuote susceptis, & sepultus fuit in ecclesia fratrum p̄dicatorū Perusij ante altare sub terra sicut ipse mãdauit dum ad huc viueret, ne in alto poneret sed sub terra ex magna humilitate quam habebat. Et l3 modico tempore vixerit multa tñ bona fecit, & meliora sperabantur. Nã cōstitutionē Bonifacij de sepulturis reuocauit tanquã nimis rigidã, & aliam fecit que incipit Inter cunctas, in fauorem religiosorū. Præterea duos cardinales ex columnensib9 reconciliauit, quos Bonifacius acriter fuerat persecutus. Hic etiã fecit successiue tres cardinales de ordine prædicatorum v3. dñm Nicolaum de prato in titulum hostieñ. fratrem Guilielmuū anglicū. Item fratrem Gualterum anglicū confessorem regis angliȩ in p̄sbyteros cardinales. Concessit etiam priuilegia multa religiosis, & eos tenerrime dilexit. De hoc sanctissimo viro legitur, q̄ cum mater eius que erat pauperrima audisset eum pontificem creatum venit Romam ad videndum eum. Cumq; ab amicis p̄ciosis vestib9 sericis fuisset induta, ad p̄sentiam pontificis est perducta. Quã cum pontifex ita pōposȩ indutã vidisset abhorruit factum, & dixit. Que est ista dña, quam ante me

ꝑſentaſtis? Et illi. Beatiſſime pater, eſt mater ſanctitatis veſtræ. Qui licet optime eā cognoſceret, ait. Mater mea eſt vna paupercula, vilibus veſtib⁹ induta, & iſta eſt ita bene induta ꝙ non cognoſco eam ꝑ matre mea. Vnde eā extra ducatis, quia non cognoſco eam vt matrem meā. Quæ educta & veſtibus vilib⁹ quib⁹ antea veſtiri conſueuerat reinduta, ad conſpectum pōtificis pn̄tata fuit. Quam pontifex de cathedra deſcendens amplexatus eſt, & dixit circunſtantibus. Filij iſta eſt mater mea paupercula, & non illa diues & præcioſe induta. De quo multum edificati fuerunt omnes, attenta eius maxima humilitate. ¶ Ordo fratrum ſeruorum beatæ mariæ qui dr̄ ortum habuiſſe a beatiſſimo Petro martyre ordinis noſtri, lȝ alij dicant ꝙ non originem habuit ab eo, ſed magnū incremētū receperit, a dn̄o Bn̄dicto papa xj. ordinis fratrum ꝑdicatorū fuit confirmat⁹, ob magnam deuotionem quā ad ipſum martyrē glorioſum hēbat. Et quia ſicut ſcriptum eſt, q̄ ſe humiliat exaltabitur, quia iſte ſanctus pontifex ſe valde humiliauerat, ideo poſt mortem eius adiecit dn̄s eū magnificare ſuper terram, corruſcatione miraculorum, vt per hoc oñderet, ꝙ felix viueret in excelſis. Quedam hic inferius annotaui ꝑut accepi ex literis fide dignorum in curia exiſtentium, qui viſu vel auditu de eis certius potuerunt informari. Et q̄dam ex eis poſt modum audiui relatione plurium confirmari. Que quidē breuiter & ſummatim ponam, dimiſſa omni hiſtorie longitudine. ¶ Ipſa die obitus beati Bn̄dicti papæ, qua ſancta illa anima celum conſcendiſſe credita eſt, tantus

fuit concursus populorum circa corpus eius in palatio adhuc positum, venientium ad pedum oscula beatorum, & in castrinum in ecclesia fratrum prædicatorum dum officium cantaretur, & super sepulchrum ipso etiã tumulato, ꝙ præssura gentium a nemine potuit cohiberi. Ceperuntq; varijs languoribus laborantes beati Bñdicti papæ suffragiũ implorare, moxq; diuinam adesse virtutem percipere & sentire. ¶ Mater cuiusdã fratris ordinis ꝑdicatorũ quę per 14. annos continuos dolórem capitis continuum sustinuerat, deuote sibi deuouẽs, ꝓtinus est curata. ¶Homo qdam filium hñs paruulum q tribus diebus sine cibo & potu fuerat, de vita ipsius pueri quasi desperat⁹, ad sepulchrum beati Bñdicti eundem attulit. Et quia tulit cum reguli ac centurionis fide & deuotione querens salutem filij, statim beati Bñdicti meritis sanitatem recepit, & per se in ecclesia deambulare cepit, q prius fuerat deportat⁹. ¶Mulier quedam brachium alterum curuum & quasi aridum habebat, cum quo nil agere poterat. Que bñdictionis & salutis ibidem petens auxilium, a Bñdicto dñi, ꝓtinus est curata, ita ꝙ sic cum eo sicut cum altero omnia poterat operari. ¶Quedam ẽt mulier & qdam puer penitus nil videntes, ad Bñdicti sepulchrum perducti, statim fuerunt eius meritis ad lumen pristinũ restituti. ¶ Quidam domicellus vicecãcellarij impotẽs factus in vno brachio, audiens tanta miracula beati Bñdicti papæ meritis diuinitus perpetrari, cum fide & deuotione ad eius sepulchrum veniens, fuit ibidem continuo liberatus. ¶ Quãdam mulierẽ a fluxu sanguinis quẽ

per annum passa fuerat liberauit. ¶Puerum vnum ad ambulandum penitus impotentē in pedib⁹ & tibijs ex retro iam multis annis,ibidem suis meritis instaurauit, & gressum reddidit pñte populo & testimoniū perhibente. ¶ Quedam mulier demoniaca ad sepulchrum Bñdicti papæ adducta fuit. In eisdem diebus paulopost in ipsius tumulationem, quam diabolus multum vexabat & torquebat, & vociferare pre angustia miserabiliter cōpellebat. In qua diabolus mulieris vtens labijs,latinum congrue admirantibus audientib⁹ loqbatur. Muliere igitur iuxta sepulchrum posita vnus frater pdicator pñtib⁹ omnib⁹ qui aderant clericis & laycis in multitudine copiosa, & duobus fratribus minoribus incepit demonem adiurare dicens.Adiuro te ex parte dei & serui sui papæ Bñdicti vt exeas inde,& dimittas istā mulierē. Tunc rñdit demon verbis latinis. Quomodo credis ꝙ Bñdictus me hinc expellat,cum Francisc⁹ me non potuerit expellere. Predicta namq; mulier prius adducta fuerat apud assisium ad beati Francisci tumulum. Tunc frater dixit. Scio ꝙ vterq; hēt potestatem a deo expellendi te. Sed deus potest istam gratiā reseruare sancto papæ Bñdicto, quam non fecit sancto Francisco hac vice. Tunc dixit demon. Rogo te vt non vexes me amplius nec infestes, quia per 16. annos in hac muliere mansi. Et iterato cepit frater eum adiurare ex parte beati papæ Bñdicti vt prius,& dicere euāgelium secundū Ioannē. In principio erat verbū. Cūq; peruenisset ad finem & dixisset. Et verbum caro factum est, continuo exiuit diabolus,& dimisit mulie-

rem ita conquassatam & vexatam, ꝙ multo tempore
nihil potuit loqui. Postquam autē respirauit, virib⁹
aliqualiter iam resumptis, deuote laudes & gratias
egit deo & sancto Bñdicto, nec vlterius locuta est la-
tinum, quod non didicerat nec sciebat, nec recorda-
ta est ꝙ vnquam taliter fuerit locuta. Sed cum sibi
dicebatur de hoc plurimum mirabatur. Oro. ¶ De
us qui beatum Bñdictum pōtificem tuum bñdictio-
nis tue gratia subleuasti ad celū, populū tuū q̄s no-
ua bñdictione grē tuę sanctifica, & a cunctis malis im
minentibus eius meritis & precibus tua nos virtute
304 defende, per christum. ¶ Anno dñi. 1304. Clemens
papa v. eligitur in papam post longam contentionē
cardinalium, & sedit annis 8. Hic transtulit curiam vl
tra montes, que continue ibidem mansit vsq; ad Gre
gorij. 11. pontificatū, qui diuina reuelatione per bea
tam Catherinam Senēsem ordinis de pnīa beati Do-
minici sibi factam, curiam ad vrbem Romanam redu
xit. Hic Clemens fecit cōcilium generale apud Viē-
nam galliæ, & multas constitutiones presertim contra religiosos. Ex ordine autem p̄dicatorum succes-
siue tres cardinales creaūit, quorum primus fuit dñs
10. Nicolaus de farinula qui tunc erat cōfessor regis Frā
ciæ. Hunc constituit presbyterum cardinalem tituli
11. sancti Eusebij. Secundus fuit dñs Thomas anglicus
magister in theologia, quem fecit presbyterū cardi-
12. nalem tituli sanctæ Sabinæ. Tertius fuit fratrer Gui-
lielmus Petri barbacensis magister in theologia quē
ex lectore sacri palatij fecit presbyterum cardinalē
tituli sanctæ Ceciliæ, postmodum autem per d. Ioan.

22. factus est cardinalis episcopus Sabinensis. ¶ Anno dñi 1308. electus fuit in magistrum ordinis 12 F. aymericus placentinus lõbard⁹ tunc lector Bononiensis, in cap. generali Tholosano. Hic legerat in ordine annis 23. tam in philosophia quam in theologia, & ordinem gubernauit annis. 9. Hic etiam in capitulo neapolitano cessit magistratui, & pluribus annis superuiuens, tandem bononiæ die 7. Iulij. 1327. diem clausit extremum ibidem sepultus. ¶ Anno dñi 1312. electus fuit in capitulo generali carcasonæ in magistrum ordinis 13. F. berẽgarius de ꝓuincia tholosana. Hunc papa Ioannes 22. misit legatum in frãciã & postea cõcessit ei archiepatũ cõpostellanum.

¶ De infamia ordini imposita per quendã monachũ cysterciẽ. & fratres minores dicentes ꝙ F. Bernardus de montepolitiano veneno in hostia consecrata extinxerat Serenissimum dominum Henricum lucellembourch imperatorem Romanum.

ANno dñi. 1314. Serenissimus dñs henricus lucellembourch romanorum imperator existẽs in tusciã in ciuitate pisarum & volẽs cum exercitu versus reliquas partes tusciæ adire, per magistrum Bartholomeum de vagenaria fuit dissuasus ne illo tẽpore exponeret se itineri propter estum, quia erat dispositus ad magnam infirmitatem. Cumq; ille nullomõ acqescere voluisset, tandem post in bonconuentu infirmatus, nona die diem clausit extremum. Quidam autem monachus Ioãnes nomine, ordinis cisterciẽ.

qui erat cappellanus imperatoris, ſperans effici confeſſor eius propter diſceſum cancellarij & epiſcopi botontini qui imperatorem aliquando in confeſſione audiebant, & videns Ioannes ꝙ F. Bernardus de mõtepolitiano ordinis predicatorũ effectus eſſet eius confeſſor, inuidia motus, ipſum fratrem Bernardum infamauit, ꝙ imperatorem in hoſtia conſecrata veneno extinxiſſet. Vnde ꝓpterea magna tribulatio ordini predicatorum excitata fuit maxime per alemaniam, & prouincias que erant ſub imperatore predicto, adeo ꝙ fratres prædicatores non poterant ſine periculo clauſtrum egredi nec ꝑdicare. Verum comperta veritate ꝙ imperator ex naturali infirmitate obierat & non ex veneno, plures cardinales & epiſcopi teſtimonium innocentiæ fratris Bernardi qui culpabatur, & famæ ordinis ꝑdicatorum per ſuas literas ad prælatos illarum partium tranſmiſerunt, & ipſe F. Bernardus obtulit ſe cuiuſcunq; recte ſentientis iudicio & examini, ſicut per literas ſuas euidentius ſe purgat, & etiã teſtimonia de vita laudabili ipſius fratris Bernardi quam ſemper tenuit in ordine, ipſum immunem declarãt. Nam ſemper fuit bonæ famæ & honoratus in officijs ordinis, & ꝓpter bonitatẽ ſuã in multis negocijs ordinis fuit expoſitus. Infraſcripta autẽ ſunt indicia quib⁹ dictus F. Bernardus ab hoc ſcelere purgatur clariſſime & euidentiſſime. ¶ Primo quia ipſe F. Bernardus ꝓbatus fuit ſemper innocentiſſimæ vitæ & laudabilis famæ in ordine, nec tantum flagitium in tantum dñm & cum viuifico ſacramẽto admiſiſſet. ¶ 2. Omnes cõſanguinei eius (nam erat

nobilis

nobilis genere) erant de parte imperatoris & ei valde fauorabiles, nec eis tantam iniuriam, infamiam, & damnum feciſſet. ¶Tertio. Per dñm Nicolaum de prato cardinalem hoſtiẽſem qui erat amiciſſimus dicti imperatoris ipſe F. Bernardus datus fuerat in ſeruitium & familiarẽ dicti imperatoris. ¶ 4. Quia ſum me honorabatur ab imperatore. Nam confeſſor ei⁹ factus fuerat,& imperator plus in eo quam in aliquo confidebat,& eius principibus equabatur. ¶ 5 Quia poſt mortem imperatoris non fugit ad inimicos im peratoris,ſed ad ei⁹ amicos acceſſit,& iudicio cuiuslibet recte ſentientis ſe expoſuit. ¶6. Quia medicus imperatoris antequam piſis diſcederet ei ſuũ receſſũ diſuaſit,aſſerens ꝙ diſpoſitus erat ad magnam ægritudinem,de qua re ipſe medicus publicum fieri fecit inſtrumentũ. ¶ 7. Quod in vigilia aſſumptionis dñe noſtræ habuit vnum paroſiſmum tertianæ de quo nõ curauit,& in die dñe noſtre p̃ſentibus multis baronibus cõicauit, & diem illum cum illis in magno cõuiuio & letitia expendit, & poſtea die ſequenti oĩo voluit equitare & caſtra mouit, & ex labore itineris & eſtu habuit alium paroſiſmum qui nunquam eũ deſeruit. ¶8. Ipſe erat in loco valde infirmo,quia lo cus ille ſuos habitatores deuorat,ſicut dicunt ipſi ha tatores eiuſdem loci. ¶9. Quia medici dederunt ei quotidie tres & aliquando quatuor ciatos vini nigri potentis,cum tantundem de aqua & offa panis calefacti & tergia,volentes ſubuenire debilitati, & non conſiderantes eſtiuum tẽpus & febrem acutam quã habebat. Et ex his tm̃ febris ardor creuit,ꝙ non inue

niebat requiem vllam, donec 9. die post secundũ parosismum diem clausit extremum. ¶ 10. Quia post mortem nullus tumor aut depilatio secuti sunt, sed sicut erat quando obijt ita perseuerauit cadauer ei⁹. ¶ 11. Quia Serenissimus rex Ioãnes rex Boemię fili⁹ ṗdicti imperatoris serenissimi, & Reuerẽdissim⁹ dñs Baldouin⁹ archiepiscopus treuerensis, & alij princi pes, & oẽs imperij electores. Itẽ epi & nobiles q̃pluri mi theutoniæ & Italiæ imperio fidelissimi, discretione dilig tissima super hoc fideliter habita, viuis suis vocib⁹, literisq; & sigillis suis roboratis, fuisse falsum & confictum hmõi scelus contra ṗdictũ fratrem Ber nardum demonstrauerunt vniuersis, & super omnes Karol⁹ 4. imperator fili⁹ supradicti Ioãnis regis Boemorum filij Henrici imperatoris, suo sermone ad or dinem nostrũ ostendit esse falsum. Insuper post aliquot annos fecit celebrari capitulũ generale fratrũ ṗdicatorum in praga ciuitate boemie, In cuius capi tuli solemni celebratione in die penthecostes imperator erat ṗsens, stans in missa in loco suo, imperialibus insignijs & corona insignitus in dextro choro, & eodem modo imperatrix in choro sinistro in excusationem fratrũ & ordinis, & infamiæ factæ rõne mortis aui sui. Fratres enim minores famauerant per totam thuringiam, & mysiam, ꝙ ideo conuocasset fratres ṗdicatores in pragam ad capitulum, vt vindicaret mortem aui sui. Quod imperator intelligẽs, oẽm honorem excogitabilem & decentem in sui excusationem & ordinis, ordini & fratribus exhibuit. Primo enim fecit deaurari turrim nostri cõuentus. Post

in die penthecostes stetit in choro imperialibus insignitus,& fecit exhiberi & offerri fratrib⁹ duas bullas aureas ad altare,quarum vna est de exēptione ab omnib⁹ principib⁹ xp̄ianis secularib⁹, & ꝙ solum sumus sub imperio,secunda est de successione in hereditate p̄rna. In secunda feria pēthecostes inuitauit totū capitulū ad aulā suā in castro pragēsi,& gloriosis pauit ferculis,ministrantib⁹ ibidē ꝓceribus suis. Post prādium duxit oēs fratres ad cathedralē ecclesiā que in castro est,& ōndit ibidem reliq̄as imperij & omnem ornatum domus sue,& cū solēnitate reduxit fratres in ꝓpria persona ad cōuentū,vt fratres minores mēdacium dixisse omnib⁹ patēter ōnderet. ¶Nec obstat ꝙ aliqui obijciebant ꝙ in p̄dicta infirmitate corpus imperatoris effectū est nigrum,quia pleuretic⁹ erat. Et si medici vsi fuissent diligentia & nō ita calidis eū refecissent,forte mortuus non fuisset. Extāt āt cōpię literarum plurinm Reuerendissimorum dn̄orum cardinalium,& dn̄i episcopi aretini ad p̄latos alemaniæ super assertione innocētiæ fratris Bernardi p̄dicti. Extat & epistola ipsi⁹ fratris Bernardi ꝯēm rei seriē narrans. Quas siquis videre desiderat ad longum, legat chronicā prefati magistri Iacobi de susato. Hic autē breuitatis cā o misse sunt. Nō obstantib⁹ supradictis defēsi onib⁹ & ꝓbationibus veritatis innocētiæ fratrū p̄dicatorū, & falsitatis minorū,adhuc rabido dēte rabiē suā rodētes q̄dā fratres minores nobis insultare nō cessant,& presertim q̄dā frater minor q̄ anno dn̄i. 1410. lubicensib⁹ chronica scribens mētiēdo in ipso, hanc hystoriam interserit,dicens ꝙ ob hoc flagitium

in penam datum est ordini nr̃o, ꝙ omnes fratres qñ celebramꝰ comunicemꝰ nos cũ manu sinistra. Quod quam falsissimum sit ex his apparet. ¶Primo quia nemo debet grauari onere alieno, ex regulis iuris. Vnꝰquisq; enim onus suum portabit. Gal. 6. ca. Et 24. q. 4. ca. Siquis catholica. Malus portat cãm suam, nec ꝑiudicabit alteri, quem in cõsensu mali operis sociũ non habet criminis, dicente domino Ezech. 18. Anima que peccauerit ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatem pr̃is, nec pr̃ portabit iniqtatẽ filij, q̃to minus fratres vnius religionis. Esto ꝙ verum esset id quod fratres minores false cõposuerunt, quia ex dicto ipsorum sequeretur ꝙ beatus Petrus traxisset noxam ex iuda traditore eius coapostolo. Cuius cõtrarium ponit canon 24. q. 1 non turbatur, dicens. Non turbatur nauis que Petrum hẽt, sed turbatur q̃ Iudã habet. ¶ 2. quia ordinarius idest rubrica ordinis fratrum ꝓdicatorum in principio ordinis confirmatus, habet sic, de diuisione hostiæ dans modũ & formã, ꝙ sacerdos diuidat hostiam primo in duas partes, deinde partem quã tenet in dextera superponat in transuersum parti reliquę in sinistra, & diuidat illã in alias duas, ita ꝙ digiti fracturam non tangãt si fieri potest, in sinistra retinens duas partes vsq; ad perceptionẽ. Et hec litera in nullo libro ordinis nostri est mutata, nec per modum additionis apposita, sed sicut erat in principio scriptura ordinata, ita etiam perseuerat. Et est quadruplex rõ quare sacerdotes ordinis fratrum ꝓdicatorum cõicant, cum sinistra. ¶Prima trahitur ex dictis beati Gregorij papę in omelia diei pasce. Quid

per

per leuam nifi prefens vita fignificatur? Cum igitur fratres prædicatores cõicant cum finiftra,fignificare volunt ꝙ per virtutẽ facramẽti & paffionis chrifti,de p̄nti miferia trãsferunt ad gaudia fempiterna. ¶ fecũda rõ,quia omnes nos,fcilicet gentiles ex quibꝰ conftituit ecclefia fuimꝰ filij iræ, & per confequens per finiftram defignati,filij vero ifrael fuerunt filij dilecti & filij dextrę,fed vice mutata tranflatum eft regnum ad eos qui fuerunt filij finiftræ. Nobis igit filijs quõdam irę nunc dilectionis facr̄m in quo eft virtus regni datum eft folum,iudeis nunquã, fed eft figura & vmbra,nobis aũt veritas & res. Nec transferet ad iudeos fed apud ecclefiam ex gentibꝰ conftitutam durabit in eternum,ad quod fignificandum cõicant cũ finiftra. ¶3. ratio eft. Poftquam facerdos fe transfert in miffa ad finiftrum cornu altaris tractat chrifti paffio,& illa recordantur tunc que dñs nofter geffit hic in fua humilitate bñdicta, ꝓ omnium nr̄m falute. Qđ euangelium regni videtur inuere,quod tunc primo legitur. Iccirco in diuiniffimo facr̄o memorãtes dulciffimam paffionem chrifti,quam pro hũani generis falute hic in finiftra, fcilicet in p̄nti vita paffus eft, cũ finiftra cõicant. ¶ Quarta rõ eft ex nomine ordinis fratrum p̄dicatorum. Nam Innocentius tertius dedit ordini nomen fratrum p̄dicatorom,quia prædicaturi erant Iefum chriftum crucifixum. Et ideo dedit ordini, fcilicet generali fratrum prædicatorum, crucifixum pro figno figilli. Qui quidem generalis magifter habet crucifixum in ordinis & officij fui figillo. Cum ergo hic in finiftra,fcilicet præfenti vita dñs

fit

fit crucifixus, quem verbo crucifixum p̄dicamus, in sigillo pro signo hēmus, manu sinistra passum crucifixumq; inhumanitate, in officio missæ cum manu sinistra cōicando demōstramus. Insidiosè igitur & maliciosè fratres minores fratres ordinis p̄dicatorū male & falsè diffamauerūt. Que falsitas ex p̄missis potest deprehendi euidēter. Hæc autē hic posita sunt vt veritas facti fratribus ignorantibus eā manifestetur. Hec omnia hn̄tur in crhonica præfati reuerēdi patris fratris Iacobi de susato ordinis prædicatorum. ¶ Alias rationes quare cōmunicamus cum manu sinistra ponit magister Leonardus de vtino in quadragesimali suo, sermone 42. de dignitate animæ humanæ, in secūda parte eiusdem sermonis, & in testimonio legis canonicæ vbi sic dicit. Propterea nos fratres p̄dicatores cōmunicamus cum manu sinistra, quia in ea parte est cor, etiam quia manipulus qui designat indissolubilem colligationē cordis nostri cum Iesu christo ponitur in manu sinistra, ob feruentem & cordialem charitatem nostri ad christum, vt declaraui in sermonario aureo de sanctis, in sermone de beato dn̄ico patre nostro. ¶ Preterea vxor in signum illibatę fidei & cordialis amoris gestat ānulū in manu sinistra. Nobiles ēt & magni principes insignia sua que vulgariter dn̄r diuise, deferunt ex parte sinistra. Milites insigne suum aureū ferunt in latere sinistro. Ad abolenda ergo peccata que regnāt in corde nostro. Mat thei 12. De corde exeunt cogitationes male &c. medicina superponenda est cordi. Canti. 8. Pone me sicut signaculum super cor tuum. ¶ Rō autem lr̄alis ē

ista.

iſta. In principio ordinis noſtri inſurrexit quedã heresis, aſſerens non eſſe verum corpus chriſti in altari niſi quamdiu eleuat̃. Cuius opinionis fuit magiſter Ioannes Vviclef. Ordo aũt noſter p̃ualuit contra hãc hereſim, miro modo eam cõfutando. In cuius ſignũ datum eſt ordini noſtro vt in miſſa poſt agnus dei añ cõmunionem tenerent fratres hoſtiam eleuatam ſuper calicem, vt ſic adoraretur ab vniuerſo populo, tãquam verũ corpus & ſanguis chriſti, & ne deponeretur vſq; ad cõionẽ incluſiue. Quia vero cum manu dextra h3 ſacerdos tundere pectus ſuum tanquã verum deum adorans hoſtiam, oportuit vt cum manu ſiniſtra teneret & ſic cõicaret. Propter hãc causã plures fratres nr̃i martyrio coronati sũt ab hereticis. Et dum eſſem in cõcilio ferrarienſi tẽpore dñi Eugenij papæ 4. relatũ eſt plures cõuentus nr̃i ordinis funditus euerſos ab huſouiſtis in Boemia, & fratres trucidatos ab eiſdem. Ordo .n. nr̃ valde inſudauit contra hereſes ad earum extirpationem, & p̃cipue circa hoc ſacr̃m corporis chriſti. Hec magiſter Leonardus prędictus. Claruit his temporibus F. Albertus de Brixia doctor præcipu⁹, cui reuelata fuit a beato Auguſtino gl'ia ſancti Thomæ. Hic cum eſſet apprime doct⁹ ſummam de officio ſacerdotis valde vtilem & bonã cõpilauit, & dies ſuos in ſanctitate vitæ, & cõmendatione beati Thomæ cõplẽuit. ¶Hoc tẽpore floruerũt doctores inſignes in ordine v3. magr̃ Robertus olchot anglicus, qui ſcripſit ſuper librum ſapientiæ elegantiſſime. Itẽ ſuper 7. prima capitula eccleſiaſtici. Itẽ moralitates pulchras. ¶ Item floruit F. Ioãnes de ſã

ĉto geminiano, qui sermones perpulchros cōscripsit de tēpore, dñicales, & quadragesimales, de sanctis, & pro defunctis ad omnem statum. Item librū de similitudinib⁹. ¶ Item F. Vgo de prato qui sermones dñicales & quadragesimales ac cōes solemnes cōposuit ¶ Itē F. Henricus de Arimino qui summā de quatuor virtutib⁹ cōpilauit egregie. ¶ F. etiā gradeus de ascu lo, qui in logica & philosophia multa cōposuit. ¶ Itē F. Dñicus tholosanus, qui in diuina scriptura cōmentaria magna dictauit. ¶ Floruit quoq; eodem tempore F. Bartholomeus de pisis cōpilator summe pisanæ & nonnullorū aliorum voluminum. ¶ F. quoq; Raynerius pisanus qui summam magnam theologicam compilauit, circa ista tempora fuit.

¶ De beato Iacobo de Venetijs qui iacet Forliuij. & de canonizatione sancti Thomæ de aquino.

ANno dñi 1314. obijt Forliuij beatus F. Iacob⁹ de Venetijs 83. annorum existens. Hic enim multis virtutib⁹ & gratijs adornatus, omnib⁹ sanctitatis exēplar fuit, post mortem vero magnificis continue miraculis corruscauit & corruscat. ¶ Anno dñi 1316. Ioannes 22. papa consecratur in Auinione & sedit annis 19. Huius tēpore factus est generalis ordinis nostri magister F. Herueus natione brito, electus in capitulo generali lugduni celebrato āno dñi 1318. Hic ordinē gubernauit annis 15, & plus, & sepultus fuit in narbona anno domini 1333. Tempore istius magri Heruei canonizatus fuit sanctus Thomas de aquino ordinis nostri, per dictum dominum Papam Ioānem 22. 15. Kal'. Augusti, in Auinione. Hic magister Her

ueus fuit solénis magr̃ in theologia,& multa scripsit, v3 contra Henricum de gãdauo 15. quolibeta, & cõtra Durandum,vbi ipse Durandus impugnant sanctũ Thomam . Scripsit super quatuor libros sententiarũ, & octo quolibeta . Item de verbo . Item questiones de peccato originali . De eternitate mũdi, de cognitione primi principij,de beatitudine,de virtutib⁹ moralibus,de ordine secunde intentionis ad primã, de secundis intentionibus tractatus duos, de paupertate christi & apostolorum, de sacramẽtis,de potestate papæ. Plura etiã eius opera habentur que hic breuitatis gratia dimittuntur . ¶ Scripsit eodem tempore F. Durãdus senior scripta diuersa, duo super sentẽtias, & duo quolibeta . Item tractatum cõtra Ioãnem 22. de visione diuine essentie . ¶Scripsit etiam F. Durandus de sancto portiano super quatuor libros sententiarum,& duo quolibeta. ¶ Item F.Nicolaus traueth anglicus scripsit super Boetium de consolatione, super declamationes Senece , & super Augustinum de ciuitate dei .¶ Item F.paganus scripsit postillas super penthatheucum, super Iosuæ,Iudicum, Ruth,Regũ, Paralyppomenon,Esdram,& Neemiam,Thobiã,Iob, Parabolas, Ecclesiastem, Cantica, Librum sapientiæ, psalterium,quatuor prophetas maiores, super euangelia super apochalypsim . ¶ Hoc tẽpore facta est canonizatio sancti Thomæ de aquino a dño papa Ioanne in ecclesia cathedrali Auinionensi . Nam d. papa audita fama miraculorũ & doctrinæ & vitæ eius, deputauit solemnes inquisitores qui inquirerẽt de predictorum veritate . Et ꝓbatis omnibus canonice,de

omnium

omnium p̄latorum tunc in curia existentium cōsilio & assensu, sanctorum confessorū cathalogo est ascriptus. In die canonizationis ipsius p̄dicauit primo dn̄s papa Ioan. 22. in palatio suo, sumpto themate. Scitote qm̄ mirificauit dn̄s sanctum suum, & in eo mirabiles cōmēdationes dixit tam de ordine q̄ de sancto, & inter alia q̄ sanctus Thomas in hoc ordine gesserat vitam apostolorū, qui ordo nihil habet in ꝓprio licet habeat & viuat in cōi. Item dixit q̄ credebat istā esse vitam apostolorum, Addidit etiā q̄ nullus haberet ꝓ malo, q̄ iste gloriosus doctor post apostolos, & doctores primos, plus illuminauit ecclesiam dei. Postmodum p̄dicauit frater Petrus graterei. Tertio loco p̄dicauit Rex Siciliæ. Quarto loco p̄dicauit Archiepiscopus Capuanus excellentissimus. Quinto loco prædicauit alius quidam ep̄s. Sexto loco p̄dicauit archiepiscopus arelatensis. Septimo ep̄s vintouien̄. Octauo loco prædicauit ep̄s londoñ. de ordine minorum. Hi sermones facti fuerunt idibus iulij. Postea d. papa 15 Kalen̄. Augusti, in festo sancti Alexij cantauit missam, & iterum sermonem habuit de eodem, sumpto themathe. Magnus es tu & faciens mirabilia. Postea per regem & reginam & comitem sancti Seuerini, & p̄latos diuersorum ordinū facta sunt magna festa in conuentu. Ad quos venerūt dn̄i cardinales cum magna letitia. Anno sequenti d. Stephanus ep̄s parisiensis de consilio episcoporū & archiepiscoporum ac 23. magistrorum in theologia. & 39. bachalariorum quosdā articulos qui videbantur tāgere doctrinā sancti Thomæ condemnatos per vniuersitatē parisien̄. per lr̄as

suas

suas reuocauit. Que litera parisi⁹ in festo sancti Thomæ coram vniuersitate post sermonē publicata fuit, cum omnium gaudio & letitia ad laudem saluatoris. ¶Eodē tēpore floruit frater Robert⁹ dom⁹ Auinioñ. genere nobilis sed sanctitate nobilior, qui pdixit pestilētiā futuram ante annos 30. quam ceperit, que secuta est infallibiliter sicut predixit. Prędixit etiā pphetice multa alia que cōpleta sunt ex magna parte. Claruit aūt multis miraculis in vita & in morte. Inter cętera aūt cum sacrum corpus eius ad sepulchrū deferretur, diuina virtute ita in altum eleuatum est, q subdiaconus cum cruce non potuit ipsum tangere, & sic eleuatum diuinit⁹ delatum est vsq; ad sepulchrū. ¶Anno dñi 1324. electus est in capitulo generali Burdegalensi prouincię Tolosañ. in magistrū ordinis 15. F. Barnabas Vercellēsis. Qui doctor existēs in iure canonico ordinē intrauit, & in magisterio vixit annis 8. & obijt parisius. ¶Anno dñi 1333. in capitulo generali diuionensi electus est in magistrum ordinis 16. F. Vgo campanus puincialis Francię magister in Theologia, & rexit ordinē annis 12. Qui obijt in curia die 6. augusti. ¶Anno dñi 1344. Papa Ioānes 22. iam moritur⁹, se & doctrinam suā in omnibus subiecit correctioni sanctæ Romanę ecclesię, & sic mortuus est. [Hoc tempore floruit in tuscia apud castrū montis politiani beata Agnes de eodem castro. Quæ sanctimonialis de ordine pdicatorū effecta, admirabili vita & miraculis q̃pluribus claruit. Huius corp⁹ venerabile aliquādo liquorem sudat valentē ad multorum salutem, qui deuote ad eam accedunt. Corp⁹

eius nunq̃ sepultũ fuit, sed nec humanitus perunctũ, sed solo liquore ex se se defluente ita est conseruatũ, vt integrum adhuc per omnia perseueret. Huius admirabilem vitam magister Raymundus de capua diligenter conscripsit. Beata soror Helena de vngaria que habuit v. stigmata christi, & magnæ perfectionis mulier in vngaria sãctimonialis ordinis p̃dicatorũ fuit. Huius discipula beata Margarita regis vngariæ filia similiter sanctimonialis, mirabilibus virtutib⁹ re-
1340. fulsit. Anno dñi 1340. corpus beati Petri martyris transfertur ad tumbam preciosam, p̃sentibus dño archiepiscopo mediolañ. Ioã. de vice comitibus, Magistro ordinis Vgone & diffinitoribus capituli generalis, ac multis nobilibus Quo tẽpore miracula glorio
1344. sa quãplura facta sunt, ¶ Anno dñi 1344. Dñs Benedictus papa 12. ordinis cistercienfis, creatur & sedit annis 8. Huius tẽpore floruit beatus F. Venturinus de Bergomo p̃dicator excellentissimus, qui mirabilem fructum per totam italiam fecit, adeo vt innumeras paces fecerit inter capitales inimicos. Et licet iniuste multas tribulationes suspicionibus dicti Benedicti papæ passus fuerit, tamẽ omnia patiẽter sustinuit. Tandem consolatus per dñm Clementem 6. sanctissime obijt in nigroponte seu euboea insula in ecclesiastico & christiano exercitu contra turchos. Huius vita habetur plena omni suauitate, que hominẽ sanctissimum luce clarius ostendit. [Defuncto Benedicto 12. paucis mortem suam flentibus. Clemens 6. in papam consecratur, & sedit annis 10. & mensibus 7.
1342. [Eodem tempore scilicet 1342. in cap. generali carcasonensi

caſſonenſi electus eſt in magiſtrum ordinis 17. F. Gerardus de ſancto adomaro de ꝓuincia tholoſana ma magiſter in theologia abſens,& eodem anno aſſumptus eſt in cardinalem tituli ſanctæ Sabinæ per dictum dñm Clementem 6. [Anno ſequenti electus fuit in magiſtrum generalē ordinis 18. F. Petrus de palma magiſter in theologia ꝓuincie franciæ,conuentus biſuntini,& obijt in officio poſt annum vnum . [Anno 1346. in capitulo generali briuenſi ꝓuinciæ tholoſanæ electus fuit in magiſtrum ordinis 19.F.Guarinus, ꝓuinciæ franciæ, magiſter in theologia,qui rexit ordinem duobus annis,& obijt in conuentu gratiopolitano . [Anno dñi 1347. electus eſt in magiſtrū ordinis 20. in capitulo Barchinonenſi F. Ioānes de molendino magiſter in theologia lector ſacri palacij, & infra biennium aſſūptus fuit in cardinalem per dñm Clementem 6. [Anno dñi 1348.peſtis graſſata eſt per totam europam, & ita deſeuit in homines ꝙ vix decimus remanſerit. Et fuit impleta ꝓphetia fratris Roberti ſuprapoſita . [Anno dñi 1352. in capitulo generali Caſtrenſi ꝓuincie ꝓuincie, electus fuit in magiſtum ordinis 21. F. Symon conuentus lingonenſis ꝓuinciæ franciæ,ſacræ theologiæ magiſter & præfuit ordini annis 13. [Anno dñi 1355. mortuo Clemente electus fuit in papā Innocentius 6. ſeditq; annis 9. diebus. 15. Hoc tempore F. Henricus de erfordia mindenſis,ꝓuinciæ ſaxoniæ ſcripſit cronicā glorioſam ab origine mundi vſq; ad annū. 1355. in quatuor magnis voluminibus . Item cathenam aureā in pulchro volumine . Item tractatum de conceptione

virginis glorioſæ & alia multa. [Anno dñi. 1363. cepit Vrbanus 5. natione prouincialis & ſedit annis 8. menſe vno diebus 20. Iſte Vrbanus mandauit corpus beati Thomæ quod 75. annis ſub depoſito in monaſterio foſſæ nouæ iacuerat, ad conuentum tholoſanū ordinis predicatorum transferri. Quod quidem magnis & multiplicibus coruſcans miraculis, cum magna ſolemnitate tranſlatum fuit. [Anno dñi 1367. electus fuit in magr̄m ordinis 22. F. Helyas de tholoſa magiſter in theologia qui tranſtulit corpus beati Thomæ de italia tholoſam, in conuentu ſuo vt dictū eſt. [Huius tempore floruit ſacratiſſima & admirabilis virgo Catherina de Senis tertij ordinis de penitentia beati Dñici. Cuius excellentiſſima vita & doctrina ꝓfundiſſima eam multipliciter cōmendant. Obijt aūt anno 1380. & ſanctorum cathalogo aſcripta fuit anno 1461. per Pium ij. pontificem maximū. Huius vitam virtutibus admirandam magiſter Raymūdus de capua ordinis generalis Magiſter deſcripſit. Hui⁹ ordinis fuere q̄plures ſorores deo deuotiſſimȩ diuerſis temporibus, quæ miraculis claruere. In primis in ciuitate Vrbeuetana fuere duæ virgines glorioſæ & innocentes, v3 beata Vanna & beata Daniela huius ſtatus & ordinis, que in vita & morte miraculis claruere. In ciuitate caſtelli fuit alia beata ſoror Margarita nomine, que etiam in vita & poſt, mirabilibus & inuſitatis miraculis coruſcauit. Cuius corp⁹ adhuc integrum in eadem ciuitate apud fratres prædicatores cunctis videre volentibus patenter oſtēditur. In ciuitate Florentiæ fuit ſoror Ioanna nuncupata con-

tinentis vitæ, quæ etiam miraculis coruscauit. In ciuitate Pisana fuit soror Pina eximię pietatis & cōuersationis sanctę. In ciuitate Venetiarum fuit soror Maria que singularissimę & admirabilis vitę fuit. Itē in ciuitate Senarum est alia soror Catherina magnę virtutis adolescentula, que iacet in eccle sia cāpi regij in capella sancti Dominici. [Anno dñi 1370. Gregorius 11. natione ꝓuincialis creatur in papā, & sedit annis 8. Hic diuina reuelatione sibi per beatā virginem Catherinam Senēsem facta, curiam ad proprium locū reduxit, que per annos .74. fuerat per diuersos pontifices vltra montes detenta. Huius tempore florentini suis machinationibus pessimis fecerūt rebellare oēs terras ecclesiæ ab obediētia pōtificis, & bona oīum ecclesiarū sui potentatus immobilia abstulerunt, & vendiderunt, vt contra ecclesiā dimicarent. Propter quod graui anathemate a papa Gregorio fuerūt innodati, & diuinis interdicti fuere. [Anno. dñi 1378 electus fuit Romæ Vrbanus. 6. qui sedit ānis. 12. mēsibus. 11. diebus 22. Hic cū cardinales gallos & vltramōtanos malis moribus assuetos corriperet, ab eis derelictus est. Vnde elegerūt aliū apostaticū, quem Clementem. 7. apellauerunt. Et sic factum fuit schisma in ecclesia Dei omnium pessimum, quod durauit 40. ānis. Nam Italia Germania Anglia Portugallia Hybernia Datia Polonia Boemia Vngaria Vrbano, Francia vero & Hyspania Clementi obediebant. Hic Vrbanus fecit duos cardinales de ordine nostro assnmptos. scilicet Fratrem Nicolaū de Neapoli, qui fuit doctor sacrę theologię, & inquisitor hereticę prauitatis,

quem creauit presbyterum cardinalem sancti Cyriaci. Et dñm Mattheum de Vrsinis Romanum, qui requiescit in conuentu Mineruæ Romæ, & ex testamẽto suo reliquit bonam eleemosynã capitulo generali & multis conuentibus & monasterijs ordinis. Vnde ordo prædicatorũ sicut & alij ordines diuisus fuit in duos generales. Magister Helyas adhesit Clementi 7. & vixit in generalatu annis 32. & magister Raymundus adhesit Vrbano & successoribus.

¶ De generalatu magistri Raymundi de Capua, & de beato Vincentio Valentino, & alijs incidentibus illorum temporum.

1380. ANno dñi 1380. electus fuit Bononiæ in generalẽ magistrum ordinis 23. pro obedientia Vrbani 6. F. Raymũdus de Capua magister in theologia vir sanctus & doctus, qui fuit confessor sanctæ Catherinæ de senis. Hic pater cepit ordinem reformare in conuentu sancti Dominici de Venetijs, a quo postea & Lombardia, & Thuscia, & Sicilia, & Trinacria, & Olandia Vngaria, & Alemania Hyspania, & Frãcia pro magna parte refotmatæ sunt. Hic ordinem rexit annis 19. & in conuentu nurimbergensi ꝓuinciæ theutoniæ tot⁹ 1390 contractus ad dominum migrauit anno dñi 1390.

¶ Post Vrbanum sextum 1390. electus est in pontificẽ Bonifacius 9. qui sedit annis 14. mensibus 9. Huius 1401 anno 11. scilicet anno domini 1401. electus fuit Vtini in capitulo generali magister Thomas de firmo sacræ theologiæ doctor in 24. generalem ordinis. Hic fuit vir magnæ prudentiæ, & multa priuilegia ordini obtinuit. Hic etiam ordinauit ꝙ prouincia Lombardiæ

diæ inferioris vocaretur prouincia sancti Dominici, & per tria capitula generalia fuit probatū. Hic rexit ordinē annis 10. & ianuæ mortuus requiescit. ¶ Hoc tempore claruit sanctissimus pater beatus Vincētius Valentinus ordinis prædicatorum, vir in primis eximiæ scientiæ, vitæ sincerissimæ, ac in apostolorum gratijs multum ditatus. Hic enim per annos 40. quotidie prædicauit, celebrauit, & alia preclarissima opera fecit. Ex cuius pdicatione verissime cōprobatū fuit ꝙ plusquam 25. milia iudeorum & octo milia saracenorum ad fidem catholicā sunt conuersa, & vltra centum milia hominum peruersorum & desperatorum ac publicorum peccatorum ad vitam bonā venerūt. Hic plures mortuos viuens adhuc in corpore & multo plures post mortem suscitauit, & alia signa innumerabilia fecit. Inter cetera dona apostolorum que habuit, linguarum gratiā habere promeruit. Nam pdicans in suo idiomate cathelano, ab omnibus quarumcunq; linguarum intelligebatur. Hic plenus vir tutibus anno etatis suæ 70. in Britannia ciuitate Venetensi, ad dominum migrauit anno 1418. & a Calixto 3. canonizatus fuit. ¶ Anno dñi 1404. electus est in papam dñs Innocentius 7. Hic summus pontifex cōfirmauit ordinem fratrum & sororum de penitentia sancti Dominici ad instantiam Fratris Thomæ de Senis viri sanctissimi. Hic pontifex sedit annis duobus. Hoc tempore claruit Forliuij beatus F. Marcolinus vir eximię sanctitatis & miraculorum gratia insignis. ¶ Anno dñi. 1406. electus fuit in papam dñs Gregorius 12. natione Venetus vir sanctitatis eximiæ & se-

dit annis tribus. Hic fecit cardinalem fratrem Ioannem dominici de Florentia,& miſit eum legatum ad Imperatorem Sigiſmundum pro vnione eccleſiæ procuranda. Qui tandem obijt legatus in Vngaria tempore Martini quinti. Hic dñs Gregorius papatui ſpõte renunciauit in concilio Constantienſi ꝓpter vnionem faciendã. ¶ Anno dñi 1409. Conuenerunt cardinales duorum pontificum Gregorij ſcilicet & Benedicti 13. qui in ſua obedientia ſucceſſerat Cleměti 7. & facto Concilio Piſis elegerunt dñm Petrum de Cãdia magiſtrum in theologia,famoſiſſimum tunc cardinalem & archiepiſcopum Mediolanenſem in papã & Alexandrum quintum appellauerunt. Hic glorioſum priuilegium fratribus mendicantibus cõceſſit quod incipit Regnãs in excelſis,quod nimio zelo pariſienſes & alij in concilio Conſtantienſi impugnare voluerunt,ſed minime potuerunt. Hic obijt Bononiæ & ſepultus eſt in conuentu ſancti Franciſci. Huic ſucceſſit dominus Ioannes 23. Balthaſar coſſa antea vocatus,& ſedit annis 6. Hic conuocauit concilium in Conſtãtia ciuitate Alemaniæ vbi depoſitus fuit & in caſtro recluſus. Tandem liberatus & cardinalis effectus Florentiæ obijt. ¶ Anno dñi 1416. electus fuit in generalem ordinis magiſtrum 25. F. Leonard⁹ de Florětia magiſter theologię in capitulo generali Florětiæ,qui fuit vnus de electoribus papæ electus in cõcilio Conſtantienſi. Hic multũ laborauit in dicto cõcilio pro priuilegijs ordinis cõtra Pariſiěſes & alios. Hic ordinem rexit annis 10. & menſibus 7. ¶ Huius tempore claruit doctiſſimus F. Iannes Capreoli Tholoſanus.

Ioſanus, qui ſcripſit ſuper quatuor libros ſententiarũ egregie in defenſionem doctrinæ ſancti Thomæ contra eam impugnantes. ¶F. etiam Frãciſcus de rethſa in vniuerſitate Viennenſi, qui legendo in ſcholis prouerbia, cõtinuauit ãnis 12. & amplius iſtud thema ſemper reiterando Primi & puriſſimi fructus eius, applicando ſemper ad beatam Virginem, & multa volumina pulchra & magna de eadem ſcribendo. Scripſit ẽt ſuper Salue regina integrum volumen, & multa alia. Eodem tẽpore claruit magiſter Iacobus de ſuſato cõuentus colonienſis, qui fuit inquiſitor contra hereticos, & ſcripſit ſuper quatuor libros ſententiarũ ad literam, ſuper librum ſapientiæ, ſuper epiſtolam ad hebreos. Item ſuper Mattheum tria magna volumina, ſuper epiſtolã ad titum duo magna volumina, ſuper miſſam vnum volumen, tractatum de veritate cõceptionis beatæ virginis. Item de origine & vnitate eccleſiæ. Item tractatum de hora mortis chriſti. Item chronicam vnam. Item mappam mundi. Item ordinauit priuilegia ordinis cum defenſione eorundem. Item collationes breues & latinos ſermones. Itẽ diſtinctiones breues & longas pro arte colligendi. Itẽ chronicam breuem ordinis ex qua pro maiori parte iſta excerpta eſt. Hoc tẽpore facta eſt diuiſio prouinciarum aliquarũ ordinis, ſcilicet Hyſpaniæ, in ꝓuinciam ſancti Iacobi, & Portugallie. Item prouinciã regni, in ꝓuinciã Sicilie & trinacriæ & ſic facte ſunt 20. prouincie. ¶Anno dñi 1415. renunciante Gregorio 12. & legato Marchiæ declarato abſolutiſq; per concilium Io. 23. & Benedicto 13. tanquã ſcandalizantibus

bus dei eccleſiam. Martinus 5.natione Romanus de columnẽſium nobiliſſima familia vnanimiter ab omnibus cardinalibus & alijs electoribus ad hoc conſtitutis electus fuit, vir tanto dignus magiſtratu,q̄ multa & preclara in dicto concilio ordinauit. ¶Anno dñi 1426. electus fuit in magiſtrum ordinis 26. per viam cõpromiſſi magiſter Bartholomeus Texerij ꝓuincialis ꝓuinciæ ꝓuinciæ. Hic vir deo acceptiſſim⁹ qui ꝓuinciam illam ſanctiſſime per 7. annos rexerat,valde doctus erat,& ſanctæ vitæ & abſens a capitulo generali. Hic ſuſcepto generalatu ipſum annis 19.rexit & conuentum Bononienſem & alios multos in Italia conuentus reformauit,priuilegia multa impetrauit, & diſpenſationem ꝙ fratres habere poſſent poſſeſſiones obtinuit. Hic pater in ſenectute bona migrauit ad dominum anno dñi 1445.

¶ De magiſterio magiſtri Martialis & viris illuſtribus ſui temporis.

ANno dñi 1430. creatus eſt ſummus pontifex dñs Eugenius 4. natione Venetus hõ ſingularis prudẽtiæ & religioſiſſimæ vitæ qui ſedit annis 16. Hic ordinem plurimum dilexit & fratrem Ioannem de turrecremata hyſpanum ſacræ theologiæ doctorẽ ac ſacri palatij magiſtrum,Cardinalẽ tituli ſancti Sixti creauit. Qui homo doctiſſimus infinita quaſi ſcripſit. In primis ſuper totum decretorum librum plura ingentia volumina per modum queſtionum modo theologico, quem etiam librum Gratiani parum diſtinctũ ipſe in diſtinctiorem formam redegit. Item de poteſtate papæ inſigne ac magnum volumen. Item de cõ

ceptione

ceptione beatæ virginis magnum volumen, de sacramento altaris, super psalterium, questiones super euã gelia occurrentia, expositionē regulæ sancti Benedicti & multa alia. Sepultusq; est ad mineruam Romæ, quam ecclesiã ipse multum ornauit & primum claustrum construxit & pingi fecit cum quibusdam contemplationibus a se editis. ¶Hoc tempore claruit doctissimus vir magister Ioannes de monte nigro q publice in concilio disputauit contra grecos, & eos superauit. Hic multa composuit & præcipue tractatum de conceptione beatæ virginis. ¶Magister quoq; Leonard⁹ de vtino vir excellētis doctrinæ hoc tēpore claruit. Hic composuit sermones dominicales & quadragesimales valde notabiles, & sermones aureos de sanctis. Fecit etiam alia quamplura opuscula tam in philosophia quam in logica q̃ in suo conuentu habētur. ¶ Floruit etiam hoc tempore F. Petrus hieremię siculus, qui Bononiæ ad ordinem receptus, postmodum ad Siciliam ꝓfectus, magnam partem illorũ cõuentuum reformauit. Hic sanctus pater multos doctos & pulchros sermones cõpilauit, & sancte in domino obdormiuit. ¶ F. quoq; manfredus excellentissimus ac fructuosissimus ꝑdicator & hereticæ prauitatis inquisitor vir bonus & sanctus, qui magnum fructum ꝑdicando fecit, & postmodum Romę sancto fine queuit. ¶ Hoc tempore etiam floruit dñs F. Antoninus Archiepiscopus Florētinus vir doctus & sanctus qui summã in 4. partes distinctam compilauit, insuper confessionalia tria, vnum literale & duo vulgaria. Item sermones plurimos, & nouissime chroni

cam ab initio mūdi vſq; ad tempora ſua. Claruit poſt mortem miraculis pluribus, vtpote qui ſanctus ac pater pauperum in vita ſua fuerat. [Anno 1451. electꝰ eſt in magiſtrum ordinis 27. F. Petrus rochim & infra 15. dies obijt [Anno 1452. electus fuit Romæ in capitulo generali in magiſtrum ordinis 28. F. Guido flamocheti, qui infra annū ſue electionis obijt. [Anno domini 1453. electus fuit canonice in magiſtrum ordinis 29. F. Martialis auribelli de auinione ꝓuinciæ prouinciæ, ſacræ thologiæ magiſter, tenaciſſimæ memoriæ, & prudentiſſimus ac doctiſſimus. Hic animo conſtans multas perpeſſus eſt perſecutiones iniuſtas. Huius generalis tempore canonizatus fuit beatus Vincentius, cum maxima ſolénitate. Et tanta fuit multitudo virtutum & miraculorum eius recitata, ꝙ omnibus verſum eſt in ſtuporem. Inter alia āt ꝓbatum eſt ꝙ poſt mortem, 28. mortuos ſuſcitauerat. Hic etiam multos conuentus in Italia, Flandria, Olandia & alijs prouiucijs reformauit. Et poſtquam nouem annis ordinē feliciter rexerat, quibuſdā id querentibus a Pio pōtifice a generalatu abſoluitur. [Anno dñi. 1447. dñs Nicolaus Papa v. electus ſedit annis 8. Hic vir doctiſſimus fuit, & ordinis amicus ſatis, vtpote a quo ſapientiam hauſerat Bononiæ cōſtitutus. ¶ Quo defuncto anno dñi 1455. creatus fuit pōtifex Calixtus 3. & ſedit annis 3. & menſibus 3. Hic canonizauit beatum Vincentium vt prędictum eſt. ¶ Anno dñi 1458. electus fuit in papam Pius 2. ſenęnſis, q. contra turchas multa facere tentauit, ſed morte preuentus non perfecit. Sedit autem annis 5 menſibus

11. diebus 26. Hic post diligentem inquisitionem vt moris est factam, beatam Catherinam senensem sanctorum cathalogo ascripsit cum magna solemnitate. [Anno huius pontificis 4. scilicet 1462. magister Conradus de Ast ꝓuinciȩ Lombardiȩ electus fuit in magistrum 30. ordinis post absolutionem magistri martialis. Qui ordinem rexit annis 3. & postea cessit generalatui in cap. Nouariensi] 1465. in quo magister Martialis iterum est concorditer reassumptus ad generalatum. In quo vixit vsq; ad annos dñi 1473. & in conuentu suo auinionensi ad dñm migrauit. Tempore huius pōtificis surrexit magna altercatio inter fratres ꝑdicatores & minores, de materia sanguinis xp̄i an videlicet diuinitas fuerit separata a sanguine xp̄i in cruce effuso, fratribus ꝑdicatoribus asserētibus ꝓ parte negatiua, & adducentibus rationes & auctoritates sanctorum doctorum, & etiā contrariæ opinionis condēnationē factā in ecclesia cathedrali barchinonensi de mandato dñi Clementis papæ 6. fratrib⁹ autem minoribus deducentibus pro parte affirmatiua opiniones Francisci mayronis. Tandem post longas disputationes conclusum & sentētiatum est, pro opinione fratrum ꝑdicatorum. Sed ad scandalū euitandum, vtriq; parti silentium impositum fuit. [Hoc tempore claruit doctissimus vir frater Gabriel de barchinona magister theologie, q̀ in dicta mā sanguinis christi publice coram pontifice disputando palmam & victoriam est consecutus. ¶Floruerunt etiā cū eo ibidem F. Iacobus brixiēsis, sacræ theologiæ doctor, inquisitor hereticæ prauitatis strenuissimus, ac magi-

ster Vercellinus de vercellis, vir apprime doct⁹ & eruditus, & hi omnes erãt ex parte cõuentus Bononieñ. ad istam disputationem transmissi. ¶ Floruerunt etiã eo tempore magister Ioannes de Neapoli p̃dicator excellentissimus, & F. Ioannes de pistorio in tota italia famosissimus. Quorũ prior beatæ Catherinæ Senensis p̃conia, posterior vero beati Vincentij miracula p̃dicando, magnum fructum fecerunt in populis.
1464 ¶ Anno dñi 1464. dñs Paulus 2. Venetus in papã eligitur & sedit annis 6. & mensibus x. Huius tempore magister Martialis reassumptus est ad generalatũ de
1471 eius mandato. ¶ Anno dñi 1471. electus est in pontificẽ dñs Sixtus papa 4. ordinis minorũ, & sedit annis 13. Hic priuilegia ordinis ampliauit & gratias mul-
1474 tas dedit. ¶ Anno dñi 1474. electus fuit Romæ in capitulo generali ex lectore sacri palatij magister Leonardus de perusio in generalem 32. & rexit ordinem annis 7. & Romæ obijt cum spe pilei quod nõ habuit Hic valde remissus fuit & maxime in causa stigmatũ
1480 beatæ Catherinæ. ¶ Anno dñi 1480. electus fuit in generalem magistrum 33. p̃curante Sixto põtifice magister Saluus caseta siculus, & rexit ordinem. 2. annis & 3. mensibus. Hic iussu pontificis in theutoniam legatus directus corpus beati Alberti magni transferri fecit. Quod quidem ita integrum est repertum, ac si de nouo fuisset positum, licet 200. anni ab eius obitu essent decursi. Cuius brachium ipse inde ad pontificem detulit. quod nunc est in conuentu Bononiẽsi. Regressus autẽ cum pileum se habere speraret, in sepulchro moriens collocatus est Romæ in conuentu

Mineruæ. ¶ Anno dñi 1484. electus est in magistrum ordinis 34. cum magna ordinis altercatione & violentia F. Bartholomeus comacius bononiensis magister theologiæ & 9. mensibus ordinem rexit ¶ Anno dñi 1484. electus est in papam dñs Innocentius papa 8. & sedit annis 7. & mensibus 11. ¶ Hoc tempore in ordine pdicatorũ claruit magister Alanus brito vir deuotissimus & doctissimus, cui beatissima virgo rosarium pdicandum reuelauit. ¶ Item magister Iacobus spenger theutonie puincialis, qui pdictum rosarium plurimum dilatauit. ¶ Item F. Dñicus de Flandria vir doctissimus, qui super metaphysicam Arist. magnum volumen composuit. Item super libros posteriorum, & libros de anima, & multa alia pclare & subtiliter scripsit. ¶ Claruit etiã magister Petrus de bergomo vir inter omnes sui temporis doctissimus, qui multis annis regens bononiæ, tabulam super oĩa opera sancti Thom: cõposuit, & multos pclaros discipulos reliquit, prȩsertim autem Reuerendissimum patrẽ fratrem Viucentium bandellum, olim generalem nostri ordinis, & magistrũ Thomam brixiensem virum sanctum & integerrimum, ac doctissimũ, & alios plures. Sub eo ẽt studuit magister Paulus de soncino, qui questiones acutissimas in libros metaphysicæ composuit, ac plura alia eleganter dictauit. ¶ Hoc tempore etiam Paduæ claruit sapientissim⁹ & doctissimus vir, magister Franciscus de neritono, qui multos insignes discipulos reliquit, præsertim autem Reuerendissimum d. d. Dominicum grimanum cardinalem, virum omnium doctrinarum genere eruditissimum,

ſsimum. Reuerendum quoq; d. Antonium pizamanũ feltrenſem epiſcopum, virum doctiſſimum, & omniũ virtutum ſplendore clariſſimum, & alios archiepiſcopos, & epiſcopos, ac doctores plurimos, cuius fama in eternum manebit. [Magiſter etiam Valentinus camers magne ſcientiæ vir hoc tẽpore floruit & floret. [Anno dñi 1485. electus eſt in capitulo generali Venetijs in magiſtrũ ordinis 35. magiſter Barnabas de neapoli vir bonus, qui vixit in generalatu menſe vno. [Anno dñi. 1486. Electus eſt in magiſtrũ ordinis 36. magiſter Ioachinus turrianus Venetus in capitulo generali venetijs & rexit ordinem annis 13. & menſib' 2. Hic pater dulciſſimus & hũaniſſimus, in benignitate & charitate ordinem gubernauit, nulli moleſtus niſi malis, omnibus bonis bonus. Et licet multas iniuſtas perſecutiones habuerit, victor tñ de omnibus, omnes aduerſantes ſibi humiliatos vidit. Tempore huius patris Rñdiſſimi, multa in officio diuino ſunt addita, & quatuor octaue ſolẽnes inſtitutæ, & memoriæ ſanctorum quæ erant in Kalendario in feſta 3. lectionum ſunt permutatæ. Hic etiam multa bona reliquit officio generalatus, & conuentui ſuo multos libros grecos & latinos magni p̃cij, ac in ornatum eccleſiæ perpulchros pannos & precioſos. Obijt anno iubilei. 1500. Romæ cũ magna ordinis meſtitia, qui patrem fratrum ſe amiſiſſe dolebat, & ibidem ſepult' quieſcit. [Huius tempore floruit magiſter Vincentius merlinus venetus p̃clare ſcientie vir, q̃ annis pluribus in vniuerſitate patauina, ſumma cum laude methaphyſicam docuit. [Anno dñi 1492. Alexander 6.

electus fuit in papam & ſedit annis 11. Hoc etiã tem pore floruit F. Thomas donatus, Venetus origine, & eiuſdem ciuitatis patriarcha, qui laudabiliter in ordi ne annos 44. percurrens, in officio p̃dicationum, & prioratuum, ac multorum aliorum laborum exercitijs. Tandem per annos 12. patriarchatu nõ ſine magnis curis, & corporis langoribus, ac diuturna cecitate laudabiliter adminiſtrato, migrauit a ſeculo ſeptuagenarius, toti clero ac ciuitati, optimam ſue admini ſtrationis famam reliquens. Claruit quoq; hoc tem pore reuerendus pater F. Antonius de brixia, brixiẽſis inquiſitor, magnæ prudẽtiæ vir, qui preclaros ſermones à ſe editos poſteritati reliquit. Hic pater p̃dicationis tuba, per totam italiã per multos annos gra tioſe intonuit, & multorum conuentuum prior extitit. [Floruit hoc tempore etiã vir p̃clariſſimus & doctiſſimus magiſter Paulus de monelia ianuenſis, qui cum poſt ꝓuincialatum lombardiæ ſuperioris ſacri palatij magiſter effectus, plures annos in dicto officio cum magna gloria & omnium p̃latorum curię gratia peregiſſet, per d. Alexandrum 6. ep̃s chij effectus, in legatione eiuſdẽ pontificis in Buda vngariæ ad dñm deuotiſſime migrauit. Hoc etiam tẽpore floruit ſanctiſſima virgo columba apud peruſium ordinis de pe nitẽtia beati Dñici, cuius miri actus leguntur [Anno 1498. Non minori ſanctitatis apud multos, & doctrinæ apud omnes opinione floruit F. Hieronymus, Sauonarola, Ferrarieñ. Qui e congregatione lõbardiæ, Congregationem Tuſciæ, ſeu ſancti Marci de Floren tia erexerat, ac regularem obſeruãtiam promouerat, 149

F. Vincentius Bandellus.

Hic poſt reformatos mores & Regimē Ciuitatis Florentiæ. facinoroſorum rabie, cum duobus, Dominico videlicet & Silueſtro, noſtri ordinis fratrib⁹, In publica platea (ſicut ipſe prædixerat) crematur ſparſis poſtea in Arnum amnem, eorū cineribus, Multa p̄dixit futura, Complura ad Catholicæ fidei cōfirmationem, & morum reformationē, doctiſſimè ac religioſè ſcripſit. Conciones eius quæ vel ex ore prædicantis exceptę, vel ex annotatis ab ipſo ſummatim & per capita, per alios extenſæ fuerunt, apud multos adhuc habentur in præcio, ꝙ cōtra tepidos quendā ad amorem Dei, & ſui contemptum vitalē ſpiritū ſpirare videantur. Rationalem, Moralem, ac Naturalem philoſophiam ad Compendium exertè, clariſſimeq; reduxit, huius opus eſt, liber, de Triūpho crucis, ſeu chriſtianæ fidei, Itē de ſimplicitate chriſtiana, & alia complura, Apud Ferrariam celebris habita eſt. Soror Lucia Narnieñ. cuius obtentu Illuſtriſs. Dux Ferrariæ Monaſterium ſolemniſſimum conſtruxit. Anno dñi 1501. in capitulo generali Romę celebrato elect⁹ fuit vnanimiter & concorditer nemine diſcrepāte Rñdiſſimus P. F. Vincētius bandellus de caſtro nouo, terdonenſis diocęſis, lombardus, in magiſtrum ordinis 37. & ordinem rexit annis v. & mēſibus 3. Hic in adoleſcentia ſua p̄dicatorum ordinem ingreſſus religioſiſſime vixit, ac literis intentus, magnum ſapientię & doctrinę culmen conſcendit Quam quum per 20. annos & vltra gr̄oſiſſime per multos conuentus legēdo, diſputando, & ſcribendo, charitatiue & ſine inuidia cōmunicaſſet, & in capitulis tam ordinis quam alia-

rum religionum,& publicorum studiorum vniuersitatibus,publice disputando,cum magna omniũ laude ostendisset,& per omnes gradus scholasticos successiue ascendisset, cathedram magistralẽ summa cũ laude bononiæ est consecutus,ibidem perplures annos regens existens Quo tempore multos egregios apprime eruditos reliquit. Inter quos est ordinis nostri monile p̃cipuum dñs F. Pascasius Hyspanus, ep̃s burgensis hyspaniæ,vir doctus,sanctus,eleemosinari⁹ & omni virtute adornatus. Scripsit autẽ p̃dictus Reuerendissimus pater generalis de cõceptione beatissimæ virginis tria volumina successiue, & tractatũ de potestate papæ,& q̃dam alia q̃ adhuc non sunt diuulgata. Que quidem omnia sapientiam eius ostendũt. Item fecit declarationem super constitutiones ordinis,ex actis capitulorum generalium excerptam,que per capitulum mediolanense. 1505. fuit acceptata & approbata Dictauit quoq; vt beatissime virginis deuotissimus,officia eiusdẽ de festo sanctificationis,& de visitatione eiusdem, Dehinc prior bononiæ bis,& totidem vicibus,generalis vicarius congregationis lombardiæ,summa cum laude existens,omnium admiratione administrationem suã compleuit. Postea vero prior mediolani factus ac principi & omnib⁹ curialibus gratissimus,talia non requirens,diuino nutu generalis ordinis summum magistratũ omnibus vnanimiter consentiẽtibus electoribus adeptus est.Quo in magistratu quanta iustitia,rectitudine,humanitate se exhibuerit,nullus est qui ignoret. Nemo ad eum tribulatus vel tristis accessit, qui non ab eo consolat⁹

recesserit. Habebat enim quandam in vultu & verbis gratiosissimam venustatem, & innatam humanitatē, vt omnes ad sui amorem & reuerentiā excitaret. Nulli enim crudelem & immitē se prebebat, sed omnes paterna charitate suscipiens, quantum in se erat consolabatur, & a se bene satisfactos emittebat. Hic igitur pijssimus dulcissimus, & sanctissimus pater, post labores diuturnos in ordine, tam in studendo quam in legendo & gubernando tolleratos, post visitationem ꝓuinciarum Romanæ ꝓuincię, lombardię, sabaudię, Franciæ, olandiæ, Flandrie, Hyspanie, ꝓuinciæ ꝓuinciæ, & nouissime regni Siciliæ, in vigilia sancti Augustini 1506. in conuentu mōtis alti calabrię septuagenarius migrauit ad dominum, corpus suum neapoli in conuentu sancti dominici mandans tumulari. Fecit hic pater dulcissimus duo capitula generalia, quibus sanctissimas ordinationes pro vtili ordinis reformatione statuit, ad quam operę cōplendā enixius laborauit. Nam cōuentum parisiensem & alios multos p̄cipue autem in ꝓuincijs vltramōtanis reformauit. Sub eius etiam generalatu emanauit bulla a dño Iulio papa 2. de temporalitate prælatorū ordinis. Huius viri p̄clarissimi memoria in benedictione erit, & laudem eius narrabit omnis ecclesia sanctorum. ¶Floruit hoc tempore vir doctissimus magister Dominicus de mortario ordinis & p̄fati reuerendissimi p̄ris generalis socius, q. posteaquā per 15. annos & vltra generosissime in ordine legisset, & multos excellentes discipulos instituisset, bononiæ plenus virtutibus & bonis operibus beato fine quieuit. [Anno 1503. Alexādro 6.

Alexãdro 6. ex hac luce subtracto, Pius 3. Seneñ. Pij 2. Nepos electus Sũmus Põtifex, vixit dies 30. Cui Iulianus de Ruere Cardinalis sãcti Petri ad vincula Sixti 4. ex fratre nepos suffectus est, ac Iulius 2. vocat⁹, sedit decennio. hic bullam de temporalitate prælatorum ordinis edidit, suggerente Oliuerio caraffa Illustriss. Cardinale & nostri ordinis protectore. Qui vt Magnificus, & ordinis amator erat, ita omnem affectum & operam ad eius impendebat profectum, & Romæ Cõuentũ Sãctæ Mariæ super Mineruã, ædificijs, & annuis redditibus ornauit. Anno 1506. die sancti Augustini defuncto Magistro Vincentio Bãdello, opera eiusdẽ Illustriss. Protectoris, institutus est Vicarius ordinis. 1506
F. Ioãnes Clereæ Nortmãnus, qui Christianissimo Frãcorum Regi Ludouico 12. a confessionibus erat, vir vitæ regularis zelantissimus. & anno 1507. apud Ticinum seu Papiam 6. Iunij, sabbato videlicet post festũ Trinitatis, secundis suffragijs, Magister ordinis electus fuit, magna bonorum expectatione, quod reformationem ordinis, quam Parisius fratribus, & Pythsiaci Monialibus induxerat, in cęteris Cõuentibus, ac domibus ꝓsequuturus esset, quod quidẽ fecit in ciuitate Parmensi, Conuentũ ac monasteriũ ad regularia instituta reuocando, itidem facturus in reliquis nisi eodem anno inferijs Diuj Laurẽtij, ex vrbe à summo Pontifice reuersum Papiam, mors rapuisset. Tristitiam porrò quam de illius obitu boni cõceperãt, solata est præstantissimi tam scientia & prudentia, ꝙ religione & charitate præditi viri F. Thomæ Deuio, Caietani promotio. Qui anno 1508. in festo Penthe- 1507 1508

coſtes,in Generali capitulo Romæ habito, ſummo omnium conſenſu & gratulatione, ad Magiſtratū ordinis euectus eſt. Huius viri acutiſſimū ingenium,ac doctrinæ profunditatem ꝓbant,& manifeſtiſſimè cōteſtantur,ſcripta per eum doctiſſimè tam in humana quam in diuina philoſophia,In librum quippè ſancti Thomæ,de ente et enā ſubtiliſſima commentaria edidit,adhuc adoleſcens,Iuuenis vero libros predicabilium,prædicamentorum,ac poſteriorū & de Anima Ariſtotelis,commentarijs & queſtionibus illuſtrauit Summam deinde ſancti Thomæ, iam vir, & Magiſter Theologus cōmentatus eſt. Cumq; in primam partem doctiſſimus,& admirabilis in ſpeculabilibus haberetur,tam acutè deinde in ſecundam partem moralia tractauit,tam copioſe,exactèq; Martini de Magiſtris argutias,& ratiocinationes enucleat,reuellit,elidit,vt neſcias qua parte eū magis admireris,Iam grādior natu & a Leone 10. inter cardinales renūciatus, ſacras literas & ſacramenta adorſus,in tertiam partē proſequtus eſt commentaria,librum pſalmorū,& nouum teſtamentum p̄ter Apocalypſim, pentatheucū, hiſtoriales,ac ſapientiales libros explanauit ad literā Prophetas expoſiturus,tria tantum Iſaie capita, explicuit,reliqua p̄peditus expectata morte,abſoluere nō potuit,Opuſculorum quatuor tomos,ſummā quoq; de caſibus de ſuo cognomine Caietanam nuncupatam,compendioſam,ac reſolutam,tanquā memoriale quoddam pro doctis edidit. Eius porro prudētiā, ac religioſum zelum videre licet ex his,quę Magiſtratum ordinis gerens,tam prudenter quā ſanctè diſpo-

ſuit

fuit.In ſingulis prouincijs habere ſtudebat,viros probos,communis boni,regularisq; vitę zelatores,Quorum opera & cõſilijs vteret.ad cognoſcẽdũ,& diſponendũ,q̃ authoritatẽ eius expoſcerent.Nihil negligebat,minima quęq; curabat,ſed tãta dexteritate,vt ordinarijs p̃latis non eſſet oneri neq; moleſtiæ, Cumq; ipſe oĩa faceret,nihil tñ facere videret. Illud idẽ probãt cõſtitutiones,ipſius ſolicitudine in cap. Genueñ. 1513. inchoatæ,quæ Neapoli ãno 1515. cõfirmatæ in cap.demũ Roman 1518.iter alias relatę fuerũt,quãq̃ ipſe,eo capitulo nõ p̃fuerit ordini,q̃ppe q̃ anno p̃cedente. ſ. 1517. Kal. Iulij a Leone 10. ep̃s Caietan⁹, & preſbyter cardinalis tt. ſancti xiſti creat⁹ fuerat. Vixit vero ad annum 1533. &.5.id⁹ ſeptẽbris,Romæ laneis interulis ſiue induuijs,vt ſemper antea more ordinis veſtit⁹,defunct⁹ ẽ, atq; ad Mineruã, præ foribus eccleſiæ in tumulo,quẽ ſibi viuens, ſub terra parauerat, cõdit⁹ eſt. Interea Cõciliũ Lateranñ.quod ſub Leone x. cõſumatũ eſt, Iulius 2. inchoauerat, & ſi nõ ob aliud,hac ſaltẽ ratione,vt cõciliabulũ piſanũ labefactaret, ſupprimeretq, . Iurauerat nanq; ſumm⁹ pont. cõciliũ generale, ꝓ reformatione eccleſiæ,& pace inter chriſtiãos principes cõponẽda, ſe habiturũ .Dũq; cunctat,& rem trahit in longũ, quidã cardinales,cõtra ęius volũtatẽ & authoritatẽ,epiſcopos & chriſtianos principes ad generale (quod dicebãt) cenciliũ Piſas cõuocarũt. Vbi fratrũ nr̃i ordinis fides, & erga ſedẽ apoſtolicã obſeruãtia emicuit.Requirẽtib⁹ nãq; illius ſathanicæ cõgregationis p̃latis,clericos,parrochos,ac religioſos eiuſdẽ ciuitatis,vt ſecũ ſentirẽt &

cõmunicarẽt, faciem⁹ reſpõdebãt illi, quod frẽs ſanctæ Catherinæ (id .n. noſtæ ibidẽ eccleſiæ nomen eſt) facere, videbim⁹. Incolebãt eo tẽpore cænobiũ illud frẽs congregationis Tuſciæ ſeu ſancti Marci caputq; eiuſdẽ congregationis, quem Vicariũ Generalẽ nuncupabãt Vir per oĩa laudabilis, Theologiæ, Canoniciq; Iuris doctiſſim⁹ F. Bartolomeus Rõdinin⁹ Fauentiñ. illo ſe cũ plurib⁹ doctis viris cõtulerat, cõtra p̃dictos futur⁹, & fratres ſuos cõfirmatur⁹, hunc illi blandis, & mollib⁹ verbis tentãt, p̃miſſis ingentib⁹ pulsãt aſperis demũ, ac minis vrgent, vt in ſuã ſententiã trahãt. Sed ille fundat⁹, & in apoſtolicæ cõfeſſionis petra ſolidat⁹, ratiocinationum iacula in authores retorſit, conuincit, & cõfudit aduerſarios, erectosq; in expectationẽ animos clericorũ cõfirmauit, ſummũ quoq; põtificẽ, diuerſis vijs clam per literas certiorẽ de omnib⁹ facit, Intercipiunt quedã literæ ab his qui ciuitati Piſarum p̃erant, Indeq; de patria, & vita frẽs periclitari cœperũt, ſed inualeſcente lumine fidei, & vincẽte veritate, expulſi illi Mediolanum ſe contulerũt, ſicq; laque⁹ cõtritus, & frẽs liberati ſunt. At non minori virtute, fideiq; cõſtãtia paulo ante ſe geſſerãt frẽs nr̃i in ciuitate Bononiæ, cum idem ſummus Pont. cõtra Bentiuolos, q̃ ſibi tirãnidem in ea vſurpauerant, anathemati ac interdicto eã ſubieciſſet, Paratos.n. ſe exhibuerunt frẽs, inde exules & extorres potius fieri, quã rem diuinã publicè facere, aut eccleſiaſtica cẽſura notatos ad diuina recipere. ¶ Floruerunt hoc tempore uiri literis, vitæ ſanctitate, & regiminis prudentia inſignes, Inter quos F. Mattias de pace in ſtudio Salmãtiñ.

tiñ, F. didacus de Astudillo in hispanijs In gallijs F. Gulielmus Pepin⁹ Ebroiceñ. Gulielmus alter parui, Quem Christianissimus Francorum Rex Franciscus, ob vitæ integritatem & rectitudinem, prudentiamq; in consulendo,& concionando facundiam & efficaciam,suæ iuuentutis asciuit moderatorem. In Italia F. Chrisostomus Iauellus cuius laboribus & scriptis in logica & philosophia iam nunc fruuntur studiosi.F.Siluester Prierias,qui sancti Thomę doctrinam ex diuersis eius libris & locis,in duo cõflauit volumina, conflatumq; vocauit, Summam de casibus de suo nomine siluestrinam composuit, Auream rosam in euangelia totius anni cum casibus & questionibus nõnullis,sermones quadragesimales,opus de strigibus, & alia quædam,quæ manifeste docent quanta siti hauserit ille copiam è fonte Thomisticæ doctrinæ. Claruit in Teutonia F. Cònradus Koelinus, qui totam secundam partem summæ sancti Thomæ, in clarissimam formam digessit magnis commentarijs,sed maximè probatur in primam secundæ, Fecit & resoluit doctissimè,nonnullas quodlibetales questiones. His heroibus annectere non verebor Viraginem in hispanijs,opinione sanctitatis admirabilem sororem dico Mariã de sãcto Dominico tãtæ apud suos existimationis tantæq; famæ,vt nemo se putaret illo tẽpore nobilem,qui filiam,aut alia quapiam sibi necessitudine iunctam,regularibus institutis erudiendam sibi non commendasset, Quo factum est,vt in solitudine,propè oppidum Petręfixę Monasterium erexerit in quod vltra trecentas, & circiter quadringẽtas virgines, easdemq;

demq; nobiles adduxit, ſub tanta religionis obſeruã tia,tantoq; ſpiritus feruore, uictusq; & veſtitus auſteritate & ſimplicitate, vt priſcum illum naſcentis ecclesiæ feruorem referre viderentur, Mirabile prorſus erat, ibi videre tot nobiles, tenerè ac molliter educatas puellas,cibi potuſq; horrere delitias,panis & aquæ prandia,cinere prælibato, indelitijs habere, potum compunctionis lachrymis temperare. Veſtium ſuarum ipſaſmet, linum ac lanam pectere, ipſas nere,ipſas texere,ac proprijs manibus ſuo vſui coaptare. ¶ Huius Magiſtri tẽpore, anno videlicet 1513. defuncto Iulio ſecundo Leo 10. Medices patria Florentinus, Cathedram Petri tenuit annis octo, hic inchoatum ſub Iulio,lateraneñ. concilium proſequtus eſt & clauſit, in quo mendicantium priuilegia, nonnihil perſtricta fuerunt, & quædam adempta,ſed paulo mox,idem ipſe Pontifex (vt erat facilis ingenij) eadẽ per partes reſtituit,& alia ſuperaddidit, At quies & vnio chriſtiani populi, ex concilij celebratione ſperata,& parta,paruis ſed prauis initijs interturbata eſt, authore quodam Martino luthero, ab ordine hæremitarum ſancti Auguſtini primum apoſtata, deinde hæreſiarcha,hic primo contra Indulgentiarios & Indulgentias,& (quod hæreticis familiare eſt) cõtra ſummi pontificis poteſtatem dogmatizare cœpit, deinde tantum fidei,ſeu fiduciæ, ſeu verius præſumptioni humanæ in Chriſtum,inniti,vt bonis operibus, & libero hominis arbitrio detraheret, Inde proceſſu temporis,hæreſum & dogmatum tanta lues, hæreticorum & dogmatizantium tanta colluuies, & in tot

1513 Martinus lutherus

ſciſſa

ſciſſa capita ſubſequta eſt,ac in tot partes vnica Chriſti tunica ſciſſa lacerataq; eſt, tantumq; profecit impietas,vt in quibusdam partibus,eliſa,funditusq; ſit euerſa religio. Ex ordine noſtro coniectamus cæteros. Nam,in Anglia, Dacia, Scotia, Boemia, penitus interijt. Vix apparet in Vngaria, Saxonia, Polonia, Teutonia,labitur in prouincia, & inferiore Germania, laborat in Toloſana, & Francia, languet in græcia & Terra ſanta,In prouincijs Italiæ & hiſpaniarum, vbi reſtitui cœpta fuerat,adeo frigere cœpit rigor ille regularis obſeruantiæ,ſanctioris vitæ diſciplina,vt cũ ꝓpheta plorare poſſimus, Quomodo obſcuratũ eſt aurũ mutatꝰ eſt color optimus Aliquãto tamẽ leuius hæc ferre poſſemus, ſi vel in alijs ordinibus antiquus vigor ſeruatus fuiſſet,ſed (heu) in Tridentino concilio,quod ãno 1564. clauſũ fuit, ordo noſter præ alijs pollere viſus eſt,vt ſuo loco fuſius. Verum enimuero Quemadmodum in naturalibus euenit, vt vnius corruptio,ſit alterius generatio, & (iuxta Paulum) fractis per infidelitatem iudaicis ramis inſertæ ſunt gentes,radicisq; & pinguedinis olearum ſociæ factæ; Ita caſus quarundam prouinciarum,nouarum fuit natiuitas,Nauigatio ſiquidem hiſpanorum duce quodam Chriſtophoro Genueñ. nouum per oceani vaſtitatem aperuit orbem ad polum Antarticum & Antipodas,vbi tam magnæ ad meſſem repertæ ſunt ſegetes,vt in capitulo generali Salmaticeñ. 1551.in quinq; prouincias diſtributa ſit illius amplitudo regionis,vt ibi annotabitur. ¶ Anno 1518. R. Thomas caietanus qui Magiſtratum cum Cardinalatu,ſummi

pontificis

pontificis iuſſu tenuerat,capitulum Generale Romæ habendum indixit, Vbi magiſtratu ſe abdicatum declarans,Vocales vt ad electiõnem libere procederẽt hortatus eſt. Quorum cõmunibus ſuffragijs, electus ẽ Magiſter 39. F. Garſias a Loayſa Prouincialis hiſpaniæ, Qui reformationi per præceſſorem in quibuſdã prouincijs inchoatæ inquibuſdam promotę animum adijciens,nõnihil profecit in hiſpanijs,quorum ingenia callebat hiſpanus. At minus feliciter ſucceſſit in Italia,vbi congregationes minus in regularis vitæ rigore confirmatæ alijs vitæ laxioris admixtæ,ẽas non modo non prouexerunt ad optimum,ſed ne quidem in bono confirmare potuerunt, quin potius in ſuo ipſæ ortu conciderunt, & in partu extinctæ ſunt, Habuit capitulum Generale, apud Valliſoletum hiſpaniæ Prouinciæ anno 1523.& paulo mox, a Carolo v. ſereniſſimo Romanorum Imperatore, & hiſpaniarũ Rege in confeſſorem aſcitus, oxomeñ. epiſcopatum in hiſpanijs accepit,& ordinis Magiſtratum depoſuit anno 1524. Demum a ſummo pont. Clemente 7. anno 1530. inter cardinales ad titulu. Sanctæ Suſannæ renũciatus,deinde ex epiſcopatu oxomẽ ad ſagũtinũ è ſagũtino demũ ad hiſpaleñ. ꝓmotus, Regij conſilij ꝑfectus obijt in hiſpanijs anno 1545. huius Magiſtri tẽpore ãno videlicet 1520. Adrianus 6. Flãdrus,Petri Cathedram vir eruditus & pius moderatus eſt duobus annis,cui anno 1523. ſuffectus eſt Clemens 7. Medices Florentinus,in numero Pontificũ 228. atq; annos decem menſesq; totidem ſedit,ſi tamen ſediſſe dici potuit,qui tot agitationibus affectus, & affli-

ctus

ctus fuit. Primo quidem seditione quorundam, spoliato palatio Vaticani, vix euasit in Adriani molem, seu quam dicunt Arcē sancti Angeli, deinde ab exercitu Cæsareo capta Roma, atq; direpta, spoliatis & prophanatis ecclesijs, conculcatis sanctorum venerādis reliquijs & diuinissimo sacramento, Impio & barbaro militi, in Arce sancti Angeli, quo cum multis, absq; commeatu cōfugerat, sese dedere, ac e christianorum militum manibus pecunia se redimere coactus fuit Christi Vicarius, Sed hanc indignam calamitatem alijs facundiore stilo deplorandam relinquamus, nos nostri ordinis, & æui incidentia percurram⁹.

¶Hoc tempore F. Franciscus de Victoria, eximiæ doctrinæ vir, cathedram salmantiñ claram fecit, hispanorum ingenia ad theologica studia prouocauit, excitauitq; ad veram philosophiam cuius studium æmulatus est F. Didacus, ipsi carne germanus, sed cōcionibus aptior, & magis intentus. Quorum religionem sectatus est F. Dcminicus, a Monte maiori, qui dum restitutioni vitæ regularis impensius incumbit, a facinorosis occisus fuit. Bonorum quoq; studiorum æmulæ Galliæ, dederunt nobis F. Raymundum Tolosanum, reformationis parentem, & fidei zelantissimum defensorem, qui munus censuræ hæreticorum, siue Inquisitionis fideliter exequens apud Tolosates, coactus est exulare, & patria domesticis & amicis relictis, exul mori, Dederunt & F. Ioannem de fenario, testimonio caietani doctissimum. F. Carolum quoq; Pinellnm Britonem, cuius doctrinæ fluidā Vbertatem, adhuc Roma miratur, Nec defuit Italia

mater Ingeniorum,proferre F. Martinum Iuſtinianũ Genueñ. F. Gaſparem Peruſinum Gymnaſij Patauini Methaphyſicum,cui collegas adiunxerunt ſe F.Ni colaus Columbus, & F. Sebaſtianus ambo peruſini, ſed ille philoſophus iſte aſtrologus magis Quibus tanquam Margaritum auro colligamus F. Franciſcũ Silueſtrum Ferrarieñ. Qui plures annos Bononieñ. ſtudium rexit,ſolenniſſimis diſputationibus clarum ſe fecit. Illuſtrauitq; clariſſimis cõmentarijs, libros Sancti Thomæ contra gentes, libros quoq; Phyſicorum & Poſteriorum Ariſtotelis, Tandemq; ad Vicariatum ordinis promotus Vir egregia forma,principibus atq; magnatis gratus anno 1525. in capitulo Romano ad Magiſtratũ ordinis,vnanimiter aſſumptus fuit,40 & licet corpore grauis tamẽ ꝓuincias ordinis viſitando luſtrauit ex officio, reſtituendæ vitæ regulari quam in congregatione Lombardiæ, a teneris imbiberat,pro uiribus intendens,ſicq; In conuentu Rutheneñ. in Gallijs mortuus eſt 24. ſeptembris 1528. ſequtum eſt interregnum,ad annũ 1530. quando in feſto penthecoſtes, in capitulo Romæ habito F. Paulus Butigella ex eadem congregatione Lombardiæ,omnium ſuffragijs,ex ordinis Vicario factus eſt ordinis Magiſter 41,vir in regendis & moderãdis cœnobijs famoſus,At moderando ordini parum intendere potuit, infirmitatibus, & celeri morte præpeditus,quippe ꝗ anno ſequẽti, Die 9.octobris obijt Neapoli, Eo tempore,due congregationes in Italia, religionis opinione celebres,& vitæ regularis obſeruantia conſpicuæ,in prouincias erectæ ſunt, ſuppreſ-

ſo

ſo nomine & titulo Congregationis, huius præcipua cauſa hæc affertur . Clemẽs 7.in ſuis quas paſſus erat tribulationibus inter cætera uouiſſe fertur,ſi Deus illi quietem præſtitiſſet,ac libertatem,daturum ſe operam,vt ordines mendicantium ad antiquam viuendi formam reuocarentur . Perſuaſumq; illi fuerat, id facile ſe conſequturum,ſi capita ordinum,ex reformatis,ſeu (quod dicebant) ex obſeruantialibus aſſumerentur, Caput verò & Magiſtrum in ordine prædicatorum ſemper eiuſmodi futurum, ſi electores illi ex reformatis fuiſſent, Quod tunc futurum ſperabat ſi titulus Prouinciȩ illis congragationibus datus fuiſſet, Propterea Summus Pontifex Congregationem Vtriuſq; Lõbardiæ in duas prouincias partiens,Prouinciæ Sancti Dominici ſeu Lombardıæ inferioris, & Prouinciæ Sancti Petri Martyris,ſeu lombardiæ ſuperioris titulum illi contulit. Congregationẽ vero Tuſciæ ſeu ſancti Marci in prouinciam Romanam reformatam erexit,atq; his tribus prouincijs tunc primũ Priores prouinciales, apoſtolica poteſtate præfecit, hac lege,vt ſuos conuentus ideſt fratrum obſeruantialium per ſe in mediate regerent, conuentus vero cæteros,per vicarios moderarentur,quoad reformationem quam Pontifex intendebat ipſi etiam appræhenderent Alij aliam huius apoſtolicæ diſpoſitionis cauſam aſſignabant,ſed mihi qui iam tum cum Proceribus ordinis & prælatis eccleſiæ conſuetudinem habere, & a ſecretis eſſe cœpi,hæc maximè cauſa probatur vera. Sed ad rem noſtram. Congregationis lõbardiæ proceres & patres,præfatam diuiſionem, regularis

gularis vitæ detractiuam & destructiuam arbitrantes ac propterea moleste ferentes, egerunt cum summo Pont. vt congregatio integra remaneret, prouinciæ tamen titulo gauderet, sicq; duæ præfate prouinciæ in vnam vtriusq; Lombardiæ prouinciam coierũt sub vno Priore prouinciali quem ex suis tantum eligerent, exclusis fratribus conuentuum non reformatorũ, qui olim gaudebant & titulo & priuilegijs prouincialiũ, Idem etiam factum est in Romana prouincia, Indeq; sequutum est ꝙ fratres conuentuum non reformatorũ tã in dictis duabus prouincijs Lombardię q̃ in Romana, vbi senserunt se exclusos subiectioné à prouincialibus declinauerint, & caput cuius cura dirigerétur, sibi ex suis præfici petierint & obtinuerint quem Vicarium nuncuparunt. Qui ex illis & ab illis electus, instar Prioris Prouincialis suis conuentibus præest, omnibusq; priuilegijs gaudet quibus Priores prouinciales, præter vocem in electione Magistri ordinis & in capitulo generali, Ita nouum nomen Vicariarum inuectum est in ordine, suntq; tres in Italia v3. sancti Dominici, Romana, & sancti Petri martyris
¶ Anno 1532. In generali capitulo Romę habito ad Festum Penthecostes F. Ioannes de Fenario Morlaneñ. Vasco Prouinciæ Tolosanæ, cõmuni voto, ex Procuratore & Vicario ordinis ad ordinis Magistratũ 42. electione peruenit, hic reformationi quam summus Pontifex intendebat vehementer fauit, habuitq; Generale capitulum Lugduni 1536. Deinde, Francisco Christianissimo Regi Francorum, vel propter verbũ (vt dicebatur) liberius prolatũm & repetitũ suspectus,

tus,vel propter depoſitionem Prioriſſæ prulliani cõtra quorundam procerum Regni voluntatem infenſus,vel ob aliam quæ nos latuit cauſam,iuſſus eſt nõ exire ſepta cõuẽtus Toloſani. Sicq; ſextũ a ſua ꝓmotione annum complẽs Die 6. Iulij anno 1538. Toloſæ,paulo ante libertate donatus,diẽ clauſit extremũ. ¶ Interea Clemẽte 7. ad patres relato anno 1537. Alexander Farneſius,Patria Romanus,ad ſummum Pontificatum euectus,Paulus hoc nomine tertius dictus eſt,ſeditq; annis 15. integris,vir certè ſuo ſæculo omnium prudentiſſimus,qui rem eccleſiaſticam, & pontificiam dignitatem magna ſemper maieſtate ſeruauit. Concilium Tridentinum primo Mantuæ poſtea Vincentiæ, 3. Tridenti, Demum Tridenti indixit, ac celebritate magna inchoari fecit anno 1545. Quod tandem anno 1563. 4. decembris abſolutum & clauſum eſt,ſub Pio 4. Hic Paulus ordinem noſtrum præcipua dilectione complexus eſt,& fouit ſemper, Ipſe F. Nicolaum Scombergium Archiepiſcopum Capuanum Cardinalitio Galero donauit,anno 1535.virum prudentem & in agibilibus induſtrium, qui biennio ſuperuixit,Ipſe anno 1538.retulit interCardinales F. Ioannem,epiſcopum Burgeñ. ex Familia a Toleto, q̃ poſtea Archiepiſcopatum compoſtellanum accepit, & primo ſancti xiſti deinde ſancti Clementis, deinde ſancti Pancratij preſbyteri titulo decoratus,inde epiſcopus Albanus,& demum Tuſculanus factus, mortuus eſt anno 1557. & ſub depoſito ad Mineruã commendatus. Ipſe F. Thomam Badia Mutineñ. qui multis annis Magiſter ſacri palatij multos & graues la-

bores pro fidei catholicæ defenſione pertulerat, hono rare volens, non ſemel tantum ſed etiā ſecundo, duo bus diuerſis Generalibus capitulis pro electione Magiſtri habitis, propoſuit vt ad magiſtratū ordinis eligeretur, Cumq; Capitulū & vocales, ſuis petitionibꝰ & inſtantiæ parum morigeros in hac parte fuiſſet expertus, nec vim inferre voluit ordinis libertati, nec vti poteſtate ſua, ſed aliunde remunerationem honeſtiſſimam viro parauit, & fecit preſbyterum cardinalem tituli ſancti Silueſtri, anno 1542. Qui ſuæ profeſſionis non immemor, ſimplicitatem uictus, veſtituſq; & morum quam in ordine ſemel imbiberat, etiā cardinalis retinuit. Obijt autem 1547. Sed dum Pauli 3. dilectionem & affectum erga ordinē ꝓſequor, aliquātiſper euagatus ordinem hiſtoriæ prætergreſſus ſum ad ipſam ergo regredior, hoc ipſum denuo ꝓſequuturus. ¶ Anno 1539. In capitulo Generali Romæ in Feſto Pēthecoſtes habito F. Auguſtinus Recuperatus fauentinus, Procurator & Vicarius ordinis factus eſt Magiſter ordinis 43. vir ſagax, & acri ingenio, qui reformationem in Conuentu ſancti Dominici Neapoli tentauit, & quamdiu ipſe ibidem fuit ꝓfecit nonnihil, ſed eo diſcedente, miniſtrorum duritia & aſperitate, res in deterius lapſa eſt & defecit. Exaſperatis & vlceratis animis fratres illius ꝓuinciæ & conuentus, Turmatim Romā venerunt, Inq; publica uia ſummum Pont. adeuntes, iuſtitiam contra Magiſtrum & eius miniſtros inclamare cœperunt, Rei nouitate per motus Pōtifex, ſubſtitit, & iuſſit eos audiri ſed proh dolor, vtraq; pars alteram accuſando, dū inferre, vel

diluere,

diluere:dum refellere vel retaliare nititur, tot nephā da (vera ne an falsa) protulerunt,vt essent oēs prælatorum curiæ & omnium aures plenæ scelerum & flagitiorum,relatorum,essetq: ordo toti Romæ fabula, Cuius rei indignitate perstrictus Magister ordinis lecto decubuit,ac in vigilia sancti Thomæ Apostoli anno 1540. Magistratum cum vita deposuit. ¶ Indictū fuerat Generale capitulum Barchinonę in Prouincia Aragoniæ,ac propterea,P. Prouincialis eiusdem prouinciæ,tanquā ordinis Vicarius, ordinis regimen iuxta constitutiones assumpsit,sed summi pontificis authoritate,translatum fuit capitulum ad Conuentum Mineruæ Romanæ Prouinciæ,atq; hanc obcausam F. Angelus Ghiaccetius Florētinus illius Prouinciæ prouincialis,& iure constitutionum,& literis summi pōtificis,factus est Vicarius ordinis, stetitq; toto interregno,ad annum 1542. quando in festo Pēthecostes Romæ in generali capitulo,non sine altercatione sed tandem concordi obedientia,& communi subiectione F. Albertus Casaus hispaleñ. Prouinciæ Bethicæ egregius apud hispanos concionator, ex Procuratore ordinis,ad ordinis magistratum electus est 44. Is paulo post ex Vrbe in hispanias,visitando reuersus ē, Dumq; Genuam prætergredit̄ sancti Dominici Genueñ. famosum Cœnobium,fratribus vitæ regularis prouinciæ Vtriusq; Lombardiæ nostri ordinis, tradidit incolendum.Ipse vero,languens, Vallis oleti substitit vbi 16.Nouembris 1544. migrauit ad Christum Eius corpus elatum hispalim,honestissimo cōditum est loco ad sanctum Paulum, vacauit Magistratus ad

annum 1546. Hoc interregno Celeberrimus conuentus noster sancti Marci Florentiæ, datus fuit, fratrib⁹, congregationis Lombardiæ ordinis hæremitarũ sancti Augustini, expulsis & exclusis ex eo fratribus nostri ordinis, absq; beneplacito aut consensu, immo ẽt sine scitu sedis apostolicæ. Quam rem ægerrimè tulit Paulus 3. suspicatusq; est, vel ꝙ suspicatus fuisset videri voluit, negociũ istud religionis & fidei causa factum esse, ꝙ in oculis eius, in portis Vrbis, fratres nostri ordinis qui fidei propugnatores, et acerrimi sedis apostolicæ potestatis assertores, habiti semper fuerant, nulla ipsorum (quæ allegaretur) culpa, e domo propria, & domo tam insigni pulsi essẽt, ac fratres illi qui tunc male audiebant in prædictis, alienam domum occupassent, nec dissimulauit, quin etiam, minis & censuris heremitanos abire iussit, nostris verò domum & Conuentum suum restitui, omnibus .s. q inde eiecti fuerãt, vt videlicet qui cõtumelia aut ignominia affecti fuerant, ijdem ipsi honore afficerentur. Quod magno Dei benefitio factum est sexagesima quinta die postquam inde extrusi fuerant, expertusq; est ordo noster, quanta apud p̃latos ecclesiæ & principes seculi esset opinione, quantoq; coleretur affectu & reuerẽtia, Fauit huic causę præsentia F. Bartholomei spina, Pisani, Religiosissimi viri, & rerum fidei ardentissimi zelatoris, tunc Magistri sacri palatij, cui⁹ sinceritate, zelo, & eruditione delectat⁹ Paulus familiarissime illo vtebatur, & libentissimè quicquid hac in causa suggessisset, audiebat. ¶His temporibus floruerunt in ordine doctissimi viri F. Ioannes Benedicti

cti,Pariſien Academiæ Lumē & decus, cui indiuiduus comes,ex eodem Conuentu ebroyceñ Gallicanæ cōgregationis adiūctus eſt F. Thomas laurētij, Sed quā tum iſte in regimine valuit, tantum ille Ioannes doctrina præcelluit,hunc henricus Francorum Rex ordini vallis ſcholarium Generalē præfecit, Cœpit hic ordo cū noſtro,ſub eadem Auguſtini regula eodēq; habitu,ſed ille intra vnam vallem ſeſe in duodecim Cœnobijs aut monaſterijs coërcuit,noſter vero in orbis latitudinem ſe diffudit. Floruit & F. Stephan⁹ Paris Aurelianeñ. qui poſtquā prouinciā Franciæ multis annis religioſe rexerat. Vir in dicendo facundiſſimus & efficax,ad epiſcopatum Abeloneñ. aſſumptus eſt,Rothomagenſiq; eccleſiæ ſuffraganeus datus,quā ciuitatem,quandiu vixit,in Catholicæ fidei communione continuit, ſed eo per mortem ſublato,Rothomagum, ui hæreticorum ceſſit & armis, Duos adhuc ex eadem cōgregatione recenſebo,doctrina præcellē tes viros F.Mattheum Ori,& aureæ linguæ F. Petrum Deaurati.Protulit & hiſpania uiros doctrina & religione inſignes F. petrum Soto,ſed præ eo tanq̄ luminare maius, F. Dominicū Soto, vtrūq; Carolo v. Romanorū Imperatori ſucceſſiue a cōfeſſionib⁹,vtrūq; doctrinam ſuam Concilio Tridentino,ſcriptis quoq; toti orbi declarantem, Nec defuit Italia dare nobis, F. Vitum a Mathera Sydusq; alterum longe clarius, F.Vincentium Vincentinum,ſtudij Bononieñ.moderatorem, cui adde collegam nominis & officij F.Vincentium placentinum, ſed & in Romana prouincia obijt F. Iacobus ſiculus, ſanctiſſimæ vir exiſtimatio.

nis. His impar nullo pacto fuit F. Franciſcus Romæ' Caſtilioneñ. Qui F. Ioanni de fenario datus comes & Prouincialis terræ ſanctæ, Gymnaſijs Galliarum & Hiſpaniarum quæ cum eodem Magiſtro ordinis viſitando attigit, doctrinæ profunditate, & eleganti facilitate diſſerẽdi extitit admirabilis, ſed nõ minor, religionis exemplo, Demum defuncto eodem Magiſtro Generali ad ſuos reuerſus, primum ſuæ Romanæ Prouinciæ P. prouincialis, deinde procurator ordinis a Magiſtro Alberto factus eſt, & eo mortuo, Vicarium ordinis egit, in Interregno, Donec anno 1546. In ca
1546 pitulo generali Romæ in feſto penthecoſtes habito, ex procuratore & Vicario ordinis ad Magiſtratũ ordinis aſſumptus eſt. 45. Quẽ ſex integris annis geſſit, aliquando Tridentino concilio detentus, alias luſtrãdis prouincijs intentus. Capitulũ Generale apud ſal-
1551 manticam habuit anno 1551. & Inde reuerſus ſynodo Tridentinæ dum ſtetit interfuit, eaq; per Iulium 3. ſuſpenſa Romam reuerſus eſt. Vbi 20 Iulij 1552. apo-
1552 plexia ereptus eſt, & ad Mineruam ſub marmoreo la-
1550 pide ſepultus. ¶Anno 1550. inchoante vacante ſede petri poſt obitum pauli 3. Ioannesmaria de monte, patrum ſuffragio, ſummum pontificatum adeptus eſt & Iulius hoc nomine 3. appellat', hic pro Iubileo portas de more aperuit, & facultatem exeundi Italia quã Paulus 3. Magiſtro ordinis, propter Concilium noluerat impertiri, facilè conceſſit, præſertim, vt Capitulo ſalmantiñ poſſet præeſſe. Nec prætereundum ꝙ Magiſtro Generali per Gallias iter facienti & Conuent' ex officio viſitanti, Rex Francorum henricus per lite

ras inhibuit ne progrederetur,perfuafus enim fuerat (licet falfo) chriftianiffimus Rex,magiftrum ordinis (quod quidam alij fecerant) cum pompa & familia multa,grauaret Conuentus,qui in veritate funt pauperes,fed reuera qui id perfuaferant Regi timebant vifitationem, cum alioqui Magifter ordinis maxima fimplicitate & exigua familia comitāte procederet, hanc veritatem aperuit & fuggeffit Regi Ill. Vir D. Michael a Turre Cenedeñ. epifcopus, apud Regem Nuncius apoftolicus,cui cum propter affectū & beneuolētiam,multum debeat ordo nofter, vel ex hoc maximè debet,ꝙ eius opera & inftantia Rex ipfe certior factus,fuis literis ampliffimā facultatē & poteftatem in toto regno fecit,magiftro ordinis fuper conuentus & perfonas. ¶In capitulo Salmantiñ. authoritate fummi pōtificis decreta eft reformatio breuiarij præfertim in lectionibus fanctorū inquib⁹ incerta,dubia & apochripha q̄dam dicebāt ineffe, & hoc onus iniunctū eft Reuer. P. F. Angelo Bettino Florētino In Magiftri Generalis focietate, Prouinciali Angliæ.Qui vt vir erat ingentis induftriæ, præftitit egregiè,quod ab vno homine in hac re poterat expectari, Eadē authoritate additum eft commune vnius fanctæ,nec virginis nec Martyris,& dies Dominica quæ prius fub fimplici officio celebrabāt,iuffa eft pro folemnitate fub duplicis,officio celebrari In capitulo vero immediate fequenti hoc idem confirmatū eft, & decretū,vt officiū Beatæ Virginis a mattutinis Dominicæ per totā diem intermitteretur, Multa quoq; alia circa diuinū officium mutata funt ibidem, quo-

rum qui cupit habere notitiam videat acta eiuſdẽ capituli ſalmãtiñ. In eodẽ quoq; capitulo decretæ ſunt vniuerſitates pro exercitatione & curſu graduandorum, extra quas nó liceat ad gradus ꝓmoueri. Ibi ẽt diſcretæ & ſuis limitib⁹ determinatę ſunt quinq; Prouinciæ Indiarum Maris Oceani. Quarum quædã pri⁹ erectæ fuerant, quædã tunc deſignatæ & inſtitutæ fuerunt, harum omnium prima eſt Sanctæ crucis, cui data eſt Inſula hiſpaniola, cum adiacentib⁹, videlicet de cuba, ſancti Ioannis, Portus diuitis, & Iamayca. ¶Secũda ſancti Iacobi de Mexico, quæ habet nouam hiſpaniam a terra Tequantepeque excluſiue, vſq; ad Floridam. ¶Tertia ſancti Ioãnis Baptiſtæ del Peru, a portu nominis Dei incluſiue, & vltra, quouſq; terminetur. ¶Quarta ſancti Vincentij de chiappa, a Tequantepeque incluſiue, vſq; ad oppidum de Nata hiſpanorum per littus antarcticum, & a littore Arctico, ad oppidũ de Guazaqualcȯ incluſiue. ¶Quinta ſancti Antonini de nouo regno granatæ, cum Regno Popayan, vſq; ad prouinciam de quito excluſiue, & per terram interiorem quouſq; terminetur, per littus verò maris, ab oppido de Acla quouſq; terminet̃. ¶ Anno ·1553.

1553. Ad feſtum Penthecoſtes indictum fuerat capitulum Generale, celebrandum Romæ per R. P. F. Stephanũ Vſus maris Genueñ. tunc procuratorem ordinis, & Vicariũ authoritate apoſtolica factum. In quo idem ipſe, maxima pace, ſummo omnium conſenſu & gratulatione, aſſumptus eſt ad magiſtratum ordinis, Vir ꝑfecto eo munere dignus, quippe qui ad regendum fratres videretur natus, tanta illi comitas, tanta facili

tas,tanta erga omnes beneuolentia, vt omnes tanq̃ pater filios admitteret, tãtus deinde zelus, & legum obſeruantia,et grauitas,vt ab omnibus reuereretur, ſicq; & timeretur a malis, & coleretur a bonis, Eccle ſiaſticarum ceremoniarũ callentiſſimus, Chorum fre quẽtabat. Apud doctos eruditus,ſimplicioribus vero non moroſus,apud magnates honorabilis, apud minores humilis, Delicta rationib⁹,non cõtumelijs aut conuitijs arguebat,efficax in dicendo,prõptus & argutus in reſpondendo,in decernendo ſolidus,omnibuſq; numeris adeo abſolut⁹ fuit,vt in eo nihil quod ad regimen fratrum ſpectat deſiderari poſſet. Tantũ autem commodum inuidit ordini mors præpropera quæ illum 3. Martij 1557. ſubſtulit. Corpus eius,ſolenni pompa ſub marmoreo lapide ad Mineruã, præ gradib⁹ preſbyterij conditum eſt, Non defuit autem hoc breui tempore quoad eius,regularem vitam promouere,viſitatis ex officio Italiæ prouincijs, & Florẽtino Sanctæ Mariæ Nouellæ Illuſtri cœnobio regulari vitæ reſtituto, Quin etiam ſuæ diſciplinæ & inſtituti reliquit alumnum & ſucceſſorem F. Vincentium Iuſtinianum,qui ſibi ſex annis,quibus procuratorẽ vel etiam Vicarium ordinis egit,& quatuor quibus Magiſtratum geſſit,amanuenſis & a ſecretis,comeſq; indiniduus fuit,de quo mox. Interea verò Iulio 3.per mortem ſubtracto. Anno 1556. Marcellus 2. Politianus viginti duos dies petri cathedram tenuit,ad quã poſt eius mortem,Ioãnespetrus Caraffa Neapolitañ. aſſumptus eſt & paulus 4. dictus,Is in adoleſcẽtia ſua noſtri ordinis habitum geſſit aliquot mẽſes, Dinde

1557 (margin, beside "quæ illum 3. Martij 1557.")
155 (margin, beside "Anno 1556.")

Caroli v. hispaniarũ Regis & Romanorum Imperatoris curiam, inde Romanam coluit, Ingenio & memoria pollens, non frustra literis græcis & latinis operã dedit, ita vt græce, ac latinè, hispanicè quoq; atq, italicè ex tempore dicere posset ac perorare. Humanam philosophiam sed longè magis theologiã calluit, iuris vtriusq; non ignarus, episcopatum Theatinum aliqvandiu tenuit, cui tempore Clementis papæ 7. sub specie sanctitatis & qetioris vitæ vale fecit, alijs quibusdam se comitantibus, qui simili studio, beneficijs ecclesiasticis & non tenuibus redditibus renunciauerãt Ex his Clericorũ in cõmuni ex oblatis viuẽtiũ cõflata est cõgregatio Theatinorum, e qua primus ipse institutor prodijt, a paulo 3. inter cardinales relatus, Tum vero Theatinum præsulatum, non iam episcopali, sed a Clemente 7. Archiepiscopali titulo honestatum resumpsit, & Marcello defuncto, summi pontificatus munus adeptus est. Circa hec tempora protulit ordo noster, viros doctrina claros, & ecclesiæ pugiles, Heresum namq; ac hæreticorũ occasione, quorũ solent feruere præcordia, & pacem turbare sanctorũ (iuxta B. Augustini sentẽtiam) proficit ecclesia. Nã multa ad fidem catholicã pertinentia, dũ hæreticorũ callida inquietudine exagitantur, vt aduersus eos defendi possint, & considerantur diligentius, & intelliguntur clarius, & instantius prædicantur, & ab aduersario mota questio, discendi exiſtit occasio, hinc ergo nostro ordini due datæ sũt occasiones claritatis, vna s. literario stilo cum hæreticis congrediendo, altera, censuram in hæreticos exercendo. Nunc de priore dicamus

camus, Qui ad Magisterium sacri palatij vocati sunt, neruos intenderunt contra hæreses, & vires expēderunt hæreticis impugnādis expugnādisq;. Quorū labores ēt temporaliter remuneraturi, vel industria ad cōmune ecclesiæ bonū, & altiorē gradū vsuri summi pontifices, ad præsulatus & infulas promouerunt cōplures, hinc F. Hieronymus Mozzarellus Bononień. a sacro Palatio, ad archiepiscopatum compsanū promotus est, Inde etiā F. Egidius Foscararius Nobilis, Bononień. episcopatum Mutineń. iussus est gubernare, fidemq; catholicam in eo statuere & confirmare. Quod sanctissimis exemplis & catholica prædicatione præstitit, vir pius & doctus, Nec eo minus fecit F. Iacobus Naclantus in episcopatu Clugień. nisi ꝙ ēt scriptis ecclesiam edificat, in quasdā apostolicas epistolas æditis cōmentarijs, Item super psalmū 90. Dedit etiam sacræ scripturæ medullam. Ita enim opus ab ipso æditum inscribitur, Alia adhuc meditat̄, non minus sanctè quam docte, De hoc viro non plura loquar ne videar assentator, cum scriptū sit, Ante mortem ne laudes hominem, Promotus est ad p̄sulatum Canarień. F. Melchior Cano vir doctissimus, & paulo mox quam fuerat sacratus, episcopatui libere cessit, & inter fratres tanquam vnus e fratribus, prouinciæ suæ hispaniæ factus est prior prouincialis, in quo munere mortuus est, At nō tacēdus F. Bartolomeus Carranza, a Miranda, admirandæ vir fortunæ. Cuius labores & solicitudinem experta est eius prouincia hispaniæ, quam religiose moderatus fuerat annis quatuor nouit & Tridentinum concilium cui Regis hispaniarum

rum

rum nomine bis interfuit. Noſſe potuit Angliç Regnum, quod Recturus & reſtitutur⁹ Philippus hiſpaniarum Rex, eum ſibi conſultorem & religionis aſſertorē illo traxit, Experiri cœperat Toletana eccleſia, & eius doctrina & ſcriptis ædificari, ſed ad tātum culmen euectus patere cœpit inuidię, ſcopusq; eſſe, in quem calumniarum iacula torquerentur, ſcripſerat hiſpanico ſermone cathechiſmum, propter quem in ſuſpitionem hereſeos reuocatus eſt, huiusq; criminis incuſatus, ſex annos ancipiti iudicio detinet adhuc, & quāquam Cathechiſmus idem in Tridentina ſynodo examinatus, & ſeuere diſcuſſus, probatus & tāquam catholicus ſit admiſſus, ipſe tn̄ non eſt dimiſſus. Si omnes qui hac occaſione promoti sūt recenſere voluero, in immenſum creſcet volumen, ſed ne omnes omittam F. Petri Bertani Mutinēſis ad Cardinalatū titulo ſanctorū Marcellini & Petri promotio me cogit, ad quam ex expiſcopatu faneñ. a Iulio Papa 3. anno 1551. promotus fuit, dum apud Carolum 5. Imperatorem, ſedis apoſtolicę nuncius eſſet, Mortuus eſt & ſepultus Romæ ad ſanctā Sabinam. Nec tamen laborum ſuorum glorioſo fructu fraudādi ſunt, qui non promoti ad altiorem gradum, in laboribus perſtiterunt, quales fuerūt F. Petruspaulus Aretinus gracili q̄dem & exigua corporis habitudine, ſed magna ſcientia & ardēti zelo, & F. Daniel Cremeñ. quē ſequtus eſt F. Thomas Manrique Auito genere Illuſtris, Ingenio ſolers, doctrina clarus, iudicio ſolidus, & propoſiti prudenter admiſſi tenaciſſimus, qui primo Procurator ordinis ad Vrbem vocatus. Inde Ma

giſter

gister sacripalatij factus in opere & officio perseuerat. ¶ Alteram claritatis occasionem relaturo, prenarranda mihi est tam Magistri ordinis q̃ summi pontificis electio. ¶ Anno 1558. Post obitum F. Stephani Regebat ordinem R. P. F. Petrus martyr de lugano quẽ summus Pont. Paulus 4. ob eximiam de illius prudẽtia, religione, & sanctitate opinionem, ordini Vicariũ & sibi confessarium asciuerat, ac data sibi de suo penu annona, faciebat in apostolico palatio commorari, vtq; vtriq; operi posset sufficere R. Patrem F. Vincentium Iustinianum prouincialem Angliæ rerũ, personarum, & status ordinis callentissimũ, ei dedit adiutorem, Sed in capitulo Generali Romæ ad Penthecosten habito, Idem F. Vincentius omniũ consensu primo suffragio Magister ordinis electus est, & a summo Pont. comprobatus, Vir ingentis animi, summe prudentie & ad regimen natus, & demũ. F. Stephani sui præcessoris dignus alumnus & heres, qui suo officio & muneri intentus, ordinem pergit inuisere, ac pro posse antiquo candori restituere. Eodem Anni curriculo Paulus 4. obijt, & Ioannes Angelus Mediolanẽ in eiusdem anni exitu, Petri Sedem ascendit, Pius & ipse 4. appellatus, hic restituit & clausit conciliũ Tridentinum, Vrbem Romam publicis edificijs ornauit Ciuitatem leoninã auxit, & muniuit, grauibus expensis, & tandem anno 1565. celeri & inopinata morte decessit. ¶ Alteram claritatis occasionem bis supra promissam referamus. Quæ vt plenius capiatur paulo altius ordienda est. Crescentibus & inualescentibus hæresibus, opus fuit opportunis antidotis & remedijs.

dijs. Quorum vnum idq; præcipuum fuit, censuræ & Inquisitionis officium. Quod per fe. re. Paulũ 3. Romæ institutum, rexit & tenuit aliquando, Ioannespetrus Caraffa, tunc Cardinalis Theatinus. Is in hæreticis & hæreticorum libris perquirendis, ac processib⁹ formandis, vti cœpit opera & ministerio fratrum nostri ordinis, primum quidem cuiusdam F. Theophili Calabri, deinde F. Michaelis Ghislerij Alexandrini, e prouincia vtriusq; Lombardiæ, officio postmodum Inquisitionis, ad Magistratum maiestatis & authoritatis ꝓuecto, & per plures Cardinales tanquã per vnũ ipsumq; tremendũ tribunal peragi cœpto F. Michael hæreticorum & arrestatorum curam habiturus, scripturas quoq;, processus &, examina seruaturus, opus habuit adiutore, sicq; alium nostri ordinis & suæ prouinciȩ sibi adiunxit. Inde per Paulum 4. Nepesinus episcopus factus F. Thomam scotum quem habuerat adiutorem, reliquit principalem, Isq; Commissarius factus adiutorem substituit, sicq: per successionẽ obtinuit vsus, & consuetudo in legem transisse videtur, vt munus istud ordini per Fratres prouinciæ Lõbardiæ debeatur, & quamquã aliorum ordinum quidã illud ambierint, petierint, & forte meriti fuerint, non tamen obtinere potuerunt. Inde F. Hieronymus Positius ad episcopatum Triuicañ, Inde F. Thomas Scotus ad præsulatum Interamneñ. Inde sed multo pri⁹ F. Michael ad Nepesinum. Qui etiam ab eodẽ Paulo 4. 15. Martij 1557. inter Cardinales relatus est & cognominatus Alexandrinus, ad titulũ tñ sanctæ Mariæ super Mineruam, quem titulum licet aliquando

mutauerit

mutauerit in sanctę Sabinæ, resumpsit tandem & tenuit donec, miserante Deo,ad summum pontificatū assumptus est, assumptus inquam,non principum fauoribus,non familiarium promissis,vel humanis artibus,sed spiritu sancto agente, & corda Cardinalium in Conclaui tangente,hoc ipso tempore,quo religiosorum ordines pessundati,deiecti,& semisepulti videbantur,ad eorum reuelationem,& restitutionem, assumptus est Michael,qui quasi Deus (iuxta nominis interpretationem) vel humilitas Dei quæ celsior est hominibus,admouit manum petri nauiculæ,tot hæresum fluctibus agitatæ. infidelium armis tam dire vexatæ, tot malis christianorum moribus labefactatę iamiamq; mergendæ, ad eius libertatem, & inportus tranquillitatem eā reducendū.In huius rei certissimā spem erecti sumus,cum eius inculpatos mores, vitæ integritatem,rectitudinem, simplicitatem & pietatē quas semper tenuit, intuemur:tum maximè ꝙ carni & sanguini non concessurū eum credimus, quod vel hoc vno manifestum est,ꝙ cum pro altero F. Michaele nostri ordinis & instituti,cuius ipse matri auunculus,& ipsi abanunculus est,complures ꝓceres & Cardinales instarent, supplicarentq;, vt suo eum Cardinalitio Galero (de more) donaret & ornaret,episcopum ac legatum crearet, non exaudiuit, nec in defectu ætatis ad episcopatū legitimæ (agebat enim quintum & vigesimum annum) dispēsare voluit,Nec pri⁹ Cardinalem fecit,quam de illius moribus, religione, scientia, & ingenio ab his qui eius familiarem cōsuetudinem habebant,eumq; penitius nouerant,certior

fieret

fieret, Tum demum illis aſſenſit. Atq; vt ſibi eſſet in
quo confidenter archana deponeret, & ad quem (vt
illi allegabant) alijs facilior pateret acceſſus. Die 6.
Martij in quatuor tēporum feria 4. retulit in collegiū
Cardinalium, ſuumq; illi cognomen & titulum indi-
dit, ac F. Michaelem Bonellum, Cardinalem Alexan-
drinum appellari voluit, tituli ſanctę Marię ſuper Mi-
neruam, vbi religionis habitum acceperat, religioni
per profeſſionem ſe addixerat, Religioſos mores ac
bonas literas philoſophię & theologię didicerat, ac
paulo poſt fecit eccleſiaſtici regiminis quaſi Conſor
tem, & in agendis exequtorem, ac ſuę baculum ſene-
nectutis, vt quæ ipſe pontifex ſanctè prudenterq; me
ditatus eſſet, Cardinalis Induſtriè & fortiter exeque
retur. Data illi inſpiritualibus, temporalibus, ac mix-
tis ampliſſima poteſtate, ac ne vel errore, vel ob rerū
magnitudinem ac nouitatē terrore deficeret, aut de-
flecteret, ſed haberet ſemper ad quem in arduis & du
bijs confidenter recurreret, quem ue conſuleret, gra
ues & peritiſſimos, & præſertim R. P. F. Euſtachium
Lucatellum Doctrina, Induſtria & rerum agēdarum
experientia preſtantiſſimum, ſuiq; inſtituti religioſū
tunc in Romana curia totius ordinis procuratorē, il-
li adiunxit. ¶ Sed ad Magiſtrum ordinis F. Vincen
tium redeo, qui ſuo muneri diligenter intendens, viſi
tatis ex parte galliarum prouincijs, habuit generale
capitulum Auinioni 1561. Inde reuerſus in Italiam
Tridentum ad Concilium conceſſit, vbi & magnę do
ctrinę, & maximę prudentię ſibi nomen vendicauit,
conciliauitq; omnium religioſorum, & prælatorū ani

mos

mos,Erant quippè illi preſtò,e ſuo ordine Decem & octo Antiſtites,ijdemq; docti,nec non inſignes theologi viginti ſeptem,quorum vnus fuit ille F. Franciſcus Forerius Luſitanus, qui Deputationi ad cenſuram librorum ſecretarius in eodem cōcilio datus,indicis librorū ordinandi,& in eam formam qua legit edendi author extitit. Cui etiam poſt conciliū a ſummo pont. vna cum duob⁹ alijs e noſtro ordine aſſūptis Antiſtitibus Leonardo .ſ. Marino,Archiepiſcopo Lancianeñ.& Ægidio Fuſcarario Epiſcopo Mutineñ. Breuiarium & miſſale Romanum reformandi,cathechiſmumq; ſelectiſſimum conficiendi,cura commiſſa eſt. Quod munus ipſi fideliter exequti ſunt multis laboribus,quorum multitudine & grauitate præſſus Mutineñ. antiſtes,dum opere confecto ad ſuā eccleſiam iter adornat, vrinæ difficultate detentus,& affectus,intra ſex dies moritur Romæ,atq; ad Mineruam elatus eſt,quanquam vtriq; operi perficiundo adiunctus (ſi non præfectus) eſt Gulielmus Syrletus Cardinalitia dignitate,ſed magis doctrina Illuſtriſſim⁹, qui demum poliendo cathechiſmo cum F. Thoma Manrique Sacri palatij. & F. Euſtachio Lucatello, noſtri ordinis procuratore laborauit, perſtititq; indefeſſus, admiſſo etiam iudicio aliorum complurium, doctiſſimorum & emunctarum narium virorum . Sed hęc lōge poſt. Igitur tot tantorumq; virorum & multitudine,& dignitate fretus,ac fauore fulctus,magna conſtātia,ſed & modeſta libertate,ſtabat,& loquebatur pro religioſis,religioſorumq; ordinibus, ac eorum priuilegijs & exemptionibus,quas ex toto quidam moliębantur

bantur auferre:contra quos fermè ſolus remanſit,de ſpondentibus animos cœteris Et nihilominus In capitulo Generali quod e veſtigio poſt Tridentinũ cõcilũ Bononiæ habuit,tanta modeſtia, tãtaq; obediẽtia adẽptionẽ quorundã illorũ admiſit, ac eiuſdẽ adẽptionis obſeruantiam præcepit, vt aliorum ordinũ fratribus , aduerſus eã in Romana curia reclamantibus, eiuſdem capituli ſtatuta atq; decreta,ſint a iudicibus obiecta In eodem capitulo propter Concilium Tridẽn. ſtatutus eſt modus ad electiones procedẽdi per ſchedulas.Itemq; vt nouitij poſt ſextumdecimũ annũ profiteantur,vt q; miniſteria ſacri altaris,vbi eſt multitudo fratrum non niſi ab ordinatis miniſtris exerceantur,& alia quædam quæ qui plenè noſſe Cupit,legat acta eiuſdem capituli . Ipſe quoq; Magiſter ordinis,vt eſt vaſto animo atq; magnifico,magnis pecunijs fabricas inſignes fecit in Conuentu Romano ad Mineruam, cum pro ſuo & procuratoris ordinis vſu & habitatione,tum etiam pro hoſpitibus qui ex alijs prouincijs ad vrbem veniunt,ne in cameris conducticijs & Tabernis vt antea,degere cogant, & officij ſui munus proſequturus traiecit in hiſpaniam, vnde viſitatis eius prouincijs,ad indictum Antuerpiæ Capitulum Generale ſuo tempore proficiſceretur :habẽs in comitatu ſuo R.P.F. Seraphinum Brixiẽ. Magiſtrum & Terrę ſanctæ Prouincialem, cuius affectuoſæ diligentiæ,& eximiæ charitati,præter innatam modeſtiam & comitatem,vt multum boni debeant,pietas. & religio, Zelusq; vitę regularis acceſſere.Quem etiam non minus clarum & amabilem facit, ꝙ pro catholica

tholica fide ſanguinem dedit, paratus etiam ponere vitam, eo tempore quo Romæ domus Sanctæ Inquiſitionis incenſa eſt, In tanta præſtantiſſimorum virorum multitudine, quos ordo noſter vel doctrina claros, vel ſanctitate vitæ Illuſtres, vel alio quopiam honeſto facinore inſignes habet, nullus mihi ſuccenſeat, ꝙ nomē eius nō recenſuerim, Tot enim ſunt, vt ſola nomēclatura multas paginas, occupatura ſit. Nec meum ipſe nomen expreſſiſſem, niſi ſacrorum conciliorum ſanctio compuliſſet, quæ ſcripta quæcunq; in publicum prodire vetat abſq; nomine authoris, Ideo Formulario, et his chronicis illud præfixi, contra morem, qui alijs meis laboribus non appoſui. Illis igitur albo pro meritis eorum ſignandis lapillo, totum huius voluminis album dimiſi, ſed vnum mihi dilectiſſimum non tacebo, videlicet F. Paulinum Bernardinum Luceñ. Religione & doctrina excellentiſſimum a quo Chronica ordinis noſtri copioſiſſima præſtolamur, cito proditura. Cui Comitem adiungo F. Nicolaum Alexium Peruſinũ, qui Baſiliada Bibliorũ, hoc eſt 4. libros regum, heroico carmine complexus eſt.

FINIS.

****

ROMAE.
Apud Ant. Bladum, Impręſſorem Cameralem.
Anno Dñi. M. D. LXVI.

****